Didaci deza archiep̄i hispalēsis nouarū d̄fensionū doctrine angelici doctoris beati Thome de aquino super primo libro sentētiarum questiones profundissime ac vtilissime.

Cum p̄uilegio regio ne q̄s alius in hispania hoc op⁹ audeat imprimere aut vendere per quinquennium.

Raynaldus mõsaureus siculus netinus cephaloeditanus ep̃s lectori. S. P. D.

Beatissimi doctoris Thome aquinatis omnimode eruditionis parentis nõ magnipendendã esse doctrinã: q multi eã impugnãt qui rhinocerotis nasum habent: protervie cõtendũt. Ego vero in hoc ipso q multi in eã invehebantur precipuam ipsius laudem consistere ratus sum. Semper enim temporum malignitas hoc afferre consuevit: vt vnde debeant gratiarum reddi actiones inde carpendi libido oriatur. Hanc temporum ingratitudinẽ passus est academie princeps Plato: quem (Gelio teste) improborum dẽtes acerbissime laniarũt. Hanc quoqz Aristoteles perpessus est: cui doctrine singularitas ita obfuit: vt philosophantiũ livor Athenis eum exulare compulerit. Omitto divũ Hieronymũ de suis canibus conquerentẽ. Omitto τ reliquos: nemo enim vnqz fuit qui alios doctrina superaret quin roncos τ gannitus improbos excitaret. Nec mirum quidẽ: multi namqz ponentes os in celum vt sibi nomen vendicent: Multi invidie stimulis agitati que omni essent efferẽda laude vituperant. Verum dum huiusmodi polyposi homines prefati doctoris Thome doctrinam deprimere intereentur: sacre theologie studiosos non parvis beneficijs affecerunt. Imitatores namqz ipsius lacessiti: iuste defensionis partes sumpserunt. Herveus enim brito: Petrus paludensis: Joãnes parthenopeus: Joãnes parisiensis: Nicolaus triuet: Thomas sutton anglici τ Durandus minor multa monumẽta exquisite doctrine posteritati reliquerunt. Post quos Joãnes capreolus Tholosanus conditis quattuor illis sententiarũ voluminibus tantam laudem adeptus est: vt non solum in gymnasio parisiensi multis eo duce in summos viros evadentibus fructuosi doctoris nomen meruerit: sz etiam dum ibi sacris litteris insudaremus omniũ iudicio putaretur neminẽ ad penetralia sancti Thome posse pervenire: nisi capreolus ianuas aperiret. Nam defensionũ numero: vestigiorum imitatione: ac rerum reconditarũ enucleatione: illos qui defensionis munus ante eũ absoluerũt: excelluisse videbatur. Que licet merito de eo dici possint: fuerit qz procul dubio tã sacre theologie q̃ doctrinarũ que illi ancillãtur peritissimus: tamen ob magnitudinẽ laboris: ardentiatẽqz lucubrationis: aliquãdo laxavit habenas: minusqz caute se gessit in quibusdã: nec circũspexit oĩa que ratio assumpti opis postulabat. Sũt enim in ipso nõnulla quibus opinio beati Thome fit obscurior. Nõnũqz vero dũ hostiles impet͛ frenare nititur: inculcat multa que obeliscis magisqz asterisco digna esse cẽsent. In aliqb͛ aũt nõ plene q̃sat anim͛ ꝓfundi͛ idagãtio. Itaqz cũ in his difficultatib͛ sine lumine versaremur: eminẽtissimus ac consummatissimus sacre eruditionis doctor Dñs Didacus deza Archipresul hispalensis: nõ patiẽs lectores in an desideriis estuare: nfas tenebras effugavit. Librũ enĩ cõposuit ac edidit in quo sensus predicti dni doctoris q hactenus latuerant ante oculos collocãtur: adversariorũqz obiectiones labefactate refelluntur. Opus certe sup aurũ τ topazion insigne: doctũ: argutũ: sublime τ qd plus habeat vere doctrine q̃ ostẽtationis. Tãta enĩ modestia alioꝝ taxat errores vt nõ minus edificet scriptoris charitas q̃ erudiat disciplina. Vt aũt ea de qbus agitur facilius inveniãtur τ collatione facta de vtrisqz possit iudiciũ ferri: librũ ipm in tot distinctiones τ distinctiones i tot q̃stiones eisdẽ servatis titulis quẽadmodũ τ capreolus partitus est. Questiones vero nõ in tris articulos vt ille sed in q̃tuor (qd ordinatius erat) distinxit. In pmo articulo capreoli cõclusiões nõ omnes sed illas solũ in quas hostes tela iaculãtur nectit τ locavit. In earũ ꝓbationibus citatis signatisqz locis ad beatũ Thomã lectorẽ remisit: vt effect͛ reduceretur in causam τ spũalis dulcedo in suo fonte gustaretur. In secũdo articulo quicqd adversarij obiciẽdo multiplicẽdoqz cõgesserũt simul cũ capreolo cõplexus est. In tertio plerũqz nullũ est cũ capreolo cõmertiũ semp tamẽ lectoris anim͛ solidatur. In eo enĩ que nullis machinis cõcuti possint fundamẽta cõlocat: nõ mutuata aut vsurpata aliũde sz ex lapicidina marmorea beati Thome excisa τ sumpta. In quarto vbi capreolus in suo tertio articulo oppositas obiectiones solvẽdo acervat multa: τ ob id fortasse lectorẽ turbat τ distrahit: hic auctor nr̃ hiperbatõ seclũs brevitate cõspicua preuijs sui tertij articuli fundamẽtis ab omni nebula τ pplexitate liberat idagãtes. Hic pugil robustus semp: at i illo (qd est mirũ) aliqñ maiores vires desiderãtur. Ille idẽ nõnũqz quibusdã visus est sine Thoma militare: hic solus Thome explicato vexillo omnes hostiũ conat͛ reddit inanes. Habẽde igitur sunt huic antistiti gr̃e singulares: q inter tot publica τ pvata negotia tãtũ beneficij sacraꝝ litteraꝝ ptulit studiosis. Orãdus aũt est de͛ vt ei (sicut iã ꝓposuit) ad absoluendos tres reliqs libros ꝓsperũ vite curriculũ largiatur. Ad q̃s si lector (vt spo) pveneris: videbis τ affluẽs: τ mirabit̃ τ dilatabit̃ cor tuũ. Vale.

Didaci deza archiepi hispalēsis nouarꝝ defensionū doctrine āgelici doctoris btī Thome de aquino sup primo libro sniarū qstiōes pfundissime ac vtilissime feliciter incipiūt.

Circa prologum primi sententiarū querit primo vtrū theologia sit scientia ¶ Et arguit primo ꝙ nō. qꝛ oīs sciētia est habitꝰ demōstratiuꝰ ex primis et veris. Sꝫ theologia nō demōstrat nec procedit ex primis ꝛ veris: ergo ꝛc. ¶ In oppositū arguit. Nā augustinꝰ dicit. 14°. de trinitate. Huic sciētie tribuit illud tātūmodo quo fides salubriter gignitur. nutrit. defendit ꝛ roborat. Hoc autē ad nullam sciētiā ptinet nisi ad theologiā: igit theologia est sciētia. ¶ In hac qstione erūt qttuor articuli. In pmo ponent pclusiones. In. 2°. mouentur obiectiōes aduersarioꝝ. In. 3°. ponentur notabilia. In. 4°. respōsiones ad obiecta.

Quantuz ad primum articulū sit pma pº ꝙ licet omnis scientia reqrat euidētiaz ꝛ intellectū suoꝝ pmorum pncipioꝝ nō tamē oīs sciētia reqrit euidentiā aut itellectū suoꝝ pⁱmoꝝ pncipioꝝ presertī in sciētia subalternata. Istā pclusionem ponit sctūs tho. ī scripto sup boeciuȝ d trinitate. q. 2ª. ar. 2°. ad. 7ᵐ. Itē pma parte. q. 1. ar. 2°. ¶ Secunda pclusio est ꝙ licet theologia naturaliter inēta nulli sciētie subalternet: theologia tñ per reuelationem habita subalternat sciētie dei ꝛ btōꝝ. Istā pclusionez ponit sctūs tho. sup boeciuȝ vbi supra in. coꝛ. qstionis. ꝛ ī respōsione ad 5ᵐ. et. 7ᵐ. Itez quo ad scdaȝ partē pclusionis d veri. q. 14. ar. 9. ad. 3ᵐ. ꝛ pma parte vbi supra ¶ Tercia pº est ꝙ theologia viatoris est sciētia inquātū pⁱtinuat sciētie dei ꝛ btōꝝ. vnde est sciētia subalterna. Istā pclusionē ponit scūs doctor sup boeciū vbi supra. Itē prima. p. q. 1. ar. 2°. Et de veri. q. 14. ar. 9. ad. 3ᵐ. ¶ Quarta pclusio est ꝙ theologia illo modo quo est sciētia: nō est sciētia articuloꝝ fidei sed pclusionuȝ q̄ sequūtur ex illis. Istā pclusionē ponit sctūs doctor d veri. q. 14. ar. 9. ad. 3ᵐ. Itē sup boeciū vbi supra ad. 4ᵐ. et pma. p. q. 1. ar. 8°. Istam etiā pclusionem p prima sui parte pbat in multis alijs locis vbi tenet ꝙ nūq̄ȝ de eodem habetur simul scientia ꝛ fides ¶ Quinta pº ꝛ vltima est ꝙ ista doctrina est necessaria ad salutem humanam pter scientias humanitus inuētas. Istam pclusionem pbat sctūs tho. in plogo sup pmū sentenciarū. ar. 1. Itē sup boeciū de trini. lc. 2ª. q. 1. ar. 1. Et pma. p. q. 1. ar. 1.

Quantū ad secūdum articulū mouenda sunt dubia cōtra pclusiones. Et quidez cōtra pmā arguit aureolus pma q. plogi pbādo ꝙ nō sufficiat ad rōnez sciētie etiam subalterne: noticia creditiua soluȝ respectu pncipioꝝ. ¶ Primo sic. habitꝰ pncipiorum est altior ꝛ nobilior habitu pclusionum qꝛ hoc dicit philosophꝰ pmo posterioꝝ. i. quia ppter vnū quodq̄ȝ tale ꝛ illud magis. cognitio vero pncipiorum est causa cognitionis in cōclusione. Sꝫ certū ē ꝙ noticia creditiua non est altior noticia scientifica imo est inferior gradu cognitionis credere ad scire. et habitꝰ creditiuꝰ ad habitū scietificū: ergo impossibile est ꝙ pº sciētie cognoscat quocūq̄ȝ habitu sciētie etiā subalterne. ꝛ ꝙ pncipiū tātūmodo credat ꝛ teneat habitu creditiuo. Nec obstat si dicat ꝙ scire sciētie subalterne est inferiꝰ ad credere. Cōstat enī ꝙ hoc est omnino falsum. qꝛ scire ex sui rōne formaliꝛ totaliꝛ ē altior modꝰ cognitionis q̄ sit credere vel suspicari: vñ impossibile ē ꝙ scientia subalternata procedat ex pncipijs cognitis habitu creditiuo. ¶ Secūdo nā aristoteles. 6. ethicoꝝ tractauit de intellectu qui est habitꝰ pncipioꝝ ꝛ nūq̄ȝ posuit ꝙ in aliq̄ sciētia subalternante vel subalternata: habitꝰ iste sit fides. pmo etiā metaphisice docet quomodo sumunt comunes animi cōceptiones q̄ sunt pncipia ī arte. in fine quoq̄ȝ secundi posteriorum docet quomodo pncipia fiunt cognita. tamē nūq̄ȝ ponit ꝙ vnus modus sumēdi pncipia sit p habitū creditiuū: ergo vel insufficiens aristoteles aut nihil est dictu ꝙ scie-

tia subalternata ꝓcedat ex ꝑncipijs ꝑ talē habitum notis. ¶ Tertio qꝛ sciētia subalternans est habit⁹ ꝑncipiorū respectu sciētie subalternate quod sic pꝫ. Certū est enī ꝙ in omni sciētia alt⁹ ē habit⁹ respectu ꝯclusionū ⁊ alt⁹ respectu ꝑncipioꝝ. In ꝑspectiua igit̄ habit⁹ ꝑncipioꝝ: vel est ipsamet perspectiua: vel geometria: vel fides a geometria relicta. Nō potest dici ꝙ sit ꝑspectiua ne sit idē habit⁹ ꝯclusionis ⁊ ꝑncipij. Nec pōt dici ꝙ sit fides a geometria relicta. tū qꝛ geometria nō causat fidē. tū qꝛ ꝑncipia ꝑspectiue dupli ci habitu cognoscerētur. vꝫ fide ⁊ demōstratione geometrica: quod esse nō pōt. maxime scđm sanctū tho. ponētem ꝙ fides ⁊ sciētia demōstratiua et eiudēs: simul esse non possunt de eodē. vnde si fides esset habitus principiorū ꝑspectiue: nūꝗꝫ aliqs esset simul geometra ⁊ ꝑspectiuus. alioqui simul esset sciens ꝑncipia perspectiue inꝗꝫ⁹ esset geometra: ⁊ credēs ea inꝗꝫ⁹ esset perspectiuus. Relinquitur igitur ꝙ sciētia subalternans sit habitus ꝑncipioꝝ respectu sciētie subalternate: ergo nō ē verū ꝙ sciētia subalternata procedat ex ꝑncipijs cognitis habitu creditiuo. ¶ Quarto qꝛ ꝗuis oportet discipulū doctori credere dū addiscit: nō tñ habet sciētiā ꝗdiu credit. sꝫ tūc dū incipit intelligere qđ credebat. iuxta illud philosophi. 7°. ethicoꝝ. pueri ꝗdē a principio cōplectūtur smōes ꝑmū addiscētes. sciunt autē nequꝗꝫ oportet aūt cōnari. hoc aūt tēpore indiget. sed clarū est ꝙ statī acqrerent sciam si sufficeret credulitas respectu ꝑncipioꝝ. ergo nō sufficit vt vr. ¶ Quīto. nulla adhesio voluntaria est sciētifica. sciētia enī cogit intellectū ad assentiēdū. nec subest volūtati sciētis adherere: ⁊ nō adherere veritati quā nouit. sꝫ oīs adhesio ad cognitionē ꝯducta ex ꝑncipio creditiuo: est adhesio volūtaria. nihil enī magis est i potestate nr̄a ꝗꝫ credere sꝫ augustinū. vnde talis suspēdere pōt adhesionē quā hēt respectu ꝯclusionū ⁊ respectu ꝑncipiorū. ergo tal' adhesio nō ē sciētifica. Cōfirmat̄ ꝑ hoc qꝛ habēs sciētiā siue subalternatā siue subalternātē: imobilit̄ adheret. nec est in ꝑtāte sua suspēdere actū adhesionis. Ex ꝗbus patet inꝗt ꝙ sciētia subalternās ē habit⁹ ꝑncipioꝝ respectu sciētie subalternate ⁊ nō fides aut alt⁹ habitus creditiuus. cuius oppositū ponit ꝯclusio tua. ¶ Sexto arguit̄ sic. Aut noticia ꝯclusionis fit nota nobis naturalit̄ ex alia ꝑori noticia ꝯplexa: aut nō. si non. ergo nō ē sciētia ꝓprie loquēdo ꝗ dr̄ esse ꝯclusionis. sꝫ ꝑori⁹ dr̄ esse intellect⁹ ꝑncipij ⁊ ꝓpositionis imediate. si vero noticia fit in nobꝫ ex alia ꝑori noticia ꝯplexa: illa noticia ex ꝗ fit ē noticia ꝑncipij: ergo oīs sciētia ꝗ in nobis naturalit̄ acqrit̄ fit in nobꝫ ex noticia ꝑncipioꝝ ⁊ ꝑ cōsequēs cui⁹ libet sciētie naturalit̄ acqsite: ꝑncipia sunt vel fuerunt habēti ea nota. Cōfirmat̄ ꝑ philosophū ꝑmo posterioꝝ dicētē. ꝙ necesse est demōstratiuā sciētiā originabilē esse ex his ⁊ ꝑmis ⁊ notiorib⁹ ⁊ causis ꝯclusionis. originat̄ enī huiusmodi sciētia ex veris ⁊ notiorib⁹ .i. euidētioribus ⁊ ꝑorib⁹ ⁊ causis ꝯclusionis. qꝛ ille ꝑme notitie premissarū dimōstrationis: sūt cause notitie ꝯclusionis. et ad hūc sensū dicit ibi philosoph⁹. sine his vtiqꝫ erit syllogismus. demōstratio aūt nō erit. nō enī faceret sciētiā. ¶ Itē infra dicit ꝙ nō solū necesse est agnoscere ꝑma: sꝫ ⁊ magis. semꝑ enī ꝓpt qđ vnū quodqꝫ ē: ⁊ illud magis. ⁊ subdit. qm̄ qđ scim⁹ ⁊ credimus ꝑ ꝑma: illa scimus ⁊ credimus magis. Ex ꝗbus pꝫ sꝫ ipm ꝙ ꝗlibet sciētia acqrit̄ ex notitijs suoꝝ ꝑncipioꝝ. Ex ꝗ pꝫ ꝙ nō sufficiūt principia esse nota alteri vt ego scientiā habeam de ꝯclusione. qm̄ ꝑ nullā notitiā exist ētē in alio: causari pōt imediate ⁊ naturalit̄ aliꝗ sciētia in mēte mea. Cū ergo ꝑncipia theologie nō sint neqꝫ fuerīt nobꝫ nota: theologia ꝗ acqritur ꝺ cōmuni lege in theologicis nō est vere sciētia. ¶ Septimo sic. Sciētia subalternata pōt acqri ꝑncipijs eius nō notis acqrētī: sꝫ tm̄ creditis. notis aūt habenti supiorē sciētiā. eadē rōne ⁊ sciētia nō subalternata: ꝗ poterit acqri ab aliꝗ: esto ꝙ nō nouerit ei⁹ ꝑncipia dūmodo credat illa ⁊ alius nouerit. nō enī potior rō est ide ꝗꝫ hic. ⁊ ꝑ ꝯsequēs nō oportebit dicere ꝙ theologia ē sciētia subalternata. sꝫ absolute poterit dici scientia. hec duo argu^a vltima sunt gregorij de arimino. ¶ Similit̄ cōtra secūdā ꝯclusionē arguitur multipliciter sꝫ aureolū. ꝑmo sic. Si theologia viatoris subalternatur scientie beatoꝝ: vel illa subalternatio est ꝗ ad ꝑncipiū alio modo ꝗ ꝑspectiuus ꝓcedit ꝑ ꝓpositiones qꝫ sibi tradit geometria: aut ꝗ ad modū sciēdi illo modo ꝗ mediciua subalternatur geometrie in illa ꝯclusione: vulnera circularia tardius curātur. de hac enī ꝯclusione geometra dicit ꝓpt ꝗd ⁊ mediciua qꝛ. sꝫ neutrū istoꝝ modoꝝ potest dari in ꝓposito. Qđ enī nō ꝑmo ꝓbatur ꝗntuplici medio. ¶ Primo sic. Impossibile ē acquiri sciētiā subalternatā: nisi habeatur sciētia subalternans saltē partialit̄ ⁊ ꝗ ad illud qđ tradit ꝓ ꝑncipio ipi sciētie isto modo subalternate. vñ nullus pōt fieri ꝑspectiu⁹: nisi saltē tātū nouerit ꝺ geometria quātū exigūt ꝑncipia ꝑspectiue. Et hoc patet ex ꝑcedētibus. qm̄ sciētia subalternās ē habitus ꝑncipiorū sciētie subalternate. Impossibile est aūt acqri habitū ꝯclusionū nisi habeatur

habitus ꝓncipioꝝ. ſ; clarũ eſt ꝙ theologia viatoris acq̃ritur a viatore q̄ nullo modo habet ſcientiã btõꝝ: ergo hec nõ eſt ſubalternata illi. ¶ Secundo ſic. Sciẽtia ſubalternãs ⁊ ſubalternata et eoꝝ ꝓncipia: ſunt cõpoſſibiles in eodẽ ſciẽte. ſ; ſciẽtia beatoꝝ ⁊ lumẽ glie q̃d ẽ habit⁹ ꝓncipioꝝ nõ ſunt cõpoſſibiles ſciẽtie viatoris et lumini fidei enigmatico ſ; ſctũm Tho. ergo huiuſmõi ſciẽtie nõ ſunt adinuicẽ ſubalternate. ¶ Tertio ſic. Sciẽtia ſubalternata non ꝓcedit ad ea q̄ ſibi tradũtur a ſubalternãte ſ; potius ꝓcedit ab eis ad vlterius cõcludẽdũ: ſ; theologia nr̃a ꝓcedit ad articulos ⁊ ad ſacram ſcripturã et vlr ad declarandũ ea que ſcripta ſunt ⁊ deriuata ad nos ex ſciẽtia btõꝝ vt poſt ꝓbabit̃. igitur nõ eſt ſubalternata illi. ¶ Quarto ſic. Sciẽtia q̄ alteri ſubalternat̃ ꝑ ſumptionez ſui ꝓncipij ab ea: oportet ꝙ ſe habeat ꝑ additionẽ ſui ſubiecti ad ſubiectũ illius ſm philoſophũ ꝓmo poſterioꝝ. vbi dicit ꝙ oportet alterũ eſſe ſub altero ⁊ q̃ſi aliud genus. vnde ⁊ linea viſibilis addit viſibilitãtẽ ad lineã. ⁊ ideo ꝓſpectiuus illas ꝓpoſitiones ſumit ꝑ ꝓncipijs agẽs de linea viſuali: q̃s de linea ſimplicit̃ mathematicus demõſtrat. Sed certũ eſt ꝙ ſubiectũ theologie nr̃e quod eſt de⁹ ſub rõne deitatis nõ ſe habet ex additione ad ſubiectũ ſciẽtie beatorũ q̃d eſt deus ſub eadẽ rõne deitatis. ergo non ſubalternatur illi. ¶ Quito. Sciẽs aliquaꝫ ꝯcluſionẽ: ſcit ſe ſcire eã. ſ; theolog⁹ nõ ſcit ꝯcluſiones q̄ ſequũtur ex articulo fidei. q̃d pꝫ. q2 neſcit eas neceſſarias ⁊ impoſſibiles aliter ſe habere: ergo nõ habet ſciẽtiã etiã ſubalternã. Nec valet ſi dicatur ꝙ ſcit eas fore neceſſarias ex ſuppoſitione. ſ. ſi articuli fuerint veri. Hoc q̃dẽ non obſtat. q2 pari rõne ſcio vnũ falſũ neceſſario fore: ſi aliud ſit neceſſariũ. vt ꝙ aſin⁹ põt volare ſi hẽt alas. ⁊ vlr hoc modo poteſt eſſe ſciẽtia de omni falſo. nec theologia eſſet niſi ſciẽtia neceſſitatis cõſequẽtiaꝝ ſm iſtũ modũ dicẽdi. ⁊ nõ neceſſitatis ꝯſequẽtĩ. ⁊ ita nõ eſſet ſciẽtia ꝯ⁹ius ſed magis illationis. cuius oppoſitũ tu itẽdis. ¶ Quod autẽ nec ſcdo modo: arguit q̃ntuplici medio. primo ſic. Si theologia nr̃a ſubalternaret̃ ſciẽtie beatoꝝ ſicut medicina ſubalternat̃ geometrie q2 ſcit eãdẽ ꝯcluſionẽ modo inferiori: ita ꝙ ꝯcluſionẽ quã beati ſciũt clare ⁊ lucide: nos ſcimus obſcure ⁊ enigmatice: tũc theologia nr̃a non ſumeret ſua ꝓncipia a ſciẽtia beatoꝝ. vbi. n. ẽ talis modus ſubalternationis: ibi vna ſciẽtia non ſumit ſua ꝓncipia ab alia. ſ; ꝯſequens eſt falſum ſ; te: igitur. ¶ Secũdo ſic. Sciẽtia q̄ alteri ſubalternatur q̄ ad modũ: habet ſufficiẽtẽ cognitionẽ ſuoꝝ principioꝝ ex ſe ipſa ſufficiẽtẽ in q̃ꝫ ꝑ experientiã vel inductionẽ. ſicut pꝫ ĩ medicina reſpectu illi⁹ ꝯcluſionis de vulnere circulari. ſ; nr̃a theologia non habet ſuffitientẽ notitiã de ſuis ꝓncipijs ꝑ ſe ipſam: ergo nõ ſubalternat̃ hoc modo. ¶ Tertio. Si modus clari⁹ ⁊ obſcurius in cognoſcẽdo eandẽ ꝯcluſionẽ ſufficeret ad ſubalternationez: tũc intellectus hebetis ſubalternaret̃ intellectui ſubtilis. ⁊ viſio noctue viſiõi aq̃le reſpectu ſolaris lucis. ſ; hec ab ſurda ſũt. pꝫ ergo et illud. ſ. ꝙ theologia enigmatica ſubalternat̃ theologie luminoſe. ¶ Quarto. nõ ob aliud ſubalt̃nat̃ ſciẽtia: ſciẽtie ꝓpt̃ q̃d quo ad modũ: niſi ob hoc ꝙ dependet ab alia quodã modo ⁊ ꝑficit̃ ⁊ regulatur et ꝯſeruat̃ ꝑ illã. ſed nr̃a ſciẽtia enigmatica ĩ nullo dependet a ſciẽtia beatoꝝ nec ꝑficitur aut ꝯſeruatur ꝑ illã imo deſtruit̃ ⁊ euacuatur ꝑ illaꝫ ſm illud ꝓma Corĩt. 13°. Siue ꝓphetie euacuabũtur: ſiue lingue ceſſabũt. ſiue ſciẽtia deſtruet̃ cum enim venerit q̃d ꝑfectũ ẽ: euacuabit̃ quod ex parte eſt. ergo hec ſciẽtia nõ eſt illi ſubalternata. ¶ Quito. Omnis ſciẽtia ſiue ſubalternãs ſiue ſubalternata: eſt de impoſſibilibus alit̃ ſe habere ⁊ non de cõtingẽtibus. vt pꝫ ꝓmo poſteriorum ⁊ 6°. ethicorũ. ſ; certum eſt ꝙ in theologia nr̃a tractant̃ multe veritates ꝯtingentes. vt ꝙ xp̃s fuit incarnatus. ⁊ mũdus creatus: et ſimilia q̄ pendẽt ex mera diuina bonitate: ergo habit⁹ iſta reſpitiens nõ eſt ſcientia ſubalternata. Nec poteſt dici ꝙ ſit ſciẽtia reſpectu neceſſarioꝝ et imobilium veritatũ quales ſunt ille de vnitate eſſẽtie ⁊ trinitate ꝑſonarũ nõ tamẽ ſit ſciẽtia reſpectu ꝯtigẽtiũ. ſi enĩ ſic diceret̃: tunc maior pars habitus theologici trũcaretur qui multum tractat de contingẽtibus. nec eſſet etiã vnus habitus ſi eſſꝫ alter reſpectu ꝯtigẽtiũ: alt̃ reſpectu neceſſarioꝝ: q̃d eſſe nõ põt. ¶ Sexto arguit durãdus. Vbicũq; eſt vera et ꝑfecta ſubalternatio: ſciẽtia ſubalternãs dicit ꝓpter q̃d ĩ ꝓncipijs ſciẽtie ſubalternate de q̄bus ipſa ſolũ dicit q2. ſ; ſciẽtia beatorũ nõ dicit ꝓpter q̃d de illis de quibus fides ⁊ theologia dicũt q2: ergo nõ eſt ibi ꝓpria ⁊ ꝑfecta ſubalternatio. maior pꝫ ex ꝓmo poſteriorum. minor ꝓbatur. q2 q̄dã illorũ q̄ tradit fides ⁊ theologia nõ habent ꝓpter q̃d. vt deũ eẽ trinũ. quedã vero ⁊ ſi habeãt ꝓpter q̃d ⁊ cauſã vt deum fuiſſe incarnatum ⁊ paſſum ⁊ huiuſmodi: hec omnia ſunt facta a deo propter noſtram ſalutem finaliter. Iſtud tñ ꝓpter quid eque dicit theologia: ſicut ſciẽtia beatorũ. nec iſtud plus accipit theologia a ſcientia beatoꝝ q̄ꝫ alia. ſciẽtia autem vere ſubalternata nũq̃ã dicit. ꝓpt̃ q̃d de

finis pncipijs nisi idnẽdo formã subaltnãtis scie. qd nõ sit i ,pposito. z sic pz minor. ¶ 7°. qz nũq3 scientia subalternatur scientie nisi rõne subiecti qz .s. subiectũ subalternate se hẽt ad subm subalternãtis: vt effectus ad causam efficiẽtem: vel id quod est ,ppter finem ad finez: sed subiectũ theologie nõ sic se hẽt ad subiectũ scientie beatorũ. igitur. maior patet. qz vel scientia subalternatur alteri ex pte scientis: vel ex parte scibilis. Ex parte scientis quidẽ: qñs cognitio vnius scientis fm cõem statum depẽdet a cognitione alterius. et hoc nõ sufficit ad pfectã subalternationẽ: qz tũc cognitio intellectus subalternaretur notitie sensus: quod nullus dicit. Si vero hoc sit ex pte scibilis: hoc nõ põt esse nisi qz sbm vnius se hẽt ad sbm alterius: vt effectus ad causam: vel vt pars subiectiua ad totum vlẽ: vel vt pars modo ad suum totũ. si primo modo: hẽtur ,ppositũ. si scdo m°: hoc nõ valet. qz qñs sbm differt a sbo vt pars subiectiua a toto: sciẽtia supior non põt dicere ,ppter quid de pricipijs scie inferioris. qz que sunt vniũ per eẽtiã: vnũ nõ dicit ,ppter quid de alio nec de aliquo ei cõuenientẽ: alioquin de seipso diceret ,ppter quid. Si de l'tertiũ membrũ: similit nõ valet. Nam hoc potissime videretur in pspectiua: cuius subm videtur se hẽ ad sbm geometrie vt pars in modo ad totum scz linea colorata ad lineã. sed hoc non est vex. qz subm perspectiue: est visio vel modus videndi. nõ aũt linea colorata. cum in pspectiua: vltima cõclusio non demõstretur de tali subiecto. sed soluz de visione. videri .n. maius aut minus quod ostditur in geometria: non inest rei fm se et realr: sed variatio tota est ex pte visionis. lz res denoiet diuersimode vt est visa. ¶ Contra tertiã cõclusionẽ arguit Gregorius de arimino ,pbando q ex discursu theologico non ,ppre acquirit scia. Arguit n. sic primo. Omis discursus per quẽ ,ppre acquirit scia: est ex ,ppositionibus primis et immediatis: vel ex his que per tales mediate vel immediate sunt. patet ex primo poste. vbi dicit phus q sine his erit syllogismus sed non faciet sciam. sed discursus theologicus nõ est ex talib⁹ cuz sit ex creditis vt pz. igif. ¶ Cõfirmaf. qz ois discursus faciẽs scire est dmõstratio. pz pmo posterioz ex diffinitiõe dmõstrationis: sz discursus theologicus nõ ẽ dmõstratio: alias .n. ifideleẽ natu alib⁹ bene dispositũ cogeret assentire ɔclusiõi theologice. qd pz eẽ falsũ. ¶ 2°. null⁹ discursus pmo innites auctoritati generat sciaz: sz ois discursus theologic⁹ ẽ huiusmo dr igif zc. maior pz qz ex auctoritate sola fides gignif: iuxta illd augustini d vtilitate credendi ca. 21°. qd itelligim⁹: dem⁹ rõni. qd credim⁹: dem⁹ auctoritati. Et pmo. li. de libo arbitrio. ca. 3°. Nũ ad auctoritatẽ legis ɔfugiendũ cẽses hoibus: tã nõ totũ credif sz intelligere cupiẽtib⁹. qsi dicat nullo modo. vbi manifeste innuit q ,pbatio p auctoritatẽ: nõ sciam: sz fidẽ tñmodo generat. ¶ 3°. sic. Nullus discursus theologic⁹ maiorẽ euidẽtiã vl' certitudinẽ. facit d aliq veritate theologica: q alı⁹ discursus theologic⁹ facit de veritate theologica ɔtigẽti p nullã experiẽtiã nobis nota: ergo nullus discursus theologicus p se facit sciam. tenet ɔsequentia. qz nulla veritas contingens nõ nota nobis p experiẽtiã: est eque nota nobis sicut illa de qua habemus sciaz. antecedens pz. qin siue theologice ,pbef q de⁹ est trinus z vn⁹ siue q etern⁹: vel sapiẽs: aut quãcũq3 aliã veritatẽ necessariã vel cõtingentẽ mere credibilẽ aut etiã naturalit' scibilẽ qs theologice ,pbet: nõ maiorẽ euidẽtiã facit in mẽte vna auctoritas sacre scripture q alia. ¶ 4. arguit durandus z iidẽ reddit cũ pma rõne gregorij. Syllogism⁹ demõstratiu⁹ q solus facit ppe scire: ,pcedit ex ,ppositiõib⁹ necessarijs z p se notis vel reducibilibus ad alia p se nota: sz nulla rõ ,pcedẽs ex articulis q media sunt fidei est huiusmodi: ergo nulla tal' rõ facit ,ppe scire. maior pz ex pmo posterioz vbi dr q demõstratio ẽ syllogism⁹ faciens scire. et ibidẽ determinaf q ,pcedit ex necessarijs z p se notis vel q possũt resolui ad p se nota. cũ in talib⁹ nõ sit ,pcessus in infinitum. minor similit' manifesta est. qz articuli q sunt media fidei: vt deũ esse trinũ z vnũ. filiũ incarnatũ passum resurrexisse. et huiusmodi: nõ sunt de se noti: nec possunt resolui in aliq p se nota sz soluz vel pncipaliter eis assentim⁹ ex auctoritate scripture quã credim⁹ a deo ispiratã eẽ. z hoc ipz. s. scripturã esse a deo inspiratã: nõ est per se notũ. nec reducibile ad aliqd p se notũ. ¶ 5°. durãd⁹. Sciẽtia est virt⁹ intellectualis. vt pz. 6°. ethicorum. sz theologia nõ est virt⁹ intellectualis: ergo nõ est scia. minor pz. tũ qz virt⁹ est dispositio pfecti ad optimũ. 7°. phisicoz: sz theologia nõ disponit: nec pficit intellectũ ad illud qd ẽ optimuz itellectui: qz nõ facit euidẽtiã d his q tradit: sicut nec fides ex cui⁹ articulis ,pcedit. Clara aũt euidentia veritatis est illud qd est optimũ intellectui. tũ qz pfectior est hit⁹ pncipioz q ɔclusionũ qz hit⁹ ɔclusionũ depẽdet ex hitu pncipioz z nõ ecõtra. sz fides q est hit⁹ pncipioz ex qb⁹ theologia ,pcedit: nõ est virt⁹ itellectualis. nec interea noiaf ethicoz. 6°. igif nec theologia est virtus intellectualis. quod fuit minor probãda.

¶6°. Scotus. 3°. sententiarum. dist. 24. arguit qr sanct⁹ Tho. 2ª. 2ᵉ. vbi q̄rit questionē ex intētione dicit q̄ fides ⁊ sciētia d̄ eodem nō sunt simul. s3 si theologia mag̃ⁱⁿ subalternata scientie beatorum sit vere scientia ⁊ vt subalternata nō sit nisi i viatore: tūc sciētia sub ꝑpa rōne subalternate: stat cum fide in viatore ⁊ de eisdem. s. de creditis. et cū ꝓpria ratio scientie sit i subalternata: tūc scīa simpliciter dicta ⁊ fides sunt simul de eodē. Nec pōt saluare hāc ꝯtradictionē nisi i. 2ª. 2ᵉ. velit dicere q̄ loq̄tur de scientia subalternante non de subalternata. ¶7°. Sciētia nō depēdet ab aliq̄ essentialiṫ sicut causatū a causa. nō loquor de dependentia accidentis ad subiectū: nisi ab eo q̄ ē causa essentialiṫ. s3 notitia beati quam habet de deo trino ⁊ vno euidenter viso ex euidentia terminorum: nō est causa essentialiter theologie siue nostre scientie. qr sciētia nō dependet essentialiter nisi ex potētia: vel obiecto: in se vel in sua specie. s3 illa scientia beati nō est obiectū sciētie nr̄e vt cognita notitia ei⁹ cognoscam⁹ deum esse trinum ⁊ vnū. Nec est potētia anime. nec species obiecti. nec aliq̄d aliud q̄d possit eē causa sciētie nec in aliquo genere cause efficientis maxime si sic modo loq̄mur: igiṫ habit⁹ in me in nullo dependet sicut a causa essentiali a visione beatorū. nec sequiṫ q̄ si beatorum sciētia sit de creditis a nobis q̄ in nobis sit scientia cū fide. imo esset simile ac si dicerem in me ē geometria: qr in geometra est: ⁊ ego credo geometrā scire geometriam. ¶8°. Omnis sciēs sciam subalternā q̄ est de intelligibilibus: pōt scire sciam subalternantem. qr sciētie subalternātis: ꝑncipia sunt p̄ora ⁊ i intelligibilib⁹ illa q̄ sunt p̄ora simpliciter: sunt priora nobis. q̄uis in sensibilibus nō sint eadem priora simpliciter et priora nobis. qr sensibilia posteriora: sunt nobis magis nota. s3 hec scīa si tamen est scientia est de intelligibilibus vt distigūtur contra sensibilia. qr de sensibilib⁹ nō est sciētia nec d̄monstratio. ex. 7°. metha͛. si ergo hec scīa pōt simul stare cū fide: seq̄tur q̄ aliq̄s pōt scire sciam subalternantē cū fide. ⁊ ita pōt esse cōprehensor rōne scie: et viator solū rōne fidei simul stantis. ¶9°. qr notitia quā aliq̄s habet de illis q̄ tradūtur in canone biblie: nō est tradita per modū sciētie d̄mōstratiue. ergo habēs habitum de istis sic traditis in sensu litterere: nō habet habitum scientie ꝓp̄e dicte: s3 vnū hītū q̄ imediate assentit omnib⁹ ⁊ singulis ⁊ nō vni ꝓpṫ aliud de his q̄ traduntṫ i scriptura. q̄nimo si aliq̄ nō essent tradita ita asserēturet. ita q̄ cuilibet dicto i ea assentit. nō qr ꝓbaṫ ex alio dicto: sed ꝓpter auctoritatē dei rōne cui⁹ assētit oib⁹ in scriptura ꝯtētis imediate: nō vni ꝓpter aliud per discursum sillogisticū. ¶Contra ~~quintam~~ ꝯclusionem et similr̄ ꝯtra secundā arguit aureolus ꝓbando q̄ articuli fidei nō sint principia nr̄e theologie: imo sint quasi ꝯclōnes defendēde et declarāde in ista scīa. ⁊ q̄ ad hoc principalr̄ ordinetur totū studium tho͛. Arguit igitur primo sic. Nulla sciētia ꝓcedit ad sua principia ꝯcludēda sed potius cōcludit ex illis. sed certum est q̄ sctūs Tho. in summa sua: ⁊ vīr oēs doctores theo͛ formāt q̄ōnes de articulis fidei ⁊ ad eas dissoluēdum: declarādum ⁊ ꝯcludēdum ꝓcedunt. vt cū q̄ritur. vtrum deus sit trinus ⁊ vnus: vel vtrū in deo sit trinitas ꝑsonarum: vel vtrū incarnatio sit possibilis ⁊ huiusmodi: ergo articuli fidei nō sunt principia nr̄e theologie. imo quasi ꝯclōnes. ¶Scdō. ex studio libri de trini. Aug⁹ acquiritur hītus theologicus: sed certū est q̄ ipse in toto illo libro ꝓcedit ad ꝯcludendum istū articulum. De⁹ est trinus ⁊ vnus. sicut ipsemet dicit primo de tri. ca. 4. q̄ omēs qui ante nos scripserūt de trini. q̄ deus est: diuinorum librorum veterum ⁊ nouorum catholici tractatores hoc intēderūt s̄m scripturas dicere: q̄ pr̄ ⁊ filius ⁊ spūs sctūs vnius eiusdēq3 sube inseꝑabili eq̄litate diuinā insinuāt vnitatem: ergo hītus theologicus ex articulis fidei tanq̄3 ex principijs nō ꝓcedit: s3 magis illos declarare intendit. ¶3°. xp̄m esse incarnatū ex maria virgine: est articl'⁹ fidei. sctūm quoq3 spūm per ꝓp̄has fuisse locutū: est alius articulus. ⁊ tū hos duos Aug⁹ ꝓbare nititur ꝯtra faustum. vt p3 in libro Augustini ad eundē hereticū: igitur libri theologici non ꝓcedūt ex articulis sed magis ad eos. ¶4°. Nam Aug⁹. 14. de trini. dicit. q̄ huic scie que diciṫ theologia nō oīa tribuit q̄ in rebus hūanis ab hoīe sciri possunt. sed illud tm̄m⁹ quo fides saluberrima gignitur: nutritur: defenditur ⁊ roboraṫ. Ex quo colligitur q̄ finis huius scie est fidem gignere: defendere ⁊ nutrire: s3 hoc nō faceret nisi ꝓcederet ad declarādum articl'os. ergo hītus theologicus nō ꝓcedit ex articlis fidei vt ex principijs sed magis ad eorum veritatem gignendam: defēdendā ⁊ nutriēdam. ¶5°. qr prima petri. 3°. diciṫ de hn̄tibus theologicū hītum q̄ debēt esse parati ad satisfactionē omī poscenti reddere rōnem de ea q̄ in nob ē fide ⁊ spe. Ex q̄ appar3 q̄ hīt⁹ theologic⁹ tractat de articlis fidei nō tanq̄3 principijs: s3 de his de q̄b⁹ rō ab ipso reddi d3. hec ille. ¶Cōtra. 6ᵃᵐ. ꝯclōnem arguiṫ ꝓbādo q̄ ꝓbatio ibidem posita: nulla sit. ꝑmo qr ois creatura ꝑ se depēdet a q̄libet ꝑ se causa: et ꝓpṫ talem depen-

dentia ex causato cognosci potest quilibet ei⁹ p se causa demonstratione qz. igit cū natura hominis sit naturalit hominum cognoscibilis qz nō est ipossibile eā cognosci cū sit ꝓportionata: sequitur q ex ista natura cognita possit naturalit cognosci finis ei⁹. ¶2°. q si ex natura inferiori cognita cognoscat ei⁹ finis: nō min⁹ est hoc possibile i proposito. qz nec minor depēdētia finiti ad suū finē, hic qz in alijs. Diceret forte q ratio ꝯcludit hominē posse naturalit cognoscere suū finē naturalem nō aūt ꝺ supnaturali. ¶Cōtra hoc arguitur pimo qz dicit aug⁹ de pdesti. sctōꝝ q posse hēre fidē ꞇ charitatē: natura hominis est. qūis habere fidē ꞇ charitatē sit grā fideliū. Si igit natura hominis ē naturalit cognoscibilis homini: etiaz est cognoscibilis ista potētia vt est talis nature. et ꝑ ꝯsequēs ordinabilitas talis nature ad finē ad quē fides ꞇ charitas disponunt. ¶2°. qz hō naturalit appetit illū finē quē dicis naturalē: igitur ad illū naturalit ordinat. igit ex tali ordine pōt cognosci finis ille ex cognitione nature ordinate ad illū finē. ¶3°. qz cognoscibile est naturaliter pimū obiectū intellect⁹ eē eius fm Aui. ꞇ naturalit cognoscibile est in deo pfectissime saluari rōnē entis. finis aūt cuiuslibet potentie est optimū coꝝ q ꝯtinēt sub obiecto ei⁹ pimo. quia i isto est pfectissima quietatio ꞇ delectatio. ex. io. ethi. ¶Cōfirmat ratio. qz qūo est naturalit cognoscibile qd sit potētia: naturalit est cognoscabile qd sit eius obiectū pimum. ꞇ vlterius potest cognosci in q saluet pfectissime rō eius obiecti pimi. et q perfectissimū obiectū ē finis illi⁹ potētie. mēs aūt nota ē sibi fm augustinū. 8°. ꝺ trinitate: igitur notū est sibi quid sit eius obiectuz pimum et nouit nō excedere rationem illius pimi obiecti. qz tunc nullo modo esset cognoscibilis ab ipsa mēte: igit nouit eum esse obiectū in quo saluat perfectissime ratio illius obiecti pimi ꞇ ita esse finem illius potētie. ¶3°. pincipalit arguitur cōtra aliud dictū in probatione illi⁹ ꝯclusionis. quia si de cognoscibilibus in theologia possibile est tradere cognitionē in alijs scientijs licet in alio lumine: igit nō est de eis necessaria alia scientia theologica. tenet ꝯsequētia in exēplo tuo. quia cognoscens p medium phisicū terram esse rotundā: non indiget cognitione ei⁹ p medium mathematicū tāqz sibi necessariū. Sed forte dicit exponendo illam responsionē q habitus sciētie ꞇ cum sit forma: est etiam habitus. inqz^m est habitus habet distinctionē ex obiecto. sed inqz^m est forma: habet distīctionez a pncipio actiuo. respectu autez habit⁹ scie: pncipia sunt cause effectiue. licet igit vbi est idē scibile: puta q terra ē rotūda nō sit ꝺmōstratio p obiecta: ē tū demōstratio p pncipia qbus phisicus ꞇ mathematicus hoc ostendunt. et est demōstratio habituum inqz^m sunt forme. ¶Cōtra hoc arguitur tripl'r. pimo qz forma ē cōmuni⁹ ad habitū. qz ois hit⁹ est forma nō autez ecōuerso. Impossibile est autē aliq esse demonstrata in rōne superioris ꞇ esse indemōstrata in rōne inferioris. igit impossibile est esse aliq demonstrata in rōne forme: ꞇ tū esse i demōstrata in ratione habituuz. hoc enī esset sicut si aliqua essent demōstrata in rōne animalis ꞇ indemōstrata i rōne hominis. ¶Tū. 2°. qz ista respōsio supponit q obiecta sunt distictiua habitus ꝯclusionis in alio genere cause qz pncipia effectiua qd ē falsum. qz si aliquā rōnē cause distictiue hēant ad istos habit⁹ nō hēnt rōnē cause efficiētis. ¶Tū. 3°. qz semper stat ratio qz possent poni habitus cognitiui distincti. non tamē saluat necessitas vni⁹ habitus qsi alias cognitio sit impossibilis ponēdo possibilitatē alteri⁹ habit⁹ vndecūqz demōstrati. Hec scot⁹ in forma. pima questione pima.

Quantuz ad tertiū articulū ꝓ breuiori ꞇ faciliori respōsiōe ad argumēta oīa cōtra ꝯclusiones pimo notādū est q subalternatio scie ad sciaz triplicat ꝯtigit. pimo m° rōne subiecti. vt qz subiectū vni⁹ scie est sub subiecto alteri⁹ tāqz ei⁹ effectus aut sicut ps in modo sub suo toto. p quē modum pspectiua q est scia ꝺ linea visuali: dr subaltnari geometrie q ꝯsiderat lineā absolute. Alio modo subalternatio sciētie ꝯsiderat rōne obiecti aut finis. sicut frenifactiua subaltnat eqstri. et eqstris militari q ad vlteriorē finē ordinat. 3°. m° cōsiderat subaltnatio scie ad sciam qz^m ad modū. ꞇ ista subaltnatio ē ex pte sciētis. vt si vna clariorē hēat notitiā de eisdē reb⁹ qz alia. nō tū illud sufficit ad rōnē subalternationis: nisi iferior a supiori hēat originē. ita vt pncipia sua ab illa accipiat ꞇ nec alio m° originari possit. aut nō ita pfecte. quē modū subaltnatiōis philosoph⁹ nō tangit i primo posterioꝝ. qn ꝯsiderauit ꝺ subalternatione scie ad sciaz ex pte scibil' passe. ꞇ ꝺ isto. 3°. m° subalternatiōis scis Tho. itelligit qūo dicit q theologia viatoris ē scia subaltnata scie dei ꞇ btōꝝ. qd pz in aūscēte ꝯsiderāti verba sua vbicūqz de hac materia loqt. Nō enī huiuscemodi subalternatio eē potest qz^m ad subiectū: cū vtrobiqz idē subiectū sit. s. de⁹ ipe. nec ex pte obiecti vl' finis: qn vtriusqz scie idē est obiectū ꞇ finis. s. ipe deus

sȝ sciat diuine essentie cognitio. Nec ē ptra hoc
qđ sctūs Tho. dicit. p̄. p. q. i. ar. 3°. et. i. sen. q. i. p̄-
logi. ar. 4. q. s. ens diuinū reuelabile ē subiectū
theologie nr̄e. sȝ q̄m rōnē nō ē subm̄ i scia dei et
btōꝝ. qm̄ eē reuelabile aut nō appens: differētie
sunt ex pte itellect⁹ cognoscētis: nō ex pte subie-
cti cognoscibil'. Nō eni i re q̄ deus ē aliqđ ponit
reuelabilitas aut appēo vl' nō appens: aut clara
visio vl' cognitio sub enigmate. sed oīa ista sunt
modi q̄dā cognoscēdi ex pte nr̄i itellectus. τ ita
supiozitas τ iferiozitas i his ad. 3m modū subal-
ternationis ptinet. q̄ dixim⁹ theologiā nr̄āȝ sub-
alternari scie dei. vn̄ cōpatio scti Thome ḋ sub-
alternatione theologie nr̄e respectu scie dei ad
subalternatione pspectiue τ musice respectu geo-
metrie τ arithmetice: nō debet accipi q̄ȝm ad oīa
sȝ q̄ȝm ad hoc q̄ ē pncipia a supiori scia sumere i
q̄ sctūs Tho. vbiqȝ cōpatione suā fundat. Et q̄
de isto m° subalternatiōis fuerit mēo scti Tho-
me pȝ exp̄sse de veri. q. 14. ar. 10. vbi theologiā
viatoris cōpat scie q̄m i pncipio discipline ha-
bet discipulus: i eo q̄ pncipia sibi tradita a magi-
stro credit q̄ȝ nōdū hēt cognitionē. Jdē i senten
tia dicit. 2a. 2e. q. 2a. ar. 3°. in corpe q̄stionis. Sȝ
planū est q̄ scia discipuli nō subaltnat scie docto
ris etiā vbi alit' originari non pōt: nisi q̄ȝm ad mo
dū. Nā vtriusqȝ scie idē ē subm̄ τ finis. pbat' eti-
am ex alio eā fuisse mētē scī Thome. qm̄ sicut do
cet. 2a. 2e. q. 4. ar. i. et ḋ veri. q. 14. ar. 2°. Jtem
sup ep̄lā Pauli heb. xj. theologia viatoris inco
hatio q̄dā ē scie dei τ btōꝝ. q2 ea cognitio quā
p fidē τ pncipia theologie nr̄e hēm⁹: q̄dā ipcep-
tio ē scie dei ipfecta tn̄. talis autē cōparatio nō
attēdit' in subaltnatione q̄ est sȝ subiectū vl' q̄ȝm
ad finē. Nō eni pspectiua dr̄ icohatio q̄dā geo-
metrie nec frenifactiua militaris .ppe loquēdo.
Ex q̄b⁹ infert' q̄ sufficit ad hoc q̄ vna scia alteri
subalternet' sȝ depēdētiā essentialē: q̄ scia subal-
ternata pncipia accipiat a subalternante. ita tn̄
q̄ ab ea sola originē habeat vl' habere possit oi
alia scia aut cognitione sublata. Et q̄ alit' origia
ri non possit vl' nō ita pfecte. qđ addo .ppt' scias
subalternatas q̄ a sensu originē hēre possūt p vi
am expientie. ¶ Qđ aūt scia subalternans dicat
.ppt' qđ ḋ pncipijs subalternate: nō ē de rōne sub
alternationis absolute nisi vbi subalternatio est
ex pte subiecti scibil': vl' obiecti de q̄ philosophus
loq̄t' pmo posterioꝝ. Et rō hui⁹ est q2 in subalt'-
natione q̄ est ex pte subiecti: subm̄ inferioris scie
ptrahit subm̄ supioris p differentiā extraneā qm̄
est p s i m° q̄ cū habeat causam q̄ inest subiecto:
habet p psequens .ppt' qđ. qđ in supiori scia cōsi

deraf. Et idem seq̄t' si subm̄ iferioris scie se habe
at ad subm̄ supioris vt effect⁹ ad causam. Sed i
subalternatione q̄ est ex pte modi cognoscendi
illud nō est necesse. sȝ sufficit q̄ scia subalternans
dicat q̄d de q̄b⁹ subalternata dicit q2 ē. p̄sertim
vbi dari nō pōt .ppt' qđ. quēadmoduȝ i diuinis.
nō eni omne qđ q̄d est: hēt causā sui eē. .put phi-
losophus dicit. 2°. posterioꝝ loquēs ḋ dmōstra-
tione .ppt' qđ. qđ τ sctūs Tho. notat i cōmēto i
ea lectione q̄ icapit. Est āt q̄rēdā. ¶ 2°. notādū
est q̄ i scia subalternata q̄ principia sua accipit a
supiori dicēte .ppt' q̄d ḋ q̄bus subaltnata dicit q2
est: pncipia .prima duplici hitu cognoscūt'. hitu
s. scietifico τ hoc i scia supiori i q̄ deducūt' p dmō-
stratione ex pncipijs pmis. Cognoscūt' etiā hitu
creditiuo. s. i scia subalternata. vn̄ seq̄t' q̄ nō cui⁹-
libet scie pncipiū .primū ē cognitū p intellectū q̄
dr̄ hit⁹ pncipioꝝ. sed aliq̄n p fidē. qđ ptigit i scie
tijs subalternatis vbi .pcedit' ex fide eoꝝ q̄ suppo
nuntur a supiori scia ad .pbao pclusiones dmon
strādas. vn̄ cū phūs dicat i fine scdi posterioꝝ et
6°. ethicoꝝ q̄ hit⁹ pncipioꝝ ē itellectus: loquit'
de pncipijs pmis sciaꝝ ad q̄ s. fit vltima resolu-
tio i dmōstratiōib⁹. Ex q̄b⁹ ifert' nō eē vlr' veruȝ
q̄ hit⁹ pncipioꝝ sit altior et nobilior q̄ ad euidē
tiā hitu pclusionū. nisi loquēdo ḋ hitu pmoꝝ pn
cipioꝝ. q̄ꝝ ius semp supi⁹ sit q̄ȝm ad mō dū assētiē
di. q̄ꝝ pclusionib⁹ assentit' .ppt' pncipia τ nō ec⁹.
¶ Ex his seq̄t'. 3m. notabile q̄ assensus scientifi-
cus p°nū: nō necessario arguit assēsū scietificū pn
cipioꝝ saltē .prioꝝ. τ itelligo p assēsū scientificū:
omnē assensuȝ euidentē. i. cāturū ex euidentia rei
q̄ȝm ad q̄d aut .ppt' q̄d: vt icludat' etiā assensus q̄
est p hitū scie: et q̄ est p hitū itellect⁹ q̄ est hitus
pncipioꝝ. pbatur illud. Nā pōt q̄s ex pncipijs
creditis q̄bus firmiter assentit volūtario assen-
su: pcedere ad demōstrationē q̄rūdā pclusionū
q̄b⁹ assentit nō iā volūtario assensu sȝ assensu
scientifico. q2 .ppter dmōstrationē ḋductā ex ta
lib⁹ pncipijs. Pȝ hoc. q̄m multi moderno tpe ha
bēt sciaȝ astrologie τ sciūt vere aliq̄s ei⁹ p°nes:
q̄rū tn̄ assensus scientificus dependet ex assensu
voluntario aliquorum principiorum astrologie
que ab eis credita sunt multa eni sunt in astro
logia principia que nullus nunc videns exper-
tus est. nec habet demonstrationem ad illa nec
sunt euidentia ex terminis. sicut q̄ spera stella-
rum moueatur in centum annis solum vnico
gradu. vel q̄ planeta saturni sit tante quantita-
tis. Sed illa principia tenentur sola fide adhibi-
ta dictis antiquorum qui talia expti sunt longo
tpe. Ex q̄b⁹ pcludit' in .pposito nr̄o nullū effici

cōueniēs q̄ assensus p̄ncipiorū q̄ articuli sunt fi-
dei i theologia viatoris: sit volūtari⁹ vel nō sacī-
tific⁹ cū tñ assensus ꝯclusionū q̄ ex articulis fidei
seq̄ūt: sacītific⁹ sit. ita vt eorū notitia sciētia dicat.
verū ē tñ q̄ i viatore tal' sciā nō erit resolutoria:
cū nō ꝑcedat ex p̄ncipijs ꝑ se notis sibi: nec pos-
sit ea resoluere i aliq̄ ꝑ se nota sibi. q̄ñ rōnes ter-
minorū fidei nō habz. ⁊ ꝓpter hoc dicit sctūs Tho.
de veri. q. 14. ar. 9°. ad. 3m. q̄ habēs sciāz subalt-
nātā nō ꝑfecte attīgit ad rōnē sciēdi: nisi inq̄m eius
cognitio cōtinuat quodā mº cognitioni ei⁹ q̄ hz
sciāz subalternātē. apparet itaq̄z ex his nō eē vlr
verū q̄d q̄dā ꝑ fundamento sue argumentatio
nis accipiūt. s. q̄ euidētia ꝯclusionū arguit neces-
sario i oī cognoscēte euidētiā p̄ncipiorū q̄ꝫm ad q̄d
est: sz sufficit q̄ hēat eorū plenā certitudinē. Pro q̄
aduertēdū ē q̄ p̄ncipia credita d' q̄b⁹ loquimur: nō
sunt causa vniuoca ꝯclusionū ex eis deducta uz
in theologia viatoris respectu euidētie. nō enim
euidētia ꝯclusionū ipsarū causat ex euidētia p̄nci-
piorū idest articulorū fidei: sz sunt causa equoca.
causat nāq̄z euidētia ꝯclusionū ex vi tui ē p̄nci-
piorū. q̄r ex vi certitudinis adhesionis quā i habet
viator de p̄ncipijs nō ex eorū euidētia quā ipe ha
beat. maxima aūt quā aliqui obicere solent: ꝓpt
vnūq̄dq̄z tale ⁊c̄. habet veritatē quādo causa est
vniuoca nō alias. p̄missa itelligēda sūt d' euidētia
p̄ncipiorū q̄d vel ꝓpt q̄d. nā loquēdo de euiden
tia q̄r ē: euidētia p̄ncipiorū est causa euidētie q̄d
vel ꝓpt q̄d ꝯclusionū. ¶ 4°. ꝯsiderādū est ꝓut
sctūs Tho. dicit. 2a. 2e. q. 8. ar. 2°. q̄ dupl'r possu-
m⁹ aliq̄d cognoscere. vno mº ꝑfecte q̄ñ. s. ꝑtigim⁹
ad cognoscendā essentiā rei intellecte: aut veri-
tatem enūtiabilis fm̄ q̄ in se est. ⁊ isto modo ea
que directe cadūt sub fide sicut sūt p̄ncipia theo
logie nostre: intelligere non possum⁹ in statu vie
Alio modo potest aliq̄d intelligi imperfecte q̄n
do. s. ipsa essentia rei nō cognoscitur quid sit. aut
veritas propositionis quomodo sit. sed tamen
cognoscitur q̄ firmiter ꝑ intellectum ei assentiē-
dum est. et isto modo ea q̄ directe cadūt sub fi-
de: cognosci possunt. lumen enim fidei vt idem
sanctus Tho. ait eadē summa. q. 1. ar. 4°. ad. 3m
facit videre q̄ hīs que creduntur firmit assentiē-
dum est: ⁊ non opposit is. ⁊ talis cognitio aut eui
dentia principiorum sufficit ad causandā scien-
tiam veram et euidentiam cōclusionū. Nam hu
iusmodi euidentia p̄ncipiorū causat omnimodā
eorum certitudinē ex qua in omni demōstratio-
ne causatur directe et principaliter euidētia con
clusionū. vnde in loco preallegato dicit sanctus
doctor q̄ ea q̄ fidei sunt sub communi ratione cre-
dibilis: sunt visa ab eo q̄ credit. non enim crede-
ret nisi videret ea esse credenda. idē habetur in
sentētia ar. 5°. ad 2m. Et īde sequit̄ q̄ theolog⁹
cognoscat ꝯclusiones quas ex p̄ncipijs creditis
deducit: esse necessarias ⁊ impossibiles alr̄ se ha
bere. q̄r q̄uis talis deductio nō sit demōstratio
potissima simpliciter faciēs scire idest omnibus:
est tamē demōstratio faciēs scire credēti: talis q̄
lis in sciētijs subalternatis habet. ¶ 5°. notādū
est circa q̄nt. i ꝯclusionē q̄ cū sctūs Tho. dicit pri
ma parte. q. 1. ar. 1. Et sup boetiū de trini. et alijs
locis q̄ theologia est necessaria pret' scias huma
nitus inuētas ad ea etiam q̄ de. d'o p' viam rōnis
inuestigari possunt: intelligit non de necessitate
absoluta ⁊ quo ad aliquē: sz de ꝯditionata ⁊ q̄ꝫm
ad totā hominū ~~[illegible]~~. vt sit sensus q̄ ad ea q̄
rōne naturali d' d'o cognosci possūt: necessaria fu
it sciā theologie si facilius ⁊ ab omnib⁹ ⁊ breui tē
pore ⁊ sine admixtione erroris cognosci deberēt
⁊ hoc verissimū ē. qđ experimēto p3. tū ex inertia
ptie. tū ex erroib⁹ eorū q̄ circa talia p' viā rōnis
philosophati sunt. tū etiā ex mūdanis occupatio
nibus q̄bus maior pars hominū vacare dignos-
citur quib⁹ fere impossibile esset cōprehendere
rationis naturalis discursu que de deo cognosci
possunt per vires humani intellectus.

Quātū ad quar-
tum articulū respōdendū ē ob-
iectionibus aduersariorū. Ad p̄
mum cōtra p̄mā conclusionē p3
respōsio ꝑ secundū notabile. nā
maior argumēti veritatē habet d' p̄ncipijs p̄mis
sciarū q̄ agnoscunt̄ ꝑ hītū q̄ d' intellect⁹: nō autē
de principijs proximis: presertim sciētie subalter
nate. ¶ Ad secundū dicendū q̄ philosophus in
preallegatis locis agit de modo sumēdi p̄ncipia
prima sciētiarū ⁊ nō proxima. ⁊ tamē i primo po
steriorū tractās de subalternatione sciētiarū expsse
se dicit q̄ inferior. s. subalternata aplicat p̄ncipia
superioris ad materiā. et ita superior dicit ꝓpter q̄d.
inferior vero q̄r ē. ꝑ hoc. s. q̄ p̄ncipia superioris l. ēt
credita nō ꝑ se nec ꝑ ōmfationē nota. ¶ Ad. 3m.
dicēdū q̄ maior argumētī nō ē vlr vera: nisi vbi ē
subalternatio q̄ꝫm ad subm vl' finē sicut dictū fuit i
fine p̄mi notabil'. et tñ si ꝯcedat̄: adhuc nihil ꝯclu
dit ꝯtra sciāz Tho. nā ꝯcedit̄ q̄ hit⁹ p̄ncipiorū ꝑ
spectiue ē fides i ꝑspectiuo nō geometra. q̄uis i ꝑ
spectiuo geometra sit sciētia. Et ad p̄mā impro-
bationem d' q̄ geometria nō causat fidē in eo q̄
geometriam habet: ⁊ tamē causare pōt fidē in ꝑ
spectiuo nō geometra ꝓponēdo illi ꝯclusiones

niformitatē formalē gn̄is scibilis. sec^9 autē est qñ
ꝑtinēt ad diuersas sciās vt ibi phs docet. ¶ Ad
argumēta ɔtra .3^m. ɔclusionē dr̄ ad p̄mū q vni-
tas rōnis formalis obiecti q̄ sufficit ad causandā
vnitatē specificā hit^9: est vnitas rōnis formalis
specifica. ⁊ vnitas rōnis formalis obiecti q̄ suffi-
cit ad causandā vnitatē genericā hit^9: est vnitas
rōnis formalis s̓z gen^9 obiecti. Jsta tñ rō forma-
lis obiecti non debz accipi ꝓut obm̄ ē res q̄dā
s̓z inq̄z^m obm̄ est. inq̄z^m .s. est scibile. ⁊ vt sic ꝓfice-
re bet potētiā aut hitū inq̄z p̄mū ⁊ ꝑ se obiectū.
ita q vnitas rōnis formalis obiecti inq̄z^m obm̄
est: causat vnitatē specificā aut gn̄icam hit^9 ꝓut
sctūs Tho. docet in locis vbi allegatū est ꝑ .3^a.
ɔclusione. vñ non sequit̄ q8 i argumēto ɔsequen-
ter īfert̄ .s. q tot sint sciē quot sunt spēs specialis-
sime rei ū neqꝫ q̄t sunt gn̄a subalterna. bene tñ
ꝓcedun^9 q tot sint sciē q̄t sūt spēs specialissime
aut genera subalterna habentia diuersas rōnes
formales inq̄z^m obiecta sunt itellectus. ⁊ ista est
mens phi. 3°. de aīa cū dicat secat̄ sciē quēadmo-
dū ⁊ res de q̄b^9 sunt .s. ꝑmo ⁊ ꝑ se. inq̄z^m obiecta
sunt .s. s̓z rōnē scibilis inq̄z^m scibile. ¶ Ad. 2^m. dr̄
ꝑmo q maior vl̓r itellecta sicut iacet est falsa qꝛ
non fm̄ eādē rōnē est aliq̄d obm̄ potentie ⁊ hit^9
ꝓut sctūs doctor dicit soluēs simile argumētū.
in ō. vn in commun. ar. 12°. ad. 4^m. p^a. 2^e. q. 54.
ar. 1. ad p̄^m. idē dicit. 3°. sentē. disti. 33. q. 1. ar. p^o.
sub ar. p^o. Nā potētia est fm̄ quā simpliciť possu-
mus. hit^9 vero ē s̓z quē bene: vl̓ male aliq̄d pos-
sumus. vñ vbi est alia rō boni: est alia rō obiecti
q̄z^m ad hitū s̓z nō q̄z^m ad potentiā. obm̄ eni hit^9
se habet vt aliq̄d magis ɔtractū ad obm̄ potētie
⁊ ideo in vna potētia possunt esse plures hitus
vt sctūs doctor inq̄t in locis ꝑallegatis. Dr̄. 2°.
q minor ēt argumēti ē falsa. nō eni sensus cōis vt
visus vl̓ ali^9 sēsus ꝓpri^9 hēt fem̓ circa idē obm̄
s̓z eādē rōnē formalē obi. neciñt^9 ⁊ volūtas. ꝓut
sctūs doctor docet i. q. ō aīa. ar. 13. ⁊ ꝑ. p. q. ꝑ. ar.
3°. Itē. q. 78. ar. 4. ad p̄^m. ⁊ ō veri. q. 22. ar. p^o.
⁊ multis alijs locis ꝑserti ō obiecto itellect^9 ⁊ vo-
lūtatis. color. n. sub alia rōne ꝑ se ⁊ formali ē ob-
iectū sēsus cōis: qꝛ inq̄z^m ē sensibile. sub alia ē obm̄
visus qꝛ sub rōne coloris inq̄z^m color ē. sub alia ē
obm̄ itellect^9: qꝛ sub rōne scibilis. sub alia ē obm̄
volūtatis: qꝛ sub rōne boni. semꝑ eni supior re-
spicit obm̄ sub vniuersaliori rōne. ꝓut sctūs doctor
docet i locis sup̄ allegatis. ¶ Ad. 3^m. negat̄ minor
sicut eā negat sctūs doctor de. veri. q. 14. ar. 9°
ad. 6^m. Et. 2^a. 2^e. q. 1. ar. 5. ad. 4^m. q̄zuis. n. ea-
dē ɔ^o ⁊ sub eadē rōne inq̄z^m talis ɔ^o ē: possit esse
obm̄ sciē ⁊ opinionis: nō tñ sub eadē rōne obie-
cti alia. inq̄z^m ē q̄d cognoscibile. ē eni obm̄ formale
⁊ ꝑ se sciē inq̄z^m hēt rationē cognoscibilis ꝑ dmō-
strationē. opinionis aūt inq̄z^m ꝑ rationes ꝓba-
biles ē cognoscibilis. diuersa eni ratio cognosci-
bilitatis: diuersificat obm̄ potētie q̄z^m ad forma-
lē rōnē obiecti ꝓut sup̄ ex. 5°. notabili apparet
¶ Ad p̄mū ɔtra .4^m. ɔclusionem negat̄ maior.
nō eni valet similitudo q̄ iducit̄. qꝛ lumē intelle-
ct^9 agētis nō est formalis rō i obiecto alicui^9 sciē
sicut lumē diuine reuelationis ē ratio formalis i
obiecto theologie. Et ita nō seq̄t̄ q si cognita i
lumine itellect^9 agētis non oīa ꝑtinet ad eādez
hitū sciē: q ideo nec cognita i lumine diuie reue-
lationis. lumē. n. diuine reuelationis dr̄ ipa ma-
nifestatio ꝑ reuelationez eo modo q̄ aplūs dicit
ephe. 5°. oē q̄d manifestat̄ lumē est. vñ est q̄dā
differētia specifica cognoscibilitatis. sicut ē cog-
nitio ꝑ dmonstrationē aut ꝑ experimētū. ⁊ ita ē vt
rō q̄dā formalis sub q̄ obm̄ theologie cognoscit̄
Lumē aūt itellect^9 agētis est vt mediū q̄ddā q̄
itellect^9 possibilis i actū reducit̄ ⁊ illustrat̄ vt sic
i obm̄ ferri possit. Vñ alio m^o lumē itellect^9 agē-
tis ē mediū q̄ ad itelligēdū ⁊ alio m^o lumē diuie
reuelationis. Sic alio m^o ē mediū cognoscēdi lu-
mē itellect^9 agētis ⁊ alio m^o dmonstratio. ¶ Ad
2^m. dr̄ q i dictis sctī Tho. nulla ē repugnatia cuz
dicit q de^9 sub ratione diuitatis ē subiectū theo^e. ⁊ cū
dicit q eē reuelabile ē formalis ratio i subo theolo-
gie. Vtrūqꝫ eni stare potest. Nā i subiecto alicu-
ius sciē duplex ratio formalis ɔsiderat̄ ꝓut magis
videbit̄. q. sequēti. ¶ Ad. 3^m. negat̄ minor. si eni
q8 oē ɔ^o nos oīuz sciaꝝ cognosceret inq̄z^m sunt
q̄dā diuinit^9 reuelabilia: ita vt ratio formalis cog-
noscēdi aut assētiēdi eēt diuina reuelatio: vnum
hi et hitū de oīb^9 illis ɔ^o nibus formalit̄ loq̄ndo
q̄zuis materialit̄ plres eēnt hit^9 partiales. ¶ Ad
4^m. dr̄. q pariū valet similitudo. naz sub eodez
doctore pot hō plres sciās ⁊ plres hit^9 acq̄rere
ea rōne qꝛ doctoris auctoritas nō ē discipulo for-
malis rō cognoscēdi oīa q̄ adiscit: s̓z sunt i eo di-
uerse rōnes ⁊ diuersa ꝑncipia formalia ad diuer-
sas sciās ⁊ hit^9 adiscēdos. In theo^a. vero rō for-
malis assētiēdi oīb^9 ɔ^o nib^9 ē auctoritas veri do-
ctoris .s. dei quā ꝑ reuelationē accipim^9. a q̄ vna
ratione formali theo^a accipit vnitatē. ¶ Ad ar-
gumētū ante oppositū respondet̄ negādo mino-
rem. Nā q̄zuis de^9 ⁊ creatura non cōicent in v-
na formali rōne ꝑ vniuocationē iq̄z^m res quedā
sunt: conueniūt tñ in vna rōne formali inq̄z^m co-
gnoscibilia sunt a nobis .s. in rōne obiecti huius
sciē q̄ est lumē diuine reuelationis. Jsta tñ vni-
tas est vnitas attributionis. nā de deo ꝑncipali-
ter tractatur in theologia. de creaturis vero s̓z

ꝙ refferunt ad deū vt ad pncipiū vel ad finem. ꝑut sctūs Thomas dicit. p̄.p.q.p̄.ar. 3°. ad pm. Et hec de. 3a. questione.

Ultimo circa ꝓlogū querit. Utrū de⁹ sit subm huius scie. ⁊ arguit ꝙ non. qꝛ oīa q̄ determinant in aliq̄ scīa ↄp̱rehēdunt sub subiecto eius. Sz ī sacra scriptura agit de multis alijs q̄z ꝺ deo vt de creaturis ⁊ de morib⁹ hoīuū. ergo de⁹ nō ē subm huius scīetie. ¶ In oppositū argiut. illud ē subz scie ꝺ q̄ ē pncipalit sermo ī scīa. Sz d̄us sic se hēt respectu theologie. ergo ē subm in ea. ¶ In hac q̄stione erunt q̄ttuoꝛ articli. In p̄mo pōent ↄclusiōes. In. 2°. mouebunt dubitationes. In. 3°. ponent notabilia. In. 4°. respondebit ad obiecta.

Quantum ad p̄mūz articulū sit p̄ma ↄ°. ꝙ obm sciētie nr̄e est q̄d incōplexū ex parte rei: sz ex parte nr̄i intellectus est aliq̄d ↄplexum p modū enūtiabilis. ⁊ hāc ponit sctūs Tho. in suo simili loquēdo de fide. 2a. 2e. q.p̄.ar. 2°. Item. 3°. senten. distin. 24. q. prima. ar. p̄mo. sub. ar. 2°. Itē de veri. q. 24. ar. 8°. ad. 5m. ¶ Secunda ↄ° est ꝙ de⁹ sub rōne absoluta deitatis: est p̄mū et p se subm theologie. de quo pncipalit intendit. hanc ponit sctūs doctoꝛ. p̄mo sentē. in ꝓlogo. ar. 4°. Itē. p̄.p.q.p̄.ar. 7°. Itē de trini. q. ꝓhemi. q. 2a. ar. 3°. ⁊ ad. 2m. et. 3m. Et cap. 2°. q.p̄. ad vltimū. ¶ Tertia ↄ° ē ꝙ rō formalis obiecti theologie. sicut qua aliq̄d in theologia cognoscit᷑ est lumē diuine reuelatiōis ⁊ sic formal' rō obi theologie vt obm ē: ē ens reuelabile vl' cognoscibile lumine diuine reuelatiōis. Istā ↄclusionē. ponit sctūs doctoꝛ. p̄.p.q.p̄.ar. p°. ad. 2m. et. ar. 3°. Itē p̄mo sentē. q. ꝓlogi. ar. 2°. ad primū. ⁊. 3m.

Quantū ad secūdū articulū ponende sunt obiectiones aduersarioꝝ. ⁊ q̄dē cōtra p̄mā ↄclusionē arguit dupliciter p̄mo ↄtra hoc ꝙ dicit rē extra esse obm scie vel fidei. 2°. cōtra hoc ꝙ dicit enūtiabile posse dici obm puta ↄclusionē eē obz scie. ¶ Cōtra p̄mū arguit sic gregori⁹ si res extra eēt obm: multe scie eēnt ꝺ ↄtigentib⁹ alit᷑ se hēre tā q̄z ꝺ obiectis. ↄn̄s ē falsū accipiēdo sciāz ꝓprienā vt ait phūs. 6°. ethi. Om̄s suspicamur qꝺ scimus nō ↄtigere alit᷑ se hēre. Ex hoc ↄcludit ꝙ scibile ē eternū. et ē ex necessitate. et eādē sniāz ponit p̄mo posterioꝝ. quā tenet. Nā oīs res corpalis pōt alit᷑ se habere fm phm. ⁊ fm veritatē oīs res p̄ter deū est ↄtigēs ⁊ nō necessaria. Si vero res extra essent obiecta sciāꝝ: multe scie ⁊ phisice ⁊ geometrice ⁊ alie plures eēnt de reb⁹ alijs a deo et ↄtigētib⁹. ⁊ p certo ad nullū verū sensū saluari posset ꝙ hm̄oi scie eēnt ꝺ necessarijs ⁊ impossibilib⁹ alit᷑ se hēre ⁊ eternis ⁊ alia his similia dicta phoꝝum: si res extra scirēt seu eēnt sciāꝝ obiecta. ¶. 2°. sic. Si res extra esset totale obm scie eadē rōne res extra eēt obm opinionis ⁊ fidei ⁊ erroris ⁊ p ↄn̄s ↄtigeret ꝙ idē hō sciret et opinaret᷑ ⁊ crederet. qꝺ etiā ignoraret ignorātia dispositionis q̄ nominat᷑ erroꝛ. q̄ oīa sunt absurda. pz ↄn̄a nā ↄtigit eundē scire ꝙ de⁹ est etern⁹ ⁊ omnipotēs: ⁊ ꝙ solus ⁊ īmediate moueat celū credere ꝙ sit triu⁹ in psonis: putās ꝙ sit ī vigore finitus. ¶. 3°. Si res extra eēt obm scie: eēt etiā obm assensus sciētialis. Nā eidē assētim⁹ qꝺ scimus. et simili rōne eēt obm fidei. Et vlteri⁹ seq̄ret᷑ ex hoc ꝙ licite aliq̄s fidelis ita firmit᷑ crederet diabolo sicut ꝺo. Nā fidelis licite eque firmiter credit ꝙ diabol⁹ nō est oīpotēs. Seq̄t᷑ ꝙ etiā idē simul assentiret ⁊ dissentiret. pbat᷑ qꝛ ponat᷑ ꝙ aliq̄s demōstret deū eē eternū: iste scit ⁊ assentit ꝙ de⁹ est etern⁹. ⁊ simul cū hoc dissentit vl' dissentire pōt ꝙ de⁹ nō est etern⁹. ⁊ p ↄn̄s si res extra sit obm: eadē res. s. de⁹ ē obm assensus ⁊ dissensus. ⁊ vnu eidē q̄s simul assentit ⁊ dissentit qꝺ est īpossibile. ¶. 4°. idē est obm īmediatū act⁹ sciēdi ⁊ act⁹ assentiēdi qꝺ scit᷑: sz sola ꝓpositio ē obm act⁹ assentiēdi: nō eni assentit q̄s nisi cōplexo qꝺ iudicat eē verū. quinimo non est aliud alicui assētire: q̄z iudicare illud esset verū. ¶. 5°. Si res extra esset obm assensus: sola apphēsio eius sufficeret ad causandū assensū ꝺ ipa. ⁊ p ↄn̄s supfluū eēt formare ꝓpositionē q̄ mediāte causaretur assensus. ¶. 6°. qꝺ nihil oīno est: nō ē obz scie vl' assensus. sz frequēter qꝺ significat᷑ p ↄclusionē demōstrationis ē omnino nihil. sicut pz si demōstret᷑ ꝙ infinitū vl' aliud īpossibile nō est. igit᷑ ⁊c. ¶. 7°. qꝛ scie acq̄site p ꝺmōstrationē vniuersalē obiectū nō ē res extra. igit᷑ nec alicuius scie. ↄn̄s ꝓbat᷑. qꝛ nec res vniuersal'. cū nulla sit hm̄oi: nec res singl'aris: qꝛ nō poti⁹ vno q̄z alia significata p obm ↄ°nis. verbi grā si ↄ° sit hec. Oīs triāgul⁹ habet tres ⁊c. non plus vnus singularis triangulus est obiectum illius q̄z alius: ergo quilibet

⁊ cũ oĩs subiti actus sciendi cognoscatur ab intellectu: sequitur ꝙ demõstrãs huiꝰ ꝯclusio nem: actu ⁊ imediate cognoscat quelibet singulare triangulũ quod est falsum. 8°. illud est scibile: quod est demonstrabile. 6°. ethico. igitur per sciam generataȝ per demonstratione quod per illam demonstratur. Sed res extra non est demonstrabilis. igitur nec est scibilis aut sciẽtie obiectũ. ❡ Contra aliam partẽ cõclusionis arguit sic grego. p̃mo. Si obiectuȝ sciẽ esset ipsa ꝯclusio: sequeretur ꝙ quilibet actus sciẽs sciã acquisita per demonstrationẽ: actu apprehẽderet cõclusionẽ sue demõstrationis. hoc pꝫ. sȝ ꝯñs est falsuȝ vt pꝫ ad experiẽtiã. Nã plerũqȝ imo quasi semp contingit ꝙ demonstrans quãuis formet ꝯclusionẽ: non tamẽ reflectit sup illã ꝯprehẽdendo ipam: sed directe figit aspectũ suũ in illud qḋ ipsa significat: ⁊ nihilominꝰ acq̃rit sciaȝ p demõstrationẽ cũ sit syllogismꝰ faciẽs scire. ❡ Confirmat̃ qr si ꝯclusio apprehẽdat̃: aut apprehẽdit̃ tñ apprehẽsione q̃ est simplex intelligẽtia: aut apphensione q̃ indicatiua q̃ cognoscit aliq̃d de ipa. Primũ nõ obuiat. qr talis apprehẽsio nõ est scia vt nũc loquimur de scia: cũ p q̃libet sciaȝ sciatur aliq̃d inesse vel nõ inesse. qḋ simplici apprehẽsioni nõ conuenit. Itẽ talis apprehensio nõ p se causatur p demõstrationẽ. q̃uis absqȝ p̃missis illa ꝯclusio formaret̃ in intellectu: nõ minꝰ intellectus põt eã intueri ⁊ apprehẽdere tali apprehẽsibilitate. scia aũt de q̃ loquimur: nõ nisi p demõstrationẽ acq̃ritur. Rursus nõ tñ ꝯclusio demõstrationis: sȝ etiã p̃ma p̃ncipia possũt sic apprehẽdi: ⁊ etiã simplex apphẽsio q̃ nõ est ꝓpositio: q̃uis etiã vna ꝓpositio falsa. ⁊ tñ nec p̃ma principia: nec apphensio incõplexa: nec ꝓpositio falsa: sciũt̃ scia de q̃ nunc loq̃mur. igit̃ ⁊c̃. Si dicat ꝙ ꝯclusio apprehendit̃ apprehensione indicatiua et enunciatiua: hoc erit vt videt̃ apprehẽsione qua cognoscit̃ ipa ꝯclusio esse ꝯformis ipi rei seu esse vera. nã nulla alia videt̃ esse ad ꝓpositũ. sȝ certum est ꝙ nõ q̃libet demonstrãs habet talẽ notitiã de sua ꝯclusione. Unde nec geometra demõstrans latera triãguli descripti fm doctrinã prime ꝯclusionis p̃mi euclidis: tũc considerat vl' apprehendit ꝙ ꝯclusio q̃ enũtiat illa esse equalia ẽ vera. Nec mediãs cõcludẽs tali morbo talẽ dari debere medicinã: cogitat ꝙ sua ꝯclusio est vera. q̃uis vtrũqȝ facile posset. Itẽ sicut aliud est q̃rere vtrũ latera huiꝰ triãguli sint equalia: et aliud vtrũ hec ꝓpositio latera huiꝰ trianguli sunt equalia: sit vera. sic aliud est scire hoc ⁊ aliud est scire illud. ⁊ certũ est ꝙ p̃mũ scire vel solũ vl' maxime est geometrie. ⁊ tale acquirit̃ in eo p demõstrationẽ. igit̃ eiꝰ obiectũ nõ est illa ꝯclusio. Itẽ nec etiã scire illã ꝯclusionẽ est obiectũ tale. nã p ipm scit̃ ꝙ illa ꝯclusio est vera. ⁊ p ꝯñs si actu ꝓpositio debeat dici: obiectum eiꝰ erit hec: latera huiꝰ trianguli est ꝓpositio vera cuiꝰ est illa conclusio. vt pꝫ. Itẽ etiã ipa nõ est ꝯclusio demõstrationis p quã acq̃rit̃ fm scire. ⁊ p ꝯñs nulliꝰ sciẽtie obm ẽ ꝯ° demõstrationis p quã acq̃rit̃. ❡ 2° p̃ncipaliter arguit sic supponẽdo tria. p̃mum ẽ ꝙ sic esse vl nõ sic eẽ: nõ ẽ ꝓpositionẽ enũtiabilẽ sic eẽ vl' nõ sic eẽ verã. ⁊ hac suppositionẽ dicit eẽ notã. ꝓbat̃ et p p̃hm in p̃dicamentis. cap°. de priori: vbi vult ꝙ q̃uis illa ad inuicẽ cõuertant̃ sȝ ꝯñaȝ. nihilominꝰ tñ sic eẽ vel sic: est causa ꝙ sit ꝓpositio vera ⁊ nõ ecõtra. ⁊ p ꝯñs sic eẽ: nõ est ꝓpositionem enũtiãtẽ sic eẽ verã. 2°. supponit ꝙ sic eẽ: nõ est ꝓpositio enũtiãs sic eẽ. ⁊ hoc etiã dicit p̃hs in p̃dicamẽtis. cap°. de oppositis. nõ etiã est autẽ inquit. ꝙ sub affirmatione ⁊ negatione iacet affirmatio ⁊ negatio: ⁊ ꝓbat. Affirmatio nãqȝ ẽ oro affirmatiua ⁊ negatio oro negatiua. horuȝ vero que sub affirmatione ⁊ negatiõe sunt neutrũ est oro. 3°. supponit ꝙ ꝓpositio aliq̃ nõ est ipsam eẽ verã. hoc pꝫ. nã aliqs q̃nqȝ apphẽderet ꝓpositionẽ: apphẽderet ipaȝ eẽ verã. Itẽ qr ꝯtigit eãdẽ ꝓpositionẽ verã eẽ ⁊ falsã successiue. his suppositis arguit sic p demõstrationẽ. cuiꝰ ꝯclusio ẽ sup q̃libet lineã finitã rectã ꝯstituere triãgulũ equilaterũ collocare: acq̃rit̃ sciã q̃ p̃se scit̃ ꝙ sup q̃libet lineam finitã rectã ꝯstituere ⁊c̃. Igit̃ illiꝰ sciẽ non est obm ipa ꝯclusio. añs pꝫ qr si aliq̃d aliud sciretur: non videret̃ aliud q̃ȝ ꝙ illa ꝯ° est vera. ⁊ hoc est falsũ. Nã si hoc sciat̃: hoc est p aliũ discursum q̃ ex eo ꝙ sup q̃zlibet lineã rectã ⁊c̃. infert̃ ꝙ ꝓpositio enũtiãs illud ẽ vera ⁊ p ꝯñs p aliã sciẽtiã. ❡ Cõfirmat̃ qr sicut non idẽ est sic eẽ ⁊ ꝓpositionẽ enũtiãtẽ sic eẽ verã vt pꝫ ex p̃ma suppositione sic nõ eodẽ actu sciẽdi scit̃ vtrũqȝ. ꝯña nota ẽ. qr sup q̃zlibȝ lineã ⁊c̃. nõ ẽ ipa ꝯ°. vt ex s̃cda supposi tiõe sȝ p ipaȝ significat̃. ⁊ sicut d illa ꝯ° ne argutũ est. ita ⁊ de qualibet respectu sciẽ acquisite per demõstrationẽ cuius est ipsa ꝯclusio argui põt. ❡ 3°. arguit sic. Si ꝯclusio demõstrationis esset obiectũ sciẽ vel illius qua scitur sic esse sicut ipsa significat: vel illius qua scitur ꝙ ipa est vera. nõ cui apparet cuiꝰ alterius sed neutriꝰ. qr neutrũ duoȝ scibiliũ vel scitoȝ ipa ẽ obiectũ vt pꝫ ex 3ª ⁊ 2ª. suppõnibꝰ. ❡ Cõtra 2ᵃᵐ ꝯclusionẽ arguit Gregoriꝰ p̃mo sic. Si deus sub rõne deitatis absolute esset subiectũ theologie nr̃e: deus esset cõprehẽsibilis per theologiam nostrã actu habitam

vel possibilē haberi. ꝯñs est falsuz. nulla eñi noti tia ꝛ nullis notitijs creatis vel creabilib⁹ deus cōprehēdi pōt: alias nō veraciter incōprehēsibi lis crederet. ꝯña ꝓbatur qꝛ ad oēm habitū habētē aliquod subm sub aliqua rōne absolute expectat cōsiderare quecūqꝫ illi ꝯueniūt ſm illam rōnem. Ex hoc eni pħus ꝓbat ꝙ ad phisicū expectat cōsiderare de cōtinuo infinito ꝛ finito loco ꝛ tpe ꝛ similib⁹: qꝛ ea ꝯueniūt corpori scꝫ ꝙ mobile est. ex hoc etiā ꝓbat ꝙ ad metha^m expectat cōsiderare de vno ꝛ multo: eodē ꝛ diuerso: priori ꝛ posteriori: ꝛ similib⁹. qꝛ ipa ꝯueniūt enti scđm ꝙ ens qđ est methaphisice per se primum subm. ¶ Probatur etiā rōne qꝛ nō est rō quare potius habeat cōsiderare aliqua coꝝ que per se cōpetūt subiecto sub rōne qua ei⁹ subꝫ ē: qꝫ alia ¶ Preterea ꝯſiu naꝶ. Si aliqua sic ꝛ aliq̄ nō: ergo nō est eius subm sub tali rōne absolute sed ꝯtracte. s. ad illa que de ipso inqꝫ^m tale considerat. Si igitur theologia nr̄a vel aliqua alia creatura vel creabilis habet deū pro subiecto inqꝫ^m deus est absolute: ergo habet ꝯsiderare quicqđ de ipo verificari ꝛ cognosci pōt: ꝛ per ꝯñs cōprehendere vel credēdo si talis theologia sit fides tm̄ vt nr̄a est: vel vidēdo si sit notitia qualis est btōꝝ. ¶ 2°. sic. Deus nō est subm theologie beatorum inqꝫ^m deus absolute. alias ipe esset creata scīa ꝯ̄ꝑrehēsibilis. ergo nec inqꝫ^m de⁹ absolute ē subm nr̄e theologie. pꝫ ꝯsequētia qꝛ fides nec infusa nec acq̄sita: excedit i credēdo scīaꝫ patrie i vidēdo vt. s. pleno de deo credam⁹ nunc qꝫ tūc visuri sum⁹. alias fidei plene non succederet visio sicut īnuit cōmuniter verba sctōꝝ nec veniente qđ pfectuꝫ est euacuareꝶ qđ ex pte est. vt dicit apls. ¶ Cōtra eandē ꝯclusionē arguit Durand⁹ pmo sic. qꝛ nihil infinitū sub rōne infinita potest esse subm scīe finite. qꝛ scīa sortiꝶ rōnem ab obiecto. Sed de⁹ sub rōne absoluta est infinitus ꝛ sub rōne infinitatis accept⁹. ergo vt sic nō potest esse subm vel obm theologie nr̄e q̄ finitatem habet. ¶ 2°. sic sub eadē rōne est de⁹ subm in theologia de qua nūc loquimur ꝛ in fide: sꝫ in fide articuloꝝ deus est subm nō sub rōne absoluta sed sub rōne determinata. ergo de⁹ nō ē subm in theologia sub rōne absoluta. maior pꝫ qꝛ sicut supra dictū ē illud idē ꝛ sub eadē rōne est subꝫ in scīa: qđ est subm in ꝯclusione pncipaliter illata. sed articuli fidei sunt ꝯclusiones pncipaliꝶ illate in theologia ꝓut nūc loquimur: vt supra declaratū ē. ergo idē ꝛ sub eadē rōne est subm in theologia ꝛ in fide articuloꝝ. ita ꝙ theologia ꝛ fides articuloꝝ nō differūt qꝫ^m ad subm: sed solum qꝫ^m ad modū assentiendi. ꝛ hec fuit maior. minor ꝓbaꝶ qꝛ deus nō est subm in fide articuloꝝ sub illa rōne sub qua multa possunt ꝓbari de ipso demōstratiue ꝛ sciētifice: alioqui inueniretur aliquis articulus fidei q̄ posset viatori demōstrari. sꝫ de deo sub rōne absoluta qua de⁹ est possunt multa ꝓbari demōstratiue et sciētifice. verbi grā ꝙ deus est itellectualis: ꝙ de⁹ est vn⁹ ꝛ similia. ergo de⁹ sub rōne absoluta nō est subm in fide articuloꝝ: sꝫ sub aliq̄ rōne determinata. ¶ 3°. pōt sic argui. qꝛ si theologia sit de deo ſm ꝙ deus absolute: sequiꝶ ꝙ idē hitus sit sciētific⁹ ꝛ creditiu⁹. sꝫ hoc est impossibile. qꝛ sequeretur eundē actū esse scire ꝛ credere. minor pꝫ ꝺ se maior ꝓbatur. qꝛ quedā conueniunt deo ſm ꝙ de⁹ que possunt demonstrari. s. ꝙ sit vnus ꝙ sit simplex ꝙ sit intelligens ꝛ similia: quedā aūt sunt q̄ sola fide teneꝶ vt ꝙ sit trinus: vel incarnatus. ¶ Cōtra tertiā ꝯclusionē arguit Aureolus vltima q̄stione ꝓlogi. ꝓbando ꝙ ens diuinū⁹ reuelabile nō sit subm hui⁹ scīe. arguit sic. Nulla realis ꝛ nobilissima scīa habet ꝓ formali obiecto respectū rōnis. sed reuelabile ad veritates theologie nō addit nisi vnū respectū in ordine ad deum: ergo non potest esse subiectum in scīa reali. ¶ 2°. obiectū debet equari vt nec excedat considerationem sciētie: nec excedaꝶ ab ea. sꝫ multa fuerunt hominib⁹ reuelata q̄ nō contineꝶ in hac sciētia: vt sybille puer nasciturus de virgine. Et de phis legiꝶ ꝙ de⁹ manifestauit illis. Et ꝺ alexādro ꝙ in veste pōtificali apparuit illi deus. ꝛ imperiū totius asie repromisit. ꝛ multa alia forsitā inspirauit de⁹ per varias gētiū nationes de quibus cōstat ꝙ nō continētur in hac scīa. Igitur reuelabile non est in ea subm. ¶ 3°. sic vnius scīe non est nisi vnū formale subm. Sed tu ponis ꝙ deus est subm huius scīe. ergo reuelabile non est subm huius scīe. Unde iste due ꝓpositiones cōtradicunt. ¶ 4°. sub illa rōne deus nō est subm in ista scīa: sub qua non insunt sibi veritates que in ea determinātur: Sꝫ trinitas ꝛ alie veritates non insunt deo sub rōne reuelabilis. non eñi est trinus inqꝫ^m reuelabilis aut potens reuelari: ergo deus vt reuelabilis non est subm. ¶ 5°. prō nem subi insunt passiones subs ꝛ nō ecōtra. de⁹ autē non est trinus inqꝫ^m reuelabilis nec est omnipotens inqꝫ^m reuelabilis ꝛ sic de alijs passionibus: igitur iddem quod prius ꝛc.

QUantū ad tertiū articulum p° notandū est ꝙ proprie ꝛ stricte loquendo. subm sciētie est

illud de quo aliquid est demonstratum in cōclusione scita. et dicit subm: ea rōne quia subijcitur predicato. s. ꝓprie passioni et alijs que de ipso ꝑdicantur. est etiā primū ad quod omnia alia in scientia cōsiderata habent aliquē ordinē et attributionē et sub aliqua ratione formali inq̄ʒ scibile est cōsiderant. Itaqʒ subm scientie ꝓprie et stricte consideratū habet tres cōditiones. pª q sit aliqd incōplexū. s. termin9 et nō ꝓpositio. 2ª. q sit pmo et principalit in scientia cōsideratū: et q oīa alia habeant attributionē ad ipm. 3ª. est q aliqua possint predicari demōstratiue de ipso si est scientia proprie accepta. ratio prime conditionis tacta est supra q. s. subm scientie est illud qd predicato subijcit in cōclusione demōstrata. ratio secūde cōditionis. quia sm phm p9 posterioꝝ. vnitas scientie est ab vnitate subi: sed non esset vna a subo nisi subm pmo et principaliter cōsideraretur et alia per cōparationē ad ipm. alias non magis attenderetur vnitas scientie sm subm qʒ sm alia; et ꝑ consequēs non eēt vna scia sed plures sm plura in ea cōsiderata. Ratio tertie patet: quia subm assignatur in scia obm. Et dicit obm scie ꝓprie loquēdo cōclusio demōstrata includēs subm et predicatum. Ea ratione quia est illud quod p° et principalit scitur sm affirmationē vel negationē. Nā cū scientia sit veri: et veȓ significetur solū ꝑ enunciationē ꝓut philosophus dicit p°. periher: sequitur q enunciatio sit qd proprie scitur et illa enunciatio que pmo et principaliter scitur: est in scientia obm sicut et obm visus est quod pmo et principalit videtur: et ꝓpterea obm in respectu ad potentiaʒ vel habitū dicitur. et obm scientie est cōclusio demonstrata q̄ est quedā enūtiatio. Ex his infert q obm scientie proprie loquendo est aliquid cōplexū. Quod satis accipit ex dictis sancti Tho. 2ª. 2e. q. pª. ar. p°. 2°. 3°. et 4°. Verū ē q aliquādo accipitur obm pro subo et ecōtra. Quāuis hoc. 2m. raro. Et tunc obm dicit ꝑ comparationē ad potētiā vel habitū: et subʒ per comparationē ad passiones que de illo ꝓbant. et tū cū subm scientie appellat obm: debet intelligi d obiecto nō imediato et pximo sʒ de obo vltimato. In eo enī q habit9 scientie terminatur ad cōclusionē demōstratam: dicit terminari per ꝯsis ad subm eiusdē conclusionis qd est subm scientie. et in isto sensu sunt accipienda verba sancti Tho. 2ª. 2e. q. pª. ar. 2°. q obm fidei ex parte rei credite: est aliqd incōplexū. s. res ipsa de qua fides habetur. Sed ex parte credentis: obm fidei est aliqd cōplexuʒ per modū enunciabilis. q autē sit de mente sancti doctoris q subm aut res de qua est scientia dicatur obm vltimatū patet. Nā eodē. ar. ad. 2m. inquit. actus credentis non terminat ad enūtiabile sed ad rē. non enī formam9 enunciabilia nisi vt per ea de reb9 cognitionē habeam9 sicut in scientia ita et in fide: hec ille. Et debet intelligi q dicit actus credētis nō terminatur ad enunciabile: sed ad rē. s. vltimate. Nā de proximo et immediato: ad enūtiabile terminatur: qd est obm proximū et imediatū: ꝓut ex supra dictis patet. Ea enī rōne aliqd dicit obm habitus vel potētie: quia ad illud actus talis potētie vel habitus terminatur.

Secundo. Notandū est ꝓut dicit sanctus Tho. 2ª. 2e. q. pª. ar. p°. Itē de veritatib9. q. de charitate. ar. 4°. Et. 3°. sentētiaꝝ distin. 14. q. pª. ar. p°. sub. ar. p°. et pluribus alijs locis. in obo scientie vel alteri9 habitus est aliqd vt formale et aliqd vt materiale. formale in obo dicit illud sm cui9 rōnem obm refertur ad habitum et habit9 circa id versatur. Materiale autē in obo est illud in quo id qd formale est fundat. quēadmodū et in potentia visiua formale est color: materiale aūt est corpus coloratū. Et in scientia geometrie materiale in obo est cōclusio scita: formale vero est ipsa ratio sciēdi q̄ media demonstrationis sunt: quib9 cōclusio scita cognoscit. Aduertēdū est tamen q rō formalis obi scientie dupliciter potest cōsiderari. Uno modo ex pte rei scibilis. Alio modo ex parte scientis. rō formalis obi ex parte rei scibilis est illud quod primo et per se attingit in obo a potētia vl habitu. i. ad qd primo et ꝑ se actus potentie vel habit9 terminat simul cū ipso obo materiali. vnde est aliqd quod cognoscitur. Rō formalis obi ex parte scientis: dicit mediū quo potētia vel habit9 scientie attingit obm. i. ꝑ quod tali vel tali modo circa obm versat. Exēpluʒ primi: vt si aliqs consideret rē sm q est ens absolute et alius sm q est mobilis: ibi erit diuersa rō obi ex parte scibilis. Exemplū secūdi vt si vn9 habeat de eadē re et q̄ʒm ad eandē ꝓprietatem notitiam per mediū ꝓbabile vel opinabile et alius ꝑ medium demōstratiuū: ibi erit eadē rō ex parte rei apprehēse: sed non est eadem rō cognoscendi ex parte intellect9 cōsiderantis. et ꝑ hanc distinctionem dissoluit qdā apparēs repugnantia in dictis sancti Thome. Nā pmo sentētiaꝝ in ꝓlogo ar. 4°. sanctus doctor assignat subʒ theologie ens diuinū cognoscibile per inspirationē. Unde videtur q aliter senserit de subo theologie ibi et ꝑma parte ac alijs locis sicut allegatum est in. 2a. conclusione vbi dicit q deus est subm theologie

Sz in veritate nulla est cōtradictio. Nā in pma parte τ alibi ,put allegatū est in .2ᵒ. ꝯclusiōe assignat subꝫ q̄zᵐ ad rōnē formalē ex pte scibilis. Uñ illud vocat subm theologie de quo pncipalit cōsideraṫ τ qđ cōprehēdit omnia de qb⁹ tractaṫ in theologia cōmunitate attributionis. omnia eni attributionē τ ordinē habēt ad deū ꝑm aliquez modū ,put pma parte vbi allegatū ē expōit sctūs doctor. ſꝫ in scripto voluit assignare subm theologie. τ q̄zᵐ ad rōnē formalē ex pte scibilis τ q̄zᵐ ad rōnē formalē ex parte sciētis: q̄ ē rō cognoscēdi. hūo teni ratio est reuelabilitas. Uoluit itaq; sctūs Tho. in scripto cōprehēdere oīa q̄ diuersis opinionib⁹ ponebātur ēē subm theologie ,put ipsemet dicit ibi. Et itelligit sctūs doctor prima pte q̄ de⁹ est subm in theologia sub ratione deitatis absolute. ita q̄ ratio formalis ex parte scibilis ꝑm quā de⁹ dicaṫ subm: ē rō deitatis ,put abstrahit ab oīb⁹ attributis q̄ se habēt ad subꝫ deitatis sicut ꝓprietates quedā ꝑm modū nr̄m intelligēdi. vt sapiēs: bon⁹. τ similia. Nam sub tali rōne pncipalit cōsideraṫ ð deo in hac sciētia: τ ad deū sub tali rōne omnia q̄ in theologia cōsiderantur habēt attributionē. τ vt sic possunt ð deo ꝓbari aliq̄. s. attributa diuina p modū passiōis ꝑm modū nr̄m intelligēdi q̄zᵐuis in re oīa sint iddē realit cū deitate. Sub rōne eni vnius attributi vt sapiētie vel alteri⁹: nō pōt vere τ ꝓprie dici q̄ de⁹ sit subm in theologia. Qm̄ sub tali rōne nō oīa cōsiderata i theologia habēt ad deū attributionē. Sꝫ nec pōt dici ,ppe q̄ de⁹ sit subm sub rōne qua cōprehēdit in se oīa attributa τ omnes pfectiōes diuinas. Nā vt sic nihil remaneret qđ de deo in theologia probari posset p moduz passionis. qđ tn̄ reqritur in omni sciētia. Omnis eni sciētia preter subm cōsiderat alia. s. proprietates vel passiones ð suo subo ,pbādas. Nā ideo aliq̄d dicaṫ subm in sciētia q̄r subijciṫ in ꝯclusione alicui pdicato. qđ p dmōstrationē aut p syllogismū ,pbaṫ inesse subo ,put supra dictū fuit i pᵒ notabili. Animaduertēdū tn̄ est q̄ aliqua ratio pōt dici absoluta dupliciṫ ,put absolutū diuidiṫ ꝯtra ꝯtractū aut determinatū. Uno mō ex parte obi aut subi scibilis: ,put cōtractio aut determinatio est p additionē alteri⁹ rōnis min⁹ cōmūis. quēadmodū cōsueuit dici q̄ gen⁹ cōtrahitur p differētias. Alio modo ,put absolutū distinguiṫ ꝯtra determinatū aut ꝯtractū ex parte sciētis p restrictionē cōsiderationis τ exclusionē totalis cōprehēsionis. Nūc autē qđ sctūs. Tho. dicit q̄. s. deus ē subm in theologia sub rōne deitatis absolute: debet intelligi ð absoluto pmo modo. Nō eniz theologia habet eū pro subiecto sub aliq̄ determinatione cōtrahēte τ restrigēte ad aliq̄d min⁹ cōmune sicut dictū est. loquēdo aūt de absoluto 2ᵒ. mō ex parte sciētis: theologia nostra nō hēt ,p subo deū sub rōne absoluta deitatis. nō enim habet de deo vniuersalē considerationem totalis cōprehensionis.

Tertio. Notandū est pro intellectu .3ᵉ. cōclusionis q̄ duplex ꝯsideraṫ rō formalis obi theologie. s. ratio deitatis: et ista est ratio cognita: τ lumen diuine reuelationis τ ista est ratio cognoscendi. et hoc quod dico reuelabile: est ratio denominatiue dicta de obo theologie a ratione cognoscēdi. Unde est quedam denominatio ab extrīseco. s. a reuelatione existente in cognoscente. Unde reuelabile ē ratio formalis obi ex parte cognoscētis.

Quantum ad q̄rtū articulū respōdēdū est ad aduersarioꝝ obiectiōes. Ad primū cōtra primā partē cōclusionis respondet sctūs Tho. super boetiū de trinitate. ca. age igitur. q. pᵃ. ar. 2ᵒ. in corpore q̄stionis. et plani⁹ ad. 4ᵐ. Itē pma parte. q. 86. ar. 3ᵒ. q̄ de cōtigētibus aliter se habere potest esse sciētia: nō ꝑm q̄ sunt cōtingētia: sꝫ q̄zᵐ ad rationes vniuersales τ necessarias q̄ a rebus ipsis cōcipit intellect⁹: nihil est a deo cōtingens qui in se aliq̄d habeat necessitatis. sicut hoc ipsum q̄ est sortē currere cōtingēs est: sꝫ habitudo cursus ad motū necessaria est. ipsa etiā ratio vniuersalis rei cōtingētis necessitatē habet quādā. Hec eni ꝓpositio necessaria est: oīe ꝯtigēs possibile est aliter se habere. et multe alie ꝓpositiones necessarie possunt accipi p intellectū a reb⁹ cōtingētib⁹ de q̄bus pōt esse sciētia. Unde ,put sctūs Tho. cōcludit pma parte loco palegato. Si attēdātur rōnes vniuersales scibiliū: omnes sciētie sūt ð necessarijs. Si aūt attēdātur ipe res: sic q̄dā sciētia ē ð necessarijs et q̄dā ð cōtingētib⁹. Ad. 2ᵐ. cōcediṫ q̄ eadēz res pōt ēē obm materiale et fūdamētale sciētie τ opiniōis τ fidei τ erroris: sed q̄zᵐ ad diuersa τ diuersis enūciatiōib⁹. τ hoc nullū incōueniēs est ,put ex dictis philosophi patet primo posterioꝝ. et docet illud sctūs Tho. 2ᵃ. 2ᵉ. q. pma. ar. 5ᵒ. ad. 4ᵐ. esset autē incōueniēs si omniū illoꝝ habituū esset iddē obm formale. Ut q̄ ð eadē enūciatione respectu eiusdē subi τ ꝑm iddē tēpus τ secūdū omnē modum idēptitatis idē homo haberet sciam τ errorē aut opinionē q̄ tn̄ non sequiṫ ex cōclusione sancti

doctoris nec illud arguēs satis ꝓbat. ¶Ad.3ᵐ. negat̃ cōsequētia. nā assensus ſm ꝓpriā rōnem est circa verū. qḋ pertinet ad intellectū cōponētē ⁊ diuidentē prout philosophꝰ dicit .pᵒ. periar. ⁊ ita nō est nisi enunciationis. sciā autē non solū dicit̃ respectu enūciabilis qḋ ē proximū eiꝰ obm. sed etiā respectu subiecti enūciationis qḋ est eiꝰ fundamētale obm ⁊ vltimatū. prout supra patuit in primo notabili. ex dictis sancti Thome. et ad ꝓbationē ꝯsequētie negat̃ ꝙ vniuersaliter oīm ei quod scitur: assentiatur ꝗ̄uis propositio cōuersa cōcedat̃. s. omne cui assentit̃ scit̃. Nā assentire cū importet applicationē intellectꝰ ad aliqḋ ſm affirmationē vel negationē ꝯsequit̃ actum intellectꝰ cōponētis aut diuidētis. Et ꝑ cōseq̄ns semper respicit pro obiecto suo enunciabile. vñ soli enūciationi aut ꝓpositioni assentit̃. sȝ scire ē quoddā cognoscere. vnde extēdit se ex sua rōne ⁊ ex vsu loquēdi ad omne illud cuius cognitio habetur per aliquē modū siue mediate siue inmediate. ⁊ ideo nō solū enūciatio vel enūciabile scitur: sȝ ꝑ ipsam enūciationē scit̃ etiā ⁊ cognoscit̃ subm de quo format̃ enūciatio. Nā vt supra allegatū est ex dictis sancti Thome. 2ᵃ. 2ᵉ. q. pᵐᵃ ar. 2ᵒ. ad. 2ᵐ. nō formamus enūciabilia nisi vt ꝑ ea de rebꝰ cognitionem habeamꝰ. Itē de veri. q. 14. ar. 8. ad. 12ᵐ. inquit. ꝗ̄uis fides sit de cōplexo q̄ȝ ad id qḋ in nobis est: tamē q̄ȝ ad id i qḋ per fidē ducimur: sicut in obm est de simplici veritate. patet ergo ꝙ scientia dicit habitudinem tamq̄ȝ ad obm ⁊ ad rem extra et ad propositionē de ea formatā. ꝓpositio tamē est obiectū proximū: res vero extra est obm vltimatum ⁊ fundamētale. Cū vero arguēs infert ꝙ tunc fidelis eque licite crederet et ita firmiter diabolo sicut deo; negat̃ cōsequētia et ad eius probationē dicitur ꝙ probatio est nulla. nā credere ꝙ diabolus nō est omnipotēs nō est credere diabolo sȝ est credere aliqḋ de diabolo qḋ licitū est. et cū rursus īfert ꝙ eidē simul assentiret aliqs et dissentiret: dicimꝰ ꝙ hoc nō est incōueniēs si illud cui assentit̃ est res extra ſm diuersas rationes aut ſm aliud et aliud. possumꝰ enim de eadē re assentiēdo affirmare vnū ⁊ et dissentiēdo negare aliud vt in exēplo arguētis. ¶Ad. 4ᵐ. cōcedit̃ tota deductio. Nō enim ex ea aliud cōcludit̃ nisi ꝙ obm sciētie imediatū ⁊ proximū sit ꝓpositio. qḋ sctūs doctor non negat. sed mediatū obiectū ⁊ vltimatū est ipsa res de q̄ ꝓpositio format̃. ad qḋ tamē obm nō se extēdit assensus nec ex propria significatiōe nec ex vsu loquēdi. ¶5ᵐ cōcedimus. Nō eni aliud cōcludit q̄ȝ ꝙ res extra nō est obm assensus quod et nos cōcedimus. ¶Ad. 6ᵐ. negat̃ minor. semper enim quod per cōclusionē demōstrationis significat̃: aliquo modo ē. nā vt sctūs doctor dicit prima parte. q. 14. ar. 9ᵒ. ea que non sunt actu: sunt in potētia: vel dei vel creature: siue in potētia actiua siue passiua: siue in potētia oppinandi vel imaginādi vel quocūq̄ȝ modo significandi. Unde infinitū vel aliud impossibile de quo demōstrat̃ non esse: aliquo modo ē. s. ꝑ imaginationē vel intellectū. quū si nullo modo esset nec etiā in itellectu: nō posset intellectꝰ de eo formare aliq̄ȝ ꝓpositionē. Sicut eni philosophꝰ dicit. 4ᵒ. methaphisice negatio vel ꝓuatio entis vno modo dicitur ens. ¶Ad. 7ᵐ. negatur antecedens. Dico eni ꝙ sciētie ꝯclusionis vniuersalis demōstrate: obm est res vniuersalis. Et cū arguit̃ cōtra q2 nulla res extra animā est talis: dicit̃ ꝙ licet nulla res habeat vniuersalitatē extra animā: tamē res q̄ in intellectu habet vniuersalitatē: est extra animā. s. natura q̄ est in indiuiduo. Sicut. n. dicit sanctꝰ Tho. pᵐᵃ pte. q. 85. ar. 2ᵒ. ad. 2ᵐ. cū d̃r vniuersale abstractū seu vniuersalitas: natura ipsa cui accidit vel intelligi vel abstrahi aut intētio vniuersalitatis: nō est nisi in singularibꝰ. sed intētio vniuersalitatis ē in intellectu. Et hoc patet ꝑ simile in sensu. Uisus eni videt colorem pomi sine odore eiꝰ. Si ergo q̄ratur vbi sit color qui videt̃ sine odore: manifestū est ꝙ color q̄ videt̃ non ē nisi in pomo. Sed ꝙ sit sine odore perceptꝰ: hoc accidit ei ex pte visus. inq̄ȝᵐ in visu est similitudo coloris ⁊ nō odoris. Et similiter humanitas q̄ intelligit̃ nō est nisi in hoc vel in illo homine. Sȝ ꝙ humanitas apprehēdat̃ sine indiuidualibꝰ ꝯditiōibꝰ ad qḋ sequitur intētio vniuersalitatis: accidit humanitati secūdū ꝙ ꝑcipit̃ ab intellectu. Idē dē in sūa dicit. ar. 3ᵒ. ad pmū. Itē cōtra gētiles. li. 2ᵒ. ca. 75. ait. Ad hoc inuēte sunt artes ⁊ sciē vt res in suis naturis cognoscantur. Et parū infra. licet natura generis ⁊ speciei nūq̄ȝ sit nisi in his indiuiduis: itelligit tamē intellectꝰ naturā speciei ⁊ generis nō intelligendo ꝑncipia indiuiduātia. Et hoc est intelligere vniuersalia. Et sic hec duo non repugnāt ꝙ vniuersalia non subsistāt extra animā: et ꝙ intellectꝰ itelligēs vniuersalia intelligat res q̄ sunt extra animā. ¶Ad 8ᵐ. d̃r ꝙ maior ē itelligēda de scibili qḋ est obm ꝓximū sciētie. Id aūt est ꝯclusio demōstrata. ꝑ vt dictū est in pmo notabili. Nō aūt habet veritatē de scibili vltimato qḋ ē subm ꝯclusionis prout supra habitū est. patet ergo ꝙ argumēta cōtra primā partē ꝯclusionis nō ꝓcedūt. ¶Ad argumēta ꝯtra. 2ᵃᵐ. partē ꝯclusionis respondet̃. Ad

primū cōcedit cōsequentia cum suo antecedēte et ad improbationē ꝯsequētis dico ꝙ nulla experientia docet ꝙ demōstrās actu et sciēs nonferat intuitū suū supra ꝯclusionē saltē mentalē quam format vt per eam et in ea rē ipam cognoscat. omnem enī intellectionē ꝯsequit̄ alicu⁹ conceptus formatio i quo tanq̄ȝ in expressa similitudine res cognoscit̄ ꝑut sanctus doctor docet pma pte. q. 27. ar. pmo. et in tractatu de natura verbi intellectus. et multū apte in de differētia diuini verbi et humani et plurib⁹ alijs locis. et istū ꝯceptū rei q̄ alias dicit̄ ratio cognoscēdi: eodē actu et intuitu apprehēdit intellect⁹ quo et illud cu⁹ est ꝯcept⁹ vel ratio cognoscēdi. ꝑut expresse dicit sanctus Tho. 3°. sentēciar. disti. 14. q. 1. ar. p°. sub. ar. 4° Quod intelligēdū est qū cognoscit̄ ꝯceptus vel ratio prout est similitudo expressa rei cuius est. Idē enī mot⁹ et intētio est in rē et in imaginē rei inq̄ȝm est imago. ꝑut phs dicit libro d memoria et reminiscētia. et doctor sctūs in. 3ª. parte. q. 26. ar. 3°. et in q̄ȝ plurimis alijs locis. ¶Et cū vlterius dicit̄ ꝙ demōstrās nō actu reflectitur supra ꝯclusionē cōprehēdēdo ipam: dico ꝙ verum est ſm se. s. cōsiderādo ꝯclusionē ꝑut est q̄dam propositio significās verū vel falsum vel prout est quoddā aggregatū ex subo predicato et q̄dā ꝑpositio deducta ex principijs: vel ſm aliam similem ꝯsiderationē. Sed accipiēdo ꝯclusionē inq̄ȝm signū est. i. inq̄ȝm significat inherentiā pdicati ad subm: omnis demōstrās apprehēdit ꝯclusionē. Nā apprehēdit intellectū ꝯclusionis. Qui enim per demōstrationē infert hāc ꝯclusionē homo ē resibilis: cognoscit ꝙ resibile inest homini tanq̄ȝ ppria passio: et isto modo ꝯclusio vel enūtiatio dicitur a sancto doctore obm sciētie. s. q̄ȝm ad id quod significat. et nō accipiendo ꝯclusionē vel enuntiationē pro litteris aut syllabis vel terminis ex qb⁹ cōponit̄: vel q̄ȝm ad simul q̄ possunt considerari in ꝑpositione que appellat̄ cōclusio. ¶Ad confirmationē dicit̄ ꝙ ꝯclusio apprehēdit̄ a demōstrante: apprehēsione inditiua loquēdo de ꝯclusione q̄ȝm ad sensū quē importat. Nam de ꝯclusione ꝑposita apprehēdit demōstrās ꝙ resibile inheret homini. q̄ apprehēsio est inditiua: et sic de ceteris ꝯclusionib⁹. Unde huiusmodi apprehēsio inditiua nō est qua aliq̄d iudicet̄ de ꝯclusione. sed de re de qua est ꝯclusio. Et cū obijcit cōtra arguēs: ꝙ demōstrās non semp apprehēdit ꝙ ꝯclusio sua sit vera quia nihil cogitat de veritate ꝯclusionis: conceditur. Sed hoc non militat cōtra nos. quia esse verum vel falsum: et esse deductū ex pricipijs necessarijs vl̄ ꝓbabilib⁹: et ē ꝯclusionem vel solā enūtiationē et huiusmodi ꝯceptiones: ꝯsequūtur ꝯclusionē prout considerat̄ ſm se. i. inq̄ȝm conclusio. et isto modo non ponit̄ imediatū obm scientie. sed q̄ȝm ad significatū vel q̄ȝm ad sensū quē ꝯclusio importat ꝑut declaratū est supra. Unde dicim⁹ ꝙ demōstrās cognoscit ꝯclusiōē. i. id qđ significat ꝯclusio q̄uis tūc non cogitet de veritate ꝯclusionis vel de alio eius accidēte. et hoc ipse arguens ꝯcedit. Nam dicit ꝙ cum demōstrās format ꝯclusionē: directe figit aspectū suū in id qđ ipsa significat. et hoc idē intelligit sanct⁹ doctor cum dicit enuntiationē vel ꝯclusionē esse ꝓximū obm sciētie. i. significatū ꝯclusionis vel ꝯclusio q̄ȝm ad id quod significat. Similit̄ alia q̄ arguēs inducit nō sunt contra nos. Omnia enī ꝑtendūt ꝙ ꝯclusio ꝑut est quedā enūtiatio et ꝑut ꝯsiderat̄ vt quedā ꝑpositio deducta ex pncipijs vera aut falsa: et generaliter sub cōsideratione qua ꝯuenīūt sibi aliq̄ inq̄ȝm ē cōclusio: nō ē obȝ sciētie et hoc nos nō negamus. sed dicim⁹ ꝙ ꝯclusio est obm sciētie q̄ȝm ad id qđ significat. ¶Per idē patet responsio ad. 2m. vnde admittim⁹ ea que arguēs suppōit. Et ad argumētationē quā format ex illis suppositis: negat̄ consequētia. qm̄ eodē intuitu vl̄ actu conclusio scit̄ ꝙ supra q̄libet lineā rectā finitam contingit triangulū collocare: scit̄ ipa cōclusio. s. super q̄libet lineā rectā ℞c. non q̄ȝm ad hoc qđ est esse verā vel falsam vel q̄ȝm ad alia accidentia q̄ conueniūt ꝯclusioni inq̄ȝm conclusio: ſȝ scit̄ ipsa cōclusio q̄ȝm ad id qđ significat. Et isto modo dicit̄ obiectū sciētie. sicut enī dicit̄ vox aut dictio cognosci cum cognoscitur eius signatū: ita et ꝑpositio vl̄ ꝯclusio dicitur cognosci qū cognoscitur ei⁹ significatū. Nā idē motus et intētio ē ad rem et signū vel imaginē rei inq̄ȝm signū eius est vel imago. ꝑut supra dictū fuit ex dictis philosophi et sancti Thome. Et q̄uis conclusio non sit omnino idē cum eo qđ signat: ꝑut. 2°. loco arguens supponit: qr tamē ꝯclusio est signum eius: eadē apprehēsione cognoscit̄ qua et illud. ꝑ regulam phi allegatā. Ex hijs patet responsio ad confirmationē et ad. 3m. argumētū. ¶Ad argumēta Gregorij cōtra. 2am. ꝯclusionē. Ad pmū negat̄ consequētia. Et ad ei⁹ ꝓbationē dico ꝙ si theologia accipit̄ absolute ꝑut dicit̄ sermo de deo ſm nominis interpretationē: sic ꝯprehēdit in se theologiam dei et beatoꝝ et nr̄am: et sub hac generali acceptione formale obm theologie ꝓportionatū et adequatū est deus sub rōne deitatis absolute. Ita ꝙ quecūq̄ȝ cōueniūt deo sub rōne deitatis: ptinēt ad ꝯsiderationē theologie sic

sumpte. q2 ꝑtinēt ad theologiā dei q̄ est pfectissi
ma habēs in se omnis notitie cōplemētū. Si ve
ro theologia acapiat contracte ꝓ scientia de deo
in beatio ⁊ in nobis: sic de⁹ sub rōne deitatis ab
solute est formale subm sed nō adequatū ⁊ pro-
portionatū. ita q̄ neq3 excedat scientiā cuius est
subm nec excedat. Nā sicut deductū fuit supra
in pma. q. ex dicto sancti Thome. theologia no
stra quedā impressio est ⁊ quedā participata co-
gnitio a scia dei. vnde est imꝑfecta respectu eius
Habet enī se scia nr̄a ⁊ etiā beatoꝝ ad scientiam
dei: sicut scia quam in principio disciplīe habet
discipul⁹ q̄ nec pfecta est nec se extēdit ad oīa
ad que se extēdit scientia doctoris sui. sed est dif-
ferentia. Qm̄ imperfectio scientie discipuli apud
nos ideo est quia nōdū oīa sibi exposita sunt
que ad talē sciam ptinēt: est tamē capax eius pfe
ctionis scientie q̄ est in doctore. Sed imperfectio
scientie ⁊ theologie nr̄e ⁊ omnis creature ꝓuenit
non solū ex eo q̄ non sunt oia q̄ ptinēt ad scientiā
theologie exposita ⁊ reuelata intellectui creato
sed ⁊ magis q2 intellect⁹ creature nō est capax
tante lucis. s. infinite: quia possit ꝯprehēdere infi
nitatē ⁊ imensitatē diuine pfectionis. et ꝓconse-
quens nec oīa q̄ ꝯueniūt deo sub rōne absolu
ta deitatis q̄ infinita sunt. Acapit in presenti ra
tio absoluta deitatis: ꝓut diuidit ꝯtra rationez
specialē aut contractā. Ex hijs respondet ad for
mā argumēti. Dico ergo ad ꝓbationē consequē
tie q̄ si in maiori acapiat obm qd est adequatū
⁊ ꝓportionatū scientie: vera est. sed in hoc sensu
nihil infert ꝯtra nos. Qm̄ sanct⁹ doctor non po
nit deū sub rōne absoluta deitatis esse obm vel
subm adequatū ⁊ proportionatū theologie nr̄e
aut alicui⁹ creature sicut ex predictis patet. Si
vero acapiat obm in illa maiori ꝓpositione pro
omni eo circa quod pncipaliter directe et per se
versat habit⁹ scie: etiā si sibi non sit adequatum
et ꝓportionatū: falsa est. et potest dari exemplum
in discipulo rudi ⁊ hebete atq3 debilis imagina-
tionis: intm̄ q̄ fm sui ꝯditionē indiuidualē nō ē
capax oīs subtilitatis q̄ in scia naturali aut ma
thematica inuenit. Certū est. n. q̄ hui⁹ discipu
li rudis sicut ⁊ ingenio ꝑstātis: scia naturalis aut
mathematica pro subo formali habet ens mo
bile aut quātū ꝯtinuū: ⁊ tn̄ respectu scie q̄ est i ru
di discipulo: nō dicet subm adeq̄tū et ꝓportio-
natū. et ꝯn̄s nec ad illius sciam ꝑtinēt omnes
veritates q̄ ꝯueniūt tali subo fm rōnē suā abso-
lutā. qm̄ intellect⁹ eiusmodi nō est tāte pfectio-
nis q̄ sit capax earū. ¶ Ad pmā ꝯfirmationē ne
gat assumptū imo est assignare rōnē q̄re theolo
gia nr̄a poti⁹ habet ꝯsiderare aliq̄ eoꝝ q̄ ꝑ se cō
ueniūt subo q̄3 alia. ⁊ rō acapit ex lumine diuine
reuelationis nobis infuso q̄ est ratio formalis cog
noscendi prout dictū est in. 4°. notabili. ¶ Ad
secundā cōfirmationem negatur consequentia
si intelligat de contractione ex parte rei scibilis.
Nam id potest contingere ex imperfectione et
defectu scientis ⁊ non ex restrictione capacita-
tis subiecti. etiam maq3[m] subm est. Si autē intel-
ligat de contractione ex parte scientis: concedit
sed nihil concludit contra sanctū Thomā qui
non loquitur de absoluta ratione deitatis ꝓut
absolutum opponitur huiusmodi contractioni q̄
est ex parte scientis prout dictū fuit in tertio no
tabili. Quod autē arguens vlterius infert q̄. s.
intellectus viatoris aut beati posset cognoscere
imo ⁊ comprehendere quicquid cognosci ⁊ ve-
rificari potest de deo: non valet. quoniā vt dictū
est deus non est subiectū adequatū ⁊ proportio
natum theologie nostre aut beatorum sed exce
dens. et ideo in nostra theologia aut beatorum
cognosci de deo non possunt quecūq3 de eo cog
nosci possunt aut in eo cōprehendūtur: sed illa
precise que fm determinatū modū sue cōsidera-
tionis tradūt. s. fz modū diuine reuelatōis. sed
ista determinatio ꝯtrahit rōnem subi nō ex par
te ipsius scibilis sed ex parte scientis nam ꝯtra-
hit modum sciēdi nō ipsum scibile. ¶ Ad. 2[m]. est
similis respōsio. Deus enī est subiectum theolo-
gie beatorum sub absoluta ratione deitatis licet
obijciatur contracte ex parte scientis quia. s. nō
obiatur alicui itellectui creato fm omnē modū
et rationē quibus est considerabilis nec fm om-
nem veritatē de ipso scibilē sed fm determina-
tum modū considerationis ⁊ ad certū gradū ac
mensurā veritatum q̄ de deo sciri possunt. ¶ Ad
primū Durandi contra eandē ꝯclusionē dicitur
q̄ maior ꝓpositio vniuersaliter accepta est falsa
Nam philosophia naturalis: scientia finita est: et
tamē tractat d̄ infinito sicut d̄ finito. eo q̄ eiusdē
scie ē sicut eiusdē potētie cognoscere hitū et ꝑua
tionē. Illa autē ꝓpositio habet veritatē de subie
cto proprio ⁊ adequato quale nō est deus respe
ctu theologie nostre: sed multū ipsam excedens
neq3 ab ea cōprehensus. tale autē subiectū etiā
si in se sit infinitum potest esse subiectū scientie
finite eo q̄ quecūq3 consideranō d̄ eo habeatur
finita est. ¶ Ad. 2[m]. dicitur ad maiorez q̄ habet
veritatē de ratione sumpta ex parte subiecti sci-
bilis nō ex parte scientis vel modi sciēdi. et tunc
ad minorem dicitur. q̄ in ea cōmittitur fallatia
figure dictionis eo q̄ mutatur ratio rei sciteī ra

tionē modi sciendi. Ex maiori enim ꝑpositione
habetur ꝙ deus est subm in theologia sub eadē
ratione sumpta ex parte rei sub qua est subm in
fide. In minori autem arguens assumit qđ non
est vtrobiq; subm sub eadem ratione sumpta ex
parte modi sciendi. et ita variatur in premissis
ratio rei in rationem modi. que variatio causat
fallaciam figure dictionis. Non autē requiritur
ꝙ subm sciētie presertim subalterne: sub eadem
ratione ex parte modi sciēdi vel assentiendi cō-
sideretur respectu principiorum ꝛ respectu con
clusionum q̄ ex principijs inferūtur. Nam cum
scientia subalterna inq̄tm̄ huiusmodi accipiat pri
cipia a superiori sciētia: nō habet illa cognosce-
re nisi sub ratione modi creditiui. Conclusiones
autem inferuntur ex ipsis principijs ꝛ ideo pos-
sunt habere alium modū vel rōnem notitie. s. ꝑ
demonstrationez vel aliqo. Cum hoc tamē stat
ꝙ sub eadē rōne ex ꝑte rei sciti sit subz ꝛ respectu
principiorū et respectu cōclusionū. 2°. r̄ndetur ꝛ
breuius ꝙ maior ꝑpositio ꝑut iacet est falsa. nā
sub pluribus rōnibus est de⁹ subm in theologia
q̄3 in fide quia in fide est subm sub rōnibus tātū-
modo creditis. in theologia vero de⁹ est subm
nō solum sub rōnibus creditis: sed etiā sub rōni-
bus scitis et demonstrabilibus vt sub rōne ꝙ est
vn⁹. ꝙ est bon⁹. ꝙ est sapiēs. ꝛ sic de multis alijs.
que rōne de deo possunt demōstrari. ¶ Ad. 3m.
negatur consequētia. nō enim sequit̄ ex antece-
denti ꝙ idem habit⁹ sit scientificus ꝛ creditiuus
formaliter: sed bene sequitur ꝙ ad eundez habi-
tum sciētie ꝑtineāt et hit⁹ creditiu⁹ tāq̄3 aliqđ ꝑ-
suppositum et quasi antecedēter se habēs: quē-
admodum in scientia subalterna se habet habi-
tus principiorū. ꝛ ꝙ pertineat etiam ad eūdem
habitū scietificus. s. ꝯclusionūz qui se habeat in
trinsece ad talem habitum ꝛ quasi substātialiter.
et isto modo se habēt in theologia nostra habi-
tus articulorum qui est fides ꝛ habitus cōclusio
num ex articulis deduct⁹ qui sciētia appellatur.
¶ Ad argumenta ꝯtra. 3m. ꝯclusionē ad primū
dicitur ꝙ maior est vera loquēdo de formali ob
iecto aut de formali ratione obiecti ex parte sci-
bilis: sed est falsa si intelligat̄ de formali ratione
obiecti ex parte sciētis. quoniā talis ratio forma
lis obiecti semper dicit respectum aliquē ratio-
nis. scibile enim inq̄tm̄ huiusmodi semper impor
tat respectum rationis ad sciētiam vel ad sciētez
prout dicitur. 5°. methaphisice. Et talis rō for-
malis obiecti iq̄tm̄ scibile: diuersificat genera sciē
tiarum prout dictum fuit in questione precedē-
te. Reuelabile autez vbi ponitur a sancto Tho

ma obiectum formale theologie: intelligitur fm
formalem rationē obiecti ex parte sciētis prout
dictum est in tertio notabili. obiectum autē for-
male fm rationem formalem ex parte rei scibilis
est deus ipse fm sanctum Thomaz. Unde om-
nia argumēta contra hāc ꝯclusionem procedūt
ex falso intellectu in dictis sancti Thome pro eo
ꝙ arguens non satis aduertit ꝙ sanctus Tho-
mas aliquādo nominat obiectum formale theo
logie a ratione formali q̄ accipitur ex parte rei
scibilis: aliquando a ratione formali que accipi
tur ex parte scientis idest fm comparationē sci-
bilis ad sciētem q̄3m ad modum sciendi. q̄ ratio
importat respectū rationis vt dictū est. ¶ Ad. 2m
negatur minor, nā theologia cuius obiectum
formale et adequatū est reuelabile: nō est theo-
logia viatorum precise. sed etiā theologia bea-
torum hominū et angelorūz pro illa parte qua
sunt illis reuelationes. ꝛ sub ista theologia cō-
tinentur illa reuelata que enumerat arguens: ꝛ
cetera alia q̄ reuelata sunt hominib⁹. q̄3uis enim
aliqua reuelata hominibus non contineātur ex
plicite in libris canonicis: omnia tamē cōtinent̄
vel in se vel in suis principijs aut in suo simili vel
effectibus et vel actu vel virtute. Uerum est ta-
men ꝙ ad faciendā fidem: theologia nostra illi
soli innititur reuelationi que facta est apostolis ꝛ
prophetis qui canonicos libros scripserunt. nō
autē reuelationi si qua fuit alijs doctorib⁹ facta
prout sanct⁹ Thomas dicit prima parte. q. pma
ar. 8. ad. 2m. vnde si arguens loquatur de theo
logia nostra isto modo prout. s. efficaciaz habet
ad fidem faciendam: tunc obiectum formale et
adequatum erit reuelabile apostolis ꝛ prophe
tis. ¶ Ad. 3m. negatur consequentia. quoniā re-
uelabile non dicit subiectum aut obiectum disti
ctū ab ipso deo: sed importat rationem forma-
lē obiecti ex parte scientis. Cū enim sanct⁹ Tho
mas assignat deum pro obiecto formali theolo
gie et iterum reuelabile: non est mens eius assi-
gnare duplex obiectum theologie: sed duplicē
rationem formalem ipsi⁹ obiecti scilicet rationē
formalem obiecti ex parte scibilis: ꝛ rationē for-
malem eiusdē obiecti ex parte scientis. vnde in
primo scripto volens vtrāq; rationem cōprehē
dere assignauit subiectum theologie eius omnū
reuelabile. ¶ Ad. 4m. et. 5m. patet respōsio ex di
ctis. reuelabilitas enī3 est ratio formalis obiecti
theologie ex parte scientis et non ex parte scibi
lis: sub qua ratione formali insunt et concludū
tur de subiecto veritates que in theologia con
tinentur. et ratio diuersitatis est quia ratio for-

malio obiecti ex parte scibilis idest mag^m res est: consideratur principaliter in scientia et per eam concluduntur et demonstrant passiones de subiecto. nam huiusmodi ratio formalis mediat inter passiones et subiectum idest est medium probandi passiones de subiecto. sed ratio formalis subiecti ex parte scientis: non est medium probandi proprietates de subiecto: sed tantum dicit modum sciendi sicut in proposito. non enim per rationeo revelabiles probantur de deo qui est subiectum theologie proprietates vel que se habent per modum proprietatum. sed per rationem deitatis aut creatoris et huiusmodi si sit processus theologicus. per rationem tamen revelabilis accipitur modus sciendi. ¶ Ad argumentum ante oppositum patet responsio ex dictis.

¶ Distinctio prima.

Circa pͥmā distinctionē primi sententiarū querit̃ p°. vtrū fruitio sit actꝰ voluntatis τ argui̾t p° ꝙ nō. quā finē nihil aliō videt̃ eē ꝙ̃ fructū capere ſʒ fructū huiꝰ vite q̄ btitudo ē accipit itellectꝰ in cuiꝰ actu btitudo ꝯsistit: ergo frui nō est actꝰ volūtatis ſʒ intellectꝰ. In oppositū arguit̃. nā sc̄dʒ magistrū in littera: frui ē amor: ſʒ ꝯstat ſʒ oēs ꝙ amor ē actꝰ volūtatis. ergo τc̄. In hac questione erūt quattuor articuli vt sup̄.

Quātum ad primū sit pͥma ꝯ° ꝙ fruitio ē ꝺlectatio quā aliq̄s h̄et ꝺ vltimo expectato qḋ ē finis. istā ꝯclusionē ꝓbat sc̄tus Tho. p°. 2°. q. xj. ar. p° Idē ponit. q. 25. ar. 2°. i corpe ifine. eandē ꝯ°nē ꝓbat p° sen. di. pͣ. ar. p°. ¶ 2ª. ꝯ° ē ꝙ itētio est actꝰ volūtatis. hāc ꝯ°nē pōit sc̄tus Tho. pª. 2ᵉ. q. xij. ar. p°. Itē i. q. ꝺ. ve. q. 22. ar. 13° ¶ 3ª. ꝯ° est ꝙ idē ē actꝰ volūtatis q̄ mouet̃ i finē τ i illḋ qḋ ē ad finē ꝓpt finē. hāc ꝯ°nē tenet sc̄tus Tho. li. 2. sen. di. 38. ar. 4. τ. pª. 2ᵉ. q. 8. ar. 3°. τ. q. 12. ar. 4. τ i. ꝺ. ve. q. 22. ar. 14. ¶ 4ª. ꝯ° ē ꝙ fruitio nō solū trāsit obiectiue sup deū iuno τ sup visionē q̄ videt̃ deꝰ τ eadē fruitiōe fruimur vtroqʒ. istā ꝯ°nē intendit sanctus Tho. p° sen. di. pª. q. 2. ar. primo Item prima. 2ᵉ. q. xj. ar. 3°. ad 3ᵐ.

Quātū ad sc̄dm articulū mouēda sūt dubia τ p° argnit Aureolꝰ ꝯtra pͥmā ꝯ°nē ꝙ̄ ad multa ic a dicta. p° igit̃ vult ꝓbare ꝙ fruitio potius sit amor ꝙ̃ ꝺlectatio. τ hoc triplici medio. ¶ Primū ē tale. fruitio etiā ſm sc̄tm̄ Tho. ē ꝑfectissima opatio volūtatis τ nobilissima: ſʒ amor ē nobilior actus ꝙ̃ ꝺlectatio ꝓueniēs ex amore. ergo. τc̄. ¶ 2ᵐ ē tale. Delectatio ꝓueniēs ex amore: aut ē idē realit̃ ꝙ amor: aut aliḋ. Si sit idē realit̃: ꝯtradictio erit ꝙ proueniat ex eo: cum causa τ effectus non possunt esse eadē res cū nihil sit causa sui. nec ꝓueniat ex se aut sequatur se. Si vero sit aliud realiter: tunc delectatio τ amor nō se habent sicut ꝯprehēsio τ visio. ꝯprehēsio nāqʒ dei nō est aliḋ ꝙ̃ ipa visio dei. nō eni intellectꝰ habet duas operationes circa deū p̄ñtē. s. videre τ ꝯprehēdere. igit̃ si amare τ delectari realiter distinguūt̃: tunc Tho. diceret opposita dicēdo ꝙ se h̄nt sicut videre τ ꝯprehēdere. ¶ 3ᵐ. est tale. Delectatio q̄ requirit̃ ad btitudinē: est q̄etatio volūtatis in ipa operatione τ visiōe q̄ deꝰ habet̃. ſm ꝙ dicit Tho. pª. 2ᵉ. q. 4. ar. p°. τ. 2°. ſʒ fruitio nō est q̄etatio in visione. alias visio eēt obʒ fruitiōis qḋ est iposſibile. ergo hmōi delectatio non est fruitio. ¶ Grece ēt arguit ꝓbādo ꝙ nō ois fruitio est delectatio. nullū desideriū est delectatio. aliqḋ desideriū ē fruitio. ergo aliq̄ fruitio nō est delectatio. maior est nota. τ minor ꝓbat̃. qꝛ aliqḋ desideriū est amor alicuius ꝓpt se. sicut q̄s desiderat btitudinē aut sanitatē aut honorē aut aliḋ tanq̄ finē τ nō ꝓpt aliū finē vlteriorē. ¶ Itē Aure. arguit ꝯtra aliḋ qḋ illa ꝯ° ponit in ꝓbatiōe sui. s. delectatio τ amor τ desideriū sūt tres actꝰ distincti realr̃. τ vult ꝓbare ꝙ ois actꝰ volūtatis est desideriū vl̃ delectatio. sic ꝙ ois amor est delectio vel desideriū τ arguit q̄ntuplici medio. ¶ Primū est tale qꝛ appetitꝰ naturalis nō h̄et nisi duos actꝰ positiuos. s. moueri in finē. τ q̄escere in eo. τ duos p̄uatiuos. s. fugere ab opposito. τ inq̄etari dū est i eo. vt ptʒ ꝺ graui. ergo a simili in ꝓposito appetitꝰ aīalis vel itellectualis nō h̄ebit nisi q̄ttuor actꝰ. duos q̄dē positiuos. s. desideriū τ ꝓsecutionē q̄si moueri. τ delectationē q̄si q̄etē. Itē duos p̄uatiuos pᵐ. s. fugā τ ꝺtestationē acresilitionē a malo. 2ᵐ vero. s. inq̄etationē tristitiā τ displicētiā. ¶ Nec valet si dicat̃ ꝙ in naturalibꝰ est quoddā pōdꝰ p̄cedēs motionē. s. grauitas: qḋ q̄dē pōdus nō ē aliq̄s actꝰ ſʒ forma hītualis. τ ita in aīalibꝰ vl̃ rōnalibꝰ necesse est ponere q̄ddā pōdꝰ o q̄ oꝛiatur desideriū. qḋ q̄dē pōdꝰ est amor. ita ꝙ correspōdet naturali pōderi: sicut desideriū correspōdet motui τ delectatio q̄eti. hoc inq̄ā nō valet. nā ille amor ex q̄ orit̃ desideriū nō est aliud ꝙ̃ delectatio in obo apphēso τ ꝯplacere in actiōibꝰ eiꝰ vt ptʒ ex t̃minis. idē eni ē dicti tale q̄d amo vel diligo. τ tale q̄d ꝯplacet mihi vel ē delectabile. ergo amor p̄suenies desideriū ē delectatio: ergo vl̃r ois amor ē delectatio obi apphēsi p̄ueniēs ꝺsideriū vel delectatio obi p̄ñtis subsequēs desideriū. ¶ 2ᵐ. est tale ois amor est amor concupiscētie vel amor amicitie: ſʒ ois amor ꝯcupiscētie respectu absētis est ꝺsideriū: respectu vero p̄ñtis ē ꝺlectatio, τ si q̄dē sit p̄ñs tm̄ nō in ꝯspectu: est delectatio p̄ueniēs desideriū: si vero sit presens in re: est delectatio sequēs. Similr ois

amor amicitie respectu absentis est desiderium
quo optatur amico suo bonum qd nō habet. re
spectu vero presentis: est delectatio qua quis de
lectatur de bono qd amicus habet. ꝛ si quidem
amicus omne bonum habeat ꝛ nullo modo in-
digeat: nō potest esse desiderium amoris amici
tie circa ipsum sed delectatio sola ꝛ complacen
tia in illo. si amicus indigeat aliquo bono tūc cir
ca ipsum est amor duplicis delectationis ꝛ vni-
cum desiderij. et hoc eīm ꝙ amicus delectatur ꝛ
complacet in amico: oritur desideriū quo illi de
siderat ꝛ concupiscit bonum quo caret. cum aūt
consequtus est illud bonum: statim delectatur
et complacet de bono amici desiderium conse-
quente. ergo euidenter apparet ꝙ oīs amor est
desiderium vel delectatio. ¶. 3m. est tale. cōpla
cere ꝛ delectatio iddem sūt sicut patet ex termi
nis. nā iddem est dictu: delector in te ꝛ complacet
mihi in te placabilis es mihi. ꝛ delectabilis es mi-
hi: sed omnis amor est desideriū vel complacen
tia. desideriū quidē sicut glutto diligit porcellū.
et campo vinum cuius delectatio nihil aliud est
ꝙ desiderium vini ꝛ concupiscētia. complacen-
tia vero in re realiter habita vel saltem in con-
ceptu vel conspectu. ergo euidenter apparet ꝙ
omnis amor est desideriū vl' delectatio. ¶. 4m.
est tale. Si opporteret ponere actū amoris ter
tium a desiderio ꝛ delectatione: propter hoc op
porteret ponere vt videtur: quia ille amor act9
tertius nihil aliud est ꝙ obiecto viso in ipsum
transformari ꝛ in amato quiescere. et amato se
condonare. ista enim quattuor videntur amori
conuenire qui est actus vnitiuus ꝛ quasi transla
tiuus sui in formā ꝛ entitatē amati. ꝛ est aliquid
quo amans se condonat amato ꝛ quiescit in ip
so: sed ista competūt cōplacentie ꝛ delectationi
qui eīm in aliquo delectatur ꝛ complacet: quasi
in ipsum spiritualiter transit ꝛ quiescit et dat se
ipsum ꝛ vnit vt patet ex terminis. igitur ille a-
mor non est actus tertius sed delectatio sola.
¶. 5m. est. quia Augu. est expresse huius mentis
14. de ciuitate dei. vbi dicit ꝙ amor inhians ha
bere quod amatur: cupiditas est. ꝛ amor habēs
qd amatur eoqꝫ fruēs: leticia est siue delectatio.
amor vero fugiens qd ei aduersatur: timor est.
ꝛ accipit timorē pro abhominatione ꝛ fuga que
opponitur d'siderio. ꝛ subdit. idqꝫ si acciderit sen
tiens: tristicia est. hec Augu. Cum igitur ipse hic
diuidat amorē in inhiantē q est desideriū ꝛ fruē
tem eo qd amatur quod est delectatio siue leti-
tia: odium autem in fugam eius quod aduersa-
tur: manifeste apparet ꝙ eius intentio sint omne
odium diuidi i fugam ꝛ tristitiam. amorē vero
i desiderium ꝛ delectationē. hec ille. ¶. 6o. argu
unt alij probantes ꝙ amor seu dilectio ꝛ delec-
tatio non differant realiter: sed sint vnus actus
fm rem licet ratione distincti ꝛ hoc sic. Illi act9
sunt iddem realiter qui sunt eiusdem potētie re
spectu eiusdem obiecti: sed diligere et delectari
sunt eiusdem potentie scilicet voluntatis ꝛ res-
pectu eiusdem obiecti puta dei presentis. ergo
videtur ꝙ delectatio voluntatis de deo presen
te ꝛ dilectio vel amor sit vnus actus. ¶. 7o. sic.
Iddem inquantū iddē: semper aptum natū est
facere iddem. sed bonū presens semper causat
in voluntate dilectionem, ergo delectatio ꝛ dile
ctio sūt realiter iddem. ¶. 8o. quorū opposita sūt
iddē: ipa videntur esse realiter iddem. sed oppo
situm dilectionis quod est odium seu displicen-
tia habiti mali videtur esse iddem quod tristari
de habito malo quod est oppositum dilectionis.
ergo dilectio ꝛ delectatio erunt realiter iddem.
¶. 9o. illa sunt iddem que habent eosdem effec
tus. sed dilectio ꝛ delectatio habent eosdē effec
tus scilꝫ perficere ꝛ intendere actum intenden-
dum. ea enim que fiunt ex dilectione vel delec-
tatione: perfectius ꝛ intēsius fiunt. ergo iddem
quod prius. ¶. xo. nam via a potentia in obiec-
tum ꝛ ab obiecto ad potentiam: videtur esse ea
dem realiter ꝗuis differant ratione. sicut dicit
philosophus 3o. phisicorū: sed delectatio est que
dam impressio ab obiecto in potentiā: dilectio
vero est tendentia potentie in obiectum: ergo
videntur esse iddem realiter. ꝛ sic differant ratio
ne. sicut dicit philosophus de actione ꝛ passione
3o. phisicorū. ¶. xjo. Nā delectatio dicit quietati
onem potentie. dilectio vero vnionem poten-
tie ad obiectum: sed potentia vnione quiescit ꝛ
quiescendo vnitur. ergo dilectio ꝛ delectatio nō
differunt realiter sed solum ratione. ¶. 12o. ar-
guit sic Gregorius. omnis operatio vel actus vo
luntatis est dilectio vel odium: sed nulla delec-
tatio est odium. ergo omnis delectatio est dilec
tio vel amor quod iddem est. consequētia pa-
tet. quia omnis delectatio est actus voluntatis.
antecedens patet de se quo ad secundam par-
tem. Sed prima pars probatur. nam omnis ac
tus voluntatis est velle vel nolle fm omnes.
seu assensio vel dissensio fm sententiam Augu.
14o. de ciuitate dei. capitulo. 16o. seu prosecutio
vel fuga. vt innuit philosophus. 6o. ethicorum.
et omnia hec iddem significāt. omne autem velle
est dilectio ꝛ ecōtra. ꝛ oē nolle est odiū ꝛ ecōtra
sumēdo gñaliter istos terminos odiū ꝛ dilectio.

¶.13°. Omnis complacentia est dilectio. omnis delectatio est complacentia. igitur &c. maior patet per Augu. diffinientē cōplacentiā. xi°. de trinitate ca. 5°. in fine. placitum inquit est quieta voluntas. placitum autem et cōplacentia idem sunt. est autem quieta voluntas volitio qua appetitus quiescat. nullo autem actu voluntatis appetitus quiescat nisi amore et delectatione et dilectione: quibus nō omni amore quiescat. minor probatur ex eodem dicto. Nam cū diffinitio sit vniuersaliter conuertibilis cum diffinito et omni delectatione appetitus quiescat: vnde et communiter dicitur q delectatio importat quietē voluntatis. et Augu. x°. de trinitate. capi. x°. sic ait. si iuuntur cognitus in quibus voluntas ipsa propter se delectata quiescat. i. delectatione conquiescit. sequitur ergo q omnis delectatio est complacētia. ¶.14°. Omne desideriū est amor: ergo omnis delectatio est amor. tenet consequētia. quia secundum omnes: sicut se habet desiderium ad amorē nō habiti: sic delectatio ad amorem habiti et presentis. antecedens probatur per Augustinū nono de trinitate capi. vltimo. vbi sententialiter dicit q appetitus cognoscendi aliquod ignotum est quoddam de genere amoris. et probat. quia est quedam inquisitio et omnis inquisitio voluntas nam omnis qui querit: inuenire vult. Ex qua sententia patet q omnis appetitus seu desiderium est amor. et patet etiam vnum preassumptum scilicet q omnis volitio est amor. alias probatio Augustini nulla esset qua per hoc q inquisitio seu appetitus ille voluntas est: concludit q est amor. ¶.15. fruitio est amor secundum Augustinū primo de doctrina christiana dicentem. frui est amore inherere alicui rei propter seipsam: sed fruitio est gaudium. ergo gaudium vel delectatio quod idē est in parte intellectiua erit quidā amor. Minor probatur per Augustinū primo de trinitate capi. 8°. hoc est inquit gaudium nostrū plenum: quo amplius non est: frui trinitate deo.

¶Contra secundam conclusionē arguit aureolus probando q intentio nō sit actus voluntatis. Illud enim quod est circumstantia alicuius voluntatis nō nominat actum. sed intentio est circumstantia actus electiui. electio enī fit alicuius gratia et propter aliquē finem. habitudo autem importata per li. cuius gratia et li. propter quē: est tantum circumstantia et relatio actus in finem. iddem est autem intentio et cuius gratia. dicimur enim aliquid eligere gratia talis rei et intentione talis rei. iddem autem significantes ergo intentio nō potest esse actus. ¶.2°. Si intentio finis sit aliquis actus: aut est idem cū electione: aut alius. Non alius actus quia Tho. dicit q voluntas non fertur alio actu in finem et alio in ea que sunt ad finē. Nec etiam idem quia electio nō est nisi desiderium prius consiliati vt dicitur. 3°. ethi. de fine autem nō est consilium. sed supposito fine tanquam principio: consilium fit de his que sunt ad finem. igitur intentio nō potest poni actus voluntatis. ¶.3°. Nullus actus est mera relatio aut habitudo: sed intētio finis nō est aliud quam ordo et habitudo actua qui fertur super ea que sūt respectu ipsius finis. ordo inquam eorum que sunt ad finem in ipsum finem tanquam in terminū. ergo intentio nō potest poni actus voluntatis. hec ille. ¶Contra tertiam conclusionem arguit Gregorius multipliciter. primo sic Si aliquis vult finem actualiter et aliquid propter finem: volitio finis est causa volitionis eius quod est ad finē. ergo nullo actu quo appetitur illud quod est ad finem propter finē: appetitur ipse finis. cōsequētia est clara. quia nihil est causa sui. antecedens patet quia nihil aliud est. a. esse volitum propter. b. quam esse volitum quia. b. est volitum. hoc vero nō est aliud in nobis quam volitionē ipsius. b. esse causam volitionis ipsius. a. ¶Confirmatur. quia omne propter quod aliud est volitum: est causa finalis illius. causa autem finalis secundum philosophum vbicunque de ipsa loquitur est cuius gratia seu q tantum valet cuius amore aliquid fit. ergo illud propter quod aliud est volitum: est cuius amore aliud est volitum. Et sic amor finis est causa amoris eius quod ē ad finem: non tamen in eodem genere cause. quia amor finis non est causa finalis amoris eius quod est ad finē sed potius effectiua: partialis tamē. eius autem obiectum est causa finalis obiecti amoris cuius ipse est causa effectiua. ¶Cōfirmatur. 2°. quia sicut conclusio dicitur nota esse propter principia: ita quod est ad finē dicitur volitū propter finem. sed ideo precise conclusio dicitur esse nota propter principiū: quia noticia principij dicitur esse causa notitie conclusionis. alioquin nō plus ipsa esset cognita propter principiū quam econuerso. igitur. Et ideo quod est ad finem dicitur volitū propter finē: quia volitum finis: est causa volitionis eius quod est ad finē. ¶Confirmatur. 3°. quia cum dicitur. a. est volitum propter. b. nō solum significatur vtrumque esse volitum: nam tunc similiter potest dici q. b. est volitum propter. a. sed vltra hoc denotatur aliqua causalitas ipsius. b. super volitionem ipsius. a. qualis nō denotatur nec competit ipsi. a. super volitionē eandem. vnde nō dicitur q. a. sit voli

tum propter .a. sicut dicitur ꝙ est volitũ propter .b. Non apparet autẽ ꝙ causalitas denotetur illi conuenire: nisi quia eius volitio est causa volitionis .a. vnde sicut dicebatur nõ est aliud dictu .a. est volitum propter .b. nisi ꝙ .a. est volitum: quia .b. est volitũ. ¶ .2°. si eodem actu quo appetitur illud quod est ad finem propter finem appetitur etiam finis: sequitur ꝙ quandocunq̃ quis appetit actualiter aliquid propter finẽ: appetit actu ipsum finem. Et vlterius sequitur ꝙ si propter multos fines subordinatos appetat illud: simul actualiter appetat illos. consequẽs est falsum sicut probat experientia. multotiens enĩ appetit quis aliquid ꝑpter multos fines de quibus actualiter nõ cogitat. ⁊ per cõsequẽs quos non vult actualiter. consequentia nota est. quia omne illud cuius volitio est in appetitu: est actualiter volitum. nec oppositum est intelligibile: cũ non sit aliud esse volitum aliqua volitione: q̃ illam volitionem esse volitionem eius. vel si sit alia significatio vtriusq̃ dicti: vna infert aliam et vnum dictum aliud. ¶ .3°. sic. Aliquis volens actualiter finem ⁊ etiam aliquid propter finem: desineret velle finem nõ desinendo velle illud quod est ad finem. ergo nõ eadẽ volitione vult finem qua vult illud quod est ad finem. Antecedens patet in quotidiana experientia. frequenter enim accidit ꝙ quis orat vel aliquid aliud facit propter deum actualiter amãs deum ⁊ postea desinit cogitare actualiter de deo continuãs orationẽ suam actuali attentione circa eam. Antecedẽs probatur. quia cum aliquid desinit esse a nobis volitum: desinit in nobis esse volitio ei⁹ immo nec aliqua eius volitio remanet in nobis alias illud remaneret volitum. ergo volitio ei⁹ quod est ad finem non est volitio etiam ipsius finis. Si dicatur ꝙ in illo casu licet finis desinat esse volitus non tamen desinit volitio eius: hoc non valet. tum primo quia si stante volitione finis potest finis nõ esse volitus: ⁊ ipsa potest esse non volitio eius: eadem ratione ipsa manente: poterit non esse volitum illud quod est ad finẽ. et sic ipsa poterit esse ⁊ nullius esse volitio. et iterum ipsa poterit esse volitio finis tantum ⁊ volitio eius quod est ad finem tantum. ⁊ iterũ volitio vtriusq̃. ⁊ per consequens aliquis poterit de nouo velle pꝛiusq̃ non voluit. ⁊ econtrario nõ velle pꝛiusq̃ voluit absq̃ vlla mutatione sue voluntatis. quod est contra Augu. 5. de trinitate ca. vltimo. Et certe hoc nõ videtur possibile naturaliter. Tũ .2°. quia tũc periret omnis via probandi volitionem nostram esse aliam rem a voluntate nostra. ⁊ sic posset dici ꝙ volũtas nostra est sua volitio. sicut dicimus de volũtate diuina. quod est contra communem doctrinam sanctorum ⁊ philosophoꝝ. ¶ .4°. Si aliquis actus voluntatis existens circa illud quod est ad finẽ esset etiam circa finem: eadẽ ratione ⁊ quilibet. cum nõ sit potior ratio pro vno q̃ pro alio. et si sic sequitur vlterius ꝙ idem actus numero est velle ⁊ nolle qđ est absurdum. consequentia patet. quia quis potest nolle furari propter deum seu odire furtũ propter deum: si ergo talis nolitio est etiam dei: aut est nolitio dei aut volitio dei. non primum quia tunc esset odium dei ⁊ sic quicunq̃ nollet furari propter deum: odiret deum ⁊ per consequẽs peccaret. qđ est falsum. ergo est volitio dei. ⁊ sic idem actus erit volitio et nolitio. falsitas consequẽtis patet. quia pari ratione idem actus posset esse gaudium de vno ⁊ tristitia de alio. ⁊ desiderium vnius ⁊ timor de alio. immo idem actus posset esse metus. desiderium. gaudium. tristitia. respectu diuersoꝝ. ⁊ iterum multo plus idem actus posset esse volitio huius ⁊ illius ⁊ cuiuslibet. ⁊ tandem cõcluditur ꝙ in homine respectu cuiuslibet volibilis vel nolibilis sufficiet vn⁹ actus numero: sicut deus vnico velle vult quicquid vult. sed ꝓ certo hoc nõ potest concedi nisi absurde. ¶ .5°. arguit per Augusti. xi°. de trinitate ca. 6°. vbi vult expresse. ꝙ qui vult videre cicatricẽ vt inde doceat vulnus fuisse: alio actu vult videre cicatricem: ⁊ alio actu vult illud ad quod ordinat visionẽ. ⁊ idem dicit de illo qui vult stare in fenestra vt inde videat transeuntes. Ex quibus concludit ꝙ quãdocunq̃ aliquis vult aliquid propter aliud: alia volitione vult primum ⁊ alia volitione vult secundum. ¶ Contra quartam cõclusionẽ arguit sic. Nullus actus volũtatis inheret alicui actui propter seipsum sed tñ tantum ille alius actus est perfectio habentis: sed frui est amore inherere alicui propter seipsũ vt dicit Augusti. primo de doctrina christiana. ergo frui nõ est delectari de actu visionis. ¶ .2°. frui est finẽ letitie in aliquo ponere. vnde illo potissime fruẽdum est in quo spem ponimus ⁊ quo efficimur beati iuxta illud Augu. primo de doctrina christiana dicentis. ꝙ eo fruẽris quo efficeris beatus ⁊ in quo spẽ posuisti: sed beatus non ponit spem in ipso actu visionis sed in deo. nec finem letitie in diuina visione sed in bonitate dei. alias inordinatus esset. plus enĩ debet delectari de bonitate quã de⁹ hꝫ: q̃ de hoc ꝙ ipse deũ hꝫ. ⁊ pl⁹ debet sibi placere ꝙ de⁹ ẽ btũs: q̃ ꝙ ipe ẽ btũs. ergo act⁹ fruitõis nõ

habet pro obiecto visionem sed ipsum deum. ¶ 3°. primum obiectum fruitionis est res primo fruibilis: sed res primo fruibilis non est creatura. iuxta illud Augu. primo de doctrina cristiana. In omnibus rebus ille tantum sunt quibus fruendum est que eterne ⁊ incõmutabiles sunt. ceteris autem vtendum est. ergo obiectum fruitionis primarium: nõ potest esse actus visionis cum nõ sit res incõmutabilis ⁊ eterna. sed pura creatura. ¶ 4°. illud non est primum ⁊ potissimum fruitionis obiectum: vbi non sistitur gressus dilectionis sed refertur ad aliud suum bonũ illud enim quod ad aliud bonum refertur: non est fruibile sed vtibile: cum vti sit quod in facultatem voluntatis venit: referre ad aliud ſm Augusti. sed beatus gressus dilectionis sue nõ figit in actum visionis. imo ipsum refert ⁊ diligit propter deum. non enim deum diligit propter visionem sed visionem refert ⁊ ordinat in deum alioquin si faceret: ordinat creatorem ad creaturam que est peruersitas ⁊ inordinatio summa. ergo actus visionis nõ est primum ⁊ nobilissimũ obiectum fruitionis. ¶ 5°. actus fruitionis in patria est perfectior actu fruitionis in via. vt patet per Augu. vbi supra: sed ſm eundem. 14°. de ciuita. dei. fruitio consistit in amore dei ⁊ nõ in amore ⁊ delectatione habitionis dei. ¶ 6°. inter omnes actus voluntatis: fruitio est nobilior. sed delectatio ⁊ gaudiũ de visione dei nõ est actus nobilior qui sit in voluntate beati. constat enim ꝙ beatus gaudet de deo ⁊ de felicitate ipsi⁹. hoc autẽ gaudium est nobilius ⁊ intensius ⁊ honestius ꝙ̃ gaudium de visione ipsius. plus enĩ gaudet beatus de felicitate dei ꝙ̃ de propria. et virtuosius est sic gaudere ⁊ magis ſm leges amicitie. ergo fruitio nõ est gaudiũ de visione. sed potius de re visa. ¶ 7°. Res qua fruendum est habet rationem vltimi finis ⁊ diligibilis vltimate ⁊ per consequẽs preponitur omnibus que sunt ad finem: sed clarum est ꝙ beatus non preponit visionem suam deo. nec statuit suam visionem pro fine vltimo. ⁊ deum pro illo quod est ad finem. ergo visio nõ habet rationem fruibilis obiecti respectu ipsius. sed potius deus. ¶ Itẽ contra illud quod innitur in probatione quinte cõclusionis scilicet ꝙ eodem actu quis fruitur deo et ipsa fruitione. ex quo sequitur ꝙ aliqua visio est volitio sui ipsius directa. Contra hoc arguit Grego. primo sic. cuiuslibet voliti directe sua directa notitia est causa qua ipsum est volitũ. igitur si aliqua volitio causata esset directa volitio sui: eius notitia directa esset eius causa. Sit ergo volitio qua volo sanitatem. a. si. a. est volitio sui ⁊ volita: aliqua noticia ẽ causa sui obiecti qđ est absurdum. quoniã vt dicit Augu. 14°. de trinitate ca. x. Siue tempore precedẽtia siue simul esse incipientia: cognoscibilia cognitionẽ gignũt non cognitione gignuntur. Et nono de trinitate ca. 12°. dicit. Liquido tenendũ est ꝙ omnis res quantũcunꝙ cognoscimus congenerat in nobis notitiam sui. Sequitur ergo ꝙ volitio si directe cognoscatur: est causa sue notitie. ⁊ sic cũ notitia sit causa volitionis respectu obiecti: sequitur ꝙ volitio erit immediate causa efficiens sue cause efficientis immediate. ¶ 2°. sic. si volitio sit volitio sui: eadem ratione nolitio erit nolitio sui. consequẽtia nõ potest nisi proterniendo negari. consequẽs est falsũ. quia pari ratione quelibet nolitio esset nolitio. et sic quicquid voluntas nollet: amite nollet. Item quia cum contingat nos aliquando velle nolle nostrum. tunc illud nolle simul vellemus ⁊ nollemus. Et si dicas ꝙ tunc illud nolle desinit esse nolitio sui: sequitur nunc ꝙ aliqua volitio quandoꝙ erit nolitio sui: ⁊ quandoꝙ nõ. qđ est dictum sine ratione. Si dicas ꝙ nolitio nõ est nolitio sui sed potius volitio sui: sequitur ꝙ eadem res erit volitio vnius ⁊ nolitio alterius. ⁊ sic pari ratione possum dicere ꝙ idem actus est volitio omniũ. immo ꝙ anima ipsa est volitio huius ⁊ istius. ⁊ oĩa que vult seipsa vult et non per aliquem actum ab illa distinctum. ¶ 3°. quia Augusti. dicit nono de ciui. dei ca. 2°. ꝙ cum aliquid amo: tria sunt. scilicet ego. quod amo. ⁊ ipse amor. ⁊ consequenter dicit ꝙ cum aliquis se amat ꝙ̃uis amans et amatum idem sint: tamen amor ⁊ amatum duo sunt. ⁊ ita vbiꝙ est eius intentio ꝙ in nobis semper amor differt a re amata. Et sic videt. ꝙ nullus amor est amor sui. nec aliqua volitio est volitio sui. nec consequenter fruitio est fruitio sui. ¶ 4°. quia ſm Anselmum de libero arbitrio. ca. 7°. volitio in nobis tam multiplex est: ꝙ̃ multa ⁊ ꝙ̃ sepe volumus. ergo ſm ipsum quot sunt actu volita: tot sunt volitiones. ergo volitio qua volo deum est alia a volitione qua volo directe volitionem dei.

Uãtũ ad terciũ articulũ primo notandum est ꝙ nomẽ fruitionis a fructu descendit. prout Augu. inquit. xij. de ciui. dei fruimur enim fructu quẽadmodũ cibamur cibo. fructus autẽ est illud

qđ vltimo de arbore ⁊ cum quadā delectatione percipitur. vnde fruitio delectationē in se includit: non tamē quecūq; delectatio sufficit ad fruitionem sed illa que quietat appetitum vel totaliter vel in illo genere qđ ⁊ consonat rationi fructus a quo deriuatur. dicitur enī fructus nō qđcunq; ex arbore prouenient sed vltimum vltra qđ nihil expectatur: sequitur ergo ꝙ delectatio se habet ad fruitionē tanq̄ genus ad speciē. sed quietatio sicut differentia specifica vel eam arctans quies. vnde potest describi ꝙ fruitio est delectatio quietans appetitum ⁊ hoc est qđ Augu. dicit. x. de trinitate. fruimur cognitis in quibus voluntas propter se delectata cōquiescit. ex quibus infertur ꝙ fruitio nō est operatio sed aliqđ consequens ad operationē ⁊ operationis cōplemētū quēadmodū ⁊ delectatio. dr̄ enī delectatio sm̄ phm̄. x. ethicorū perfectio quedam operationis sicut decor iuuentutis. qđ autē ipse philosophus dicit in eodē libro ꝙ delectatio est operatio non impedita: est predicatio per causam prout sanctus Tho. dicit p°. 2ᵉ. q. 31. ar. pmo ad pmū. qđ autē sanctus Tho. dicit prima. 2ᵉ. q. 11. ar. pmo. ꝙ fruitio est actus appetitiue potentie intelligitur non de actu qui est operatio: sed de actu q̄ dicitur perfectio quedā actualis. eodē modo in diffinitiōe Augu. intelligenda est predicatio per causam cum dicit. frui est amore inherere alicui rei propter se. nō enī frui est amor aut inherentia amoris: sed delectatio ex tali amoris inherentia prouenient. accipiuntur ista ex dictis sancti Tho. p°. 2ᵉ. q. 11. ar. p°. ⁊. q. 25. ar. 2°. ⁊. q. 29. ar. vlti. ad. 2ᵐ.

¶ **Secundo.** Notandum est ꝙ tria ista adinuicem specie differunt. amor concupiscentia ⁊ delectatio. Nam bonum finis qui est obiectum appetitus sm̄ aliam rationem motiuā causat in appetitu amorem: sm̄ aliam concupiscentiam et sm̄ aliam delectationem. bonum enim delectabile primo causat in potētia appetitiua inclinationē quandā seu aptitudinē vel cōnaturalitatē ad se que amor est. qui nihil aliud est q̄ complacētia boni delectabilis. 2°. si bonum sit nondum habitum: dat appetitui motum ad assequēdum bonum amatū: ⁊ hic motus est desiderium vel cōcupiscentia. 3°. cum bonum delectabile adeptū fuerit: causat in appetitu quietationē quandā in ipso bono adepto. et huiꝰ quietatio est delectatio vel gaudium. His tribus affectionibꝰ respondent per cōtrarium ex parte mali odium amori. fuga vel abhominatio: desiderio seu concupiscentie. ⁊ dolor vel tristicia: delectationi. Accipiuntur ista ex dictis sancti Tho. p°. 2ᵉ. q. 25. ar. 2°. ⁊. q. 26. ar. 2°. ⁊. q. 3. ar. 2°. ¶ Ex quibus infertur ꝙ non est iddem dicere amorem concupiscentie ⁊ concupiscentiā: sicut nec amorē amicitie ⁊ amicitiam. nam vt habitum est in hoc notabili concupiscentia conditur amori sicut alia passio seu affectio differens specie ab amore. vnde amor non diuiditur per amicitiā ⁊ concupiscentiam: cum tamen diuidatur per amorem amicitie ⁊ amorem concupiscentie. amor enim concupiscentie ⁊ concupiscentia vel desiderium sm̄ proprias rationes aliud ⁊ aliud habent obiectum. amor enim concupiscentie respicit illud respectu cuius dicitur non vt absens est sed absolute. nam pecunia habita ⁊ possessa amatur amore concupiscentie sed nō desideratur aut cōcupiscitur: cū presens sit ⁊ habita. quoniā vt supra dictum est desiderium ⁊ concupiscentia sm̄ propriam rationem habent pro obiecto bonum delectabile vt absens est ⁊ nondum habitum. Diuisio ergo illa amoris in amorem amicitie ⁊ amorem concupiscentie accipitur ex parte obiecti amati nō ex parte appetitus vel affectionis. dicitur enim amor amicitie qui est ad amicum cui bonum volumus siue presens sit amanti siue absens. et amor cōcupiscentie dicitur qui est ad rem cōcupitam quā nō amamus propter se sed tanq̄ bonum quod nobis volumus vel amico: siue talis res presens ⁊ habita sit amanti siue nō. Unde cōcupiscentia a qua videtur denominari res concupita circa quā est amor concupiscentie: nō accipitur in propria significatione prout est iddem qđ desiderium ⁊ est passio seu affectio cōnumerata alijs anime affectionibus: sed accipitur large pro affectione qua appetitus tēdit in bonum quod non appetit propter se sed tanq̄ bonum vel amantis: vel amici cui amās vult bonum. vnde dicitur in hac acceptione res concupita quasi cum alia appetita vel amata scilicet cum re quam amamus propter se amore amicitie siue presens sit amanti siue absens. Ista sunt de mente sancti Tho. prima. 2ᵉ. q. 26. ar. 4°. Et in ista acceptione concupiscentie intelliguntur verba sancti Tho. contra gen. lib. pmo. ca. 92. vbi inquit. ea que concupiscimus simpliciter quidē ⁊ proprie desiderare dicimur nō autē amare: sed potiꝰ nosipsos quibꝰ ea cōcupiscimꝰ. ⁊ ex hoc ipsa p accidēs nō ꝓprie dicimur amare

¶ **Tertio.** NOTANDUM est ꝙ cum fruitio sit quedam delectatio prout appa[r]et ex supradictis: sicut

triplex reperitur modus delectationis et fruitionis. causatur enim delectatio ex presentia boni convenientis secundum quod aliqualiter percipitur. huiusmodi autē presentia aliquando est secundum rem quando bonum conveniens et delectabile est actu realiter adeptum. aliquando presentia boni convenientis est secundum memoriam tantum per simplicem apprehensionem eo modo quo cognitum est in cognoscēte presens per suā similitudinē. delectamur enim in apprehensione rei amate vel desiderate. aliquādo talis presentia non solum est per apprehensionē simplicem vel memoriā rei amate sed etiam cum quadam certitudine realis presentie adipiscēde rei amate quā certitudinē importat spes proprie. s. boni convenientis amatū et desideratū apprehenditur ut possibile adipisci: tanquam fuerit iam in amante facultas ad illud bonum consequendum et non solum qualiscunque apprehensio eius per intellectum aut memoriam. verum quod illa que dicuntur presentia duobus ultimis modis. s. secundum apprehensionē aut memoriā vel absolute vel cū certa spe assequutionis: simpliciter loquēdo absentia sunt modo tamē pre exposito dicūtur presentia secundum quid. unde delectatio aut fruitio respectu ultimi finis duobus ultimis modis: nō ē perfecta et simpliciter sed secundum quid et imperfecta. accipiūtur ista ex dictis sancti Tho. p^a. 2^e. q. 11. ar. ulti. et q. 31. ar. 3°.

Quarto. Notandum est quod cum amor secundum Dionysiū. 4. ca. de di. no. sit vis unitiva amantis et amati: duplex consideratur unio qua amato unitur amato. una secundum affectum que sequitur ex apprehensione precedēte. cum enim quis amat aliquē amore amicitie: apprehendit ipsum sicut alterum se ipsum vult ei bonum sicut et sibi ipsi. si autē homo amat aliquid amore concupiscentie: apprehēdit illud ut aliquid sui et huiusmodi unio secundum affectum essentialiter est amor. est enim amor coaptatio quedā vel nexus quo formaliter amans unitur amato. alia est unio amantis et amati secundum realem et actualē presentiam unius ad alterum. et talis unionis: amor est causa effectiva. amor enim movet ad desiderandū et querendū presentiam amati quasi sibi convenientis et ad se pertinētis et ex huiuscemodi unione que est secundum realē presentiā sequitur delectatio et perfecta fruitio. unde delectatio non est formaliter unio sed aliquid ex unione causatū. accipiuntur ista ex dictis sancti Tho. p^a. 2^e. q. 28. ar. primo.

Quinto. Notandum est quod delectatio aut fruitio dicitur perficere operationem per modū finis. non quidem secundum quod finis dicitur id propter quod aliquid est in sua specie: sed secundum quod omne bonum completive superveniens rei: potest dici finis et perfectio eius. et ita philosophus dicit. x. ethicorum quod delectatio perficit operationem sicut quidam superveniens finis inquantum super hoc bonum quod est operatio supervenit aliud bonum quod est delectatio que importat quietationem appetitus in bono adepto. unde non sequitur quod quia delectatio hoc modo est finis et quedā perfectio superveniens operationi: ideo dicatur operatio ordinari ad delectationem vel esse propter delectationem. sed econverso delectatio est propter operationem et ad eā ordinatur. nam ea quibus res apta redditur ad proprias operationes specie perficiēdas et ad debitū finē convenientius exequēdū: nō sūt finis rei sed magis econtrario. sanitas enī et vis nutritiva licet perficiāt animal: non tamen sunt fines animalis sed econtrario animal est finis earū. Itē pulchritudo corporis et robur corporis de quibus philosophus dicit p°. ethicorum quod organice deserviunt felicitati: perfectiōes quedā sunt hominis sed nō propterea dicuntur fines sed econtrario homo est finis eorum. nā huiusmodi oia propter hominem sunt nō homo propter illa. sic etiā et delectatio perfectio quedā est operationis nō ita quod operatio secundum suā speciē ad ipsam ordinetur aut sit directe et per se propter ipsam: sed magis delectatio est propter operationē. attentius enim et decentius insistimus operationi in qua delectamur. unde. 10. ethi. philosophus dicit quod delectatio perficit operationē sicut decor iuventutem qui tamē est propter eū cui inest iuventus et nō econtrario. Accipiuntur ista ex dictis sancti Tho. p^a. 2^e. q. 4. ar. 2°. et q. 33. ar. ulti. et cōtra gen. li. 3. cap°. 26. Item. 4°. li°. senten. distin. 49. q. 3. ar. 4. ad. 2^m.

Sexto. Notādū ē pro intellectu. 2^e conclusionis et responsione ad rationē in cōtrariū adductas quod nomē intentionis secundum propriam significationē importat motū sive tendentiā in aliud. intēdere enī est in aliqd tendere quod pertinet ad illā potentiam ad quā pertinet prosequutio vel fuga. hec autē ē voluntas. intellectus enī practicus dicit de prosequēdo aut fugiēdo sed nō prosequitur aut fugit. intellectus vero speculativus nō prosequitur aut fugit nec dicit de prosequēdo aut fugiēdo. et quia motus principaliter respicit terminū: tractū est nomē intentionis ex usu loquentium ad significādū tendētiā aut motū voluntatis in finē nō absolute sed prout per aliqua media acquiritur. tripliciter enī se habet voluntas re-

spectu finis vno modo absolute prout absolute volumus sanitatē vel si quid aliud est τ sic accipitur actus volūtatis qui dicitur volūtas. alio modo ſm ꝙ in fine volūtas quiescit τ sic fruitio respicit finē. tertio modo consideratur finis ſm ꝙ est terminus alicuius qd in ipm ordinatur τ sic actus qui est intentio respicit finē nō eni solum ex hoc intendere dicimur sanitatem quia volumus: sed quia volumus ad eā per aliqd aliud peruenire. vnde intentio ecōuerso se habet ad electionē nā intentio est directe de fine in habitudine ad ea que sunt ad finem. electio autē est de his que sunt ad finē sz in habitudine ad finē. duo igitur importat intentio in significatione sua vnum ex se τ intrinsecū. s. motū aut tendentiā volūtatis in finē. aliud ex parte ratiōis. s. respectū vel ordinē finis ad aliqua media p que acquiritur vt intendere sit p aliqua media in finē tendere. accipiūtur ista ex dictis sancti Tho. 2° li. senten. distin. 38. ar. 3°. τ p^a. 2^e. q. 12. ar. p°. τ. 2°. τ. 4°. Itē de ven. q. 22. ar. 13°.

¶ Septimo.

Notādū est pro intellectu. 3^e. cōclusionis. ꝙ aliud dictu est medicina est volita ꝑpter sanitatē τ medicina est volita quia sanitas est volita. τ vltr aliud est dictu media ad finē sūt volita propter finē τ media ad finē sunt volita qz finis est volitus. nam in primo modo loquendi ratio qua media ad finē sunt volita: ponitur ipe finis. τ hoc verissimū est qm finis inquātū huiusmoi est ꝑpter se volitus τ habet in se rationē bonitatis a qua bonitate media ad finē inqz^m huiusmodi habent bonitatē suam τ rationē appetibilis. In. 2°. vero modo loquēdi assignatur ratio qua media ad finē sunt volita. s. ipa volitio finis que tamē nō est per se τ ꝓprie ratio qua media appetuntur. nam bonitas medioꝝ τ per ꝯsequēs ratio appetibilis: a fine ipo dependet: nō a volitione finis. τ ad finem ipm ordināturm media τ ad finē conferūt aut sunt vtilia nō ad volitionē finis per se τ ꝓprie loquēdo. nec volitio finis est causa ꝙ media sint vtilia ad finē alias ante volitionē finis nō essent ad talem finē vtilia quod est falsuz. ¶ Ex quib^9 infert ꝙ cū dico volo medicinā propter sanitatē: vnuz tantū obiectū volūtatis sunt medicina τ sanitas cui^9 quasi materiale est medicina sanitas vero rō formalis. τ ita vnus motus subiecto est precise quo voluntas vult medicinā ꝑpter sanitatē cum sit huius motus vnū obm dūtaxat ſm regulā phi in topicis vbi vnū ꝑpter aliud vtrobiqz vnuz. verū est ꝙ volitio finis precedit inquisitionē τ electionem eoꝝ que sūt ad finē. nam qz^m cliqz huiusmoi media essent vtilia τ ꝯferētia ad finē: nunqz essent volita nisi finis ipse volitus esset. τ tū causa per se qua appetūtur: ipse finis est nō eius volitio. qm media ipa ad finē cōferūt τ sūt vtilia nō ad ei^9 volitionē que haberi potest sine ipis. ¶ Aduertendum tamē ꝙ huiusmoi volitio finis ſm se τ absolute que precedit inquisitionē τ electionē eoruz que sunt ad finē τ est causa sine quo nō ꝙ illa appetātur: alius motus est realiter a volitione actuali eoꝝ que sunt ad finē cū illa sit causa huius τ precedat istā etiā tpe. τ de huiusmoi volitiōe finis nō intelligit sanctus tho. cū in. 3^a. ꝯclusione dicit ꝙ idē motus est quo voluntas fertur in finem τ in ea que sunt ad finē sz est alius voluntatis motus quo vult actualiter ea que sunt ad finē propter finē qui motus dicitur electio τ de isto intelligit sctūs Tho. ꝙ est vnus τ idē motus ſbo cuius obm est ea que sunt ad finē quasi pro materiali τ finis ipe pro formali sicut dictū est.

¶ Octauo.

Notandū est pro intellectu 4^e. conclusionis ꝙ fruitio cum sit quedā delectatio: sequitur amorē ꝯcupiscētie nō amorē beniuolētie ꝓprie loquendo. delectatio eni est de bono delectabili vel vtili. amor autē qui habetur ad bonū delectabile vel vtile sicut ad formale obiectū: est amor ꝯcupiscētie. huiusmoi vero amor ꝯcupiscētie nō potest habere pro obo formali τ immediato aliquod bonū distinctū ſbo ab ipo amāte nisi quaten^9 ex eo ꝓuenit amāti aliqd comodū vt operatio vel perfectio formalis aliqua habita per operationē aut aliqd quod sit sibi bonū τ conueniēs. vnde ratio formalis qua bonū distinctū ſbo ab amante est ei^9 obm qz^m ad amorē ꝯcupiscētie: est ꝯmoditas illa aut pfectio formalis vel operatio ex tali bono ꝓueniēs. ¶ Ex quibus infertur ꝙ idem motus amoris ꝯcupiscētie terminat ad bonū amatum τ ad illā comoditatē formā vel pfectionē q ex tali bono amato ipi amāti ꝓuenit. vnus eni et idē actus potentie est circa obm τ circa rationem formalē obi inqz^m talis potētie est obm. sequitur ergo ꝙ idē actus sit ꝯcupiscere aliquod bonū τ ꝯcupiscere comodū aut pfectionē que ex tali bono ipi ꝯcupiscēti ꝓuenit cum istud sit formalis ratio ꝙ illud ꝯcupiscatur. Sequitur vlterius cum delectatio sequatur amorē ꝯcupiscentie τ vtriusqz sit idē obm sub diuersa tū ratiōe habiti τ habendi: ꝙ bono ꝯcupito iam adepto et de eius adeptione τ ꝯmoditate aut perfectione ex tali bono adepto nobis ꝓueniente cum huiusmoi adeptio comoditas τ pfectio sit ratio for

malis quia de bono ipso habeatur delectatio et perconsequēs cū fruitio sit delectatio de vltimo fine adepto qui deº est: q idem actus fruitionis erit de deo in beatis et de visione clara dei q̄ est ipsa dei adeptio in q̄ consistit substātialiter beatitudo creata. Verū est q. 2ª. 2ᵉ. q. 28. ar. pmo sanctus Tho. videt dicere: gaudiū quod est q̄dam delectatio ptinere ad amorē beniuolentie inq̄^{m} aliqs gaudet de amico prospere se habente. sed dictū istud intelligit inq̄^{m} bonū amici reputamº bonū pprium put sanctº Tho. expresse declarauit pª. 2ᵉ. q. 32. ar. 6. Unde huiusmodi gaudiū directe ꝛ īmediate sequit amorē ꝯcupiscētie: q̄uis mediate sequat ex amore beniuolentie. ¶ Aduertendū p̄terea q amor ex duplici ratione habet q supra se reflectat. s. ex natura potentie cuiº est actus. qr enim obm volūtatis est bonū vniuersale: q̄cquid sub rōne boni vniuersalis continet: potest cadere sub actu volūtatis. ꝛ quia ipm velle est quoddā bonū: potest velle se velle. sicut et intellectº cuiº obm est verum intelligit se intelligere qr hoc etiā est quoddā verum. habet iterū amor q supra se reflectat ex rōne pprie speciei. nā amor ē spōtaneº motº amātio ad amatū. ꝛ quia est spōtaneº: est volitus et ꝯplacēs. vnde ex hoc ipso q aliqs amat: amat se amare simul eodē actu. nā spontaneū est idē qđ ꝯplacens. vnde amor spōtaneº est ꝯplacens amor. et sic spōtanee amare est ꝯplacēter amare: qđ est amare se amare. ¶ Ex quo vltimo sequit q delectatio ꝛ fruitio q̄ amorē sequit et ex adeptiōe rei amate actualit ꝯsurgit: supra se reflectat cum sit motus quidā vel affectio volūtatis spōtanea. nā ꝯplacet volūtati delectari in fine suo habito ꝛ adepto. Unde ex hoc ipso q aliqs delectat in bono qđ amat cū habet: simul delectatur se delectari in eo. ꝛ ita eodē actu fruitionis beatus fruit deo ꝛ beatitudine creata ꝛ ipsa fruitione. Accipiūtur supradicta ex dictis sctī Tho. pmo li. sentē. disti. pª. q. 2ª. ar. pº. et. 4º. li. sentē. disti. 49. q. pª. ar. 2º. sub. ar. pº. ad. 3^{m}. Et. pª. 2ᵉ q. xjª. ar. 3º. ad. 3^{m}. Et. q. 32. ar. pº. 2º. et. 3º. et. 6º. Itē. 2ª. 2ᵉ. q. 25. ar. 2º.

Quantum ad q̄rtum articulū respondēdū est ad obiectiōes cōtra ꝯclusiones. Ad pmā cōtra primā ꝯclusionē dicēdū q vbi s. sctus Tho. dicit. fruitionem esse pfectissimā opationē: intelligit q̄^{m} ad operationis ꝯplemētū. nominat enim fruitio ipsam beatitudinem que ꝯsistit in visione et dilectione dei nō f̄m se totā: sz q̄^{m} ad eius pfectionē et ꝯplemētū. est enī ppe fruitio quies ꝛ delectatio ꝯsequēs operationē beatitudinis ꝛ eam pficiens modo q̄ expositū est in. 5. notabili. Istum intellectū innuit sanctº Tho. li. pº. sentē. disti. pª. q. pª. ar. pº. in corpe ꝛ ad p^{m}. ¶ Ad. 2^{m}. dicendū q fruitio est aliquid realiter distinctū ab amore sicut patuit ex dictis sancti Tho. in. 2º. notabili. Et cum infert q tunc non similiter se haberent amor ꝛ fruitio sicut visio et ꝯprehensio: dicendū q verum est loquēdo q̄^{m} ad eorum identitatē aut differentiā. nā vt sanctº Tho. dicit. pª. 2ᵉ. q. 4ª. ar. 3º. ad. 3^{m}. cōprehensio nō est aliqua operatio preter visionem: sz quedā habitudo ad finē habitum ꝯsequēs visionē: vt ꝯprehensio dicatur ipsa visio put est rei iam habite. i. put p eam res habetur. Quod autē dicitur q delectatio se habet ad amorem sicut cōprehensio ad visionem: intelligit q̄^{m} ad seq̄lam. quia sicut ꝯprehēsio cōsequit ad visionē: ita ꝛ delectatio ad amorē. in alijs autē pprietatibus non similiter se habent. ¶ Ad. 3^{m}. negat minor. Nec est incōueniēs qđ adducitur. s. q visio sit obm fruitionis. nā vt supra declaratum est in vltimo notabili ex dictis sancti Tho. Immediatū obm fruitionis est operatio q̄ est adeptio finis vltimi. s. visio: q̄uis deº ipse sit obm vltimū ꝛ principale immo vt in eodē notabili patuit simul cadit fruitio sup vtrumq. ¶ Ad. 4^{m}. qđ est Gregorij: negat minor. Nec pbatio aliqd valet. non enī p̄se requiritur ad rationem fruitionis. q sit de aliquo pter se: sed q sit quietatio quedā in bono amato propt se. vnde et si aliquod desideriū sit de aliqua re propter se: non tamē est quies aut quietatio. immo est motº. tēdit enim appetitus in rem appetitam p desideriū sicut per motū quēdā put supra dictum est in. 2º. notabili. ¶ Ad. 5^{m}. quod est Aureoli dicit q responsio ibi data est vera ꝛ sufficiens ꝛ de mente sancti Tho. 3º. li. sentē. disti. 27 q. pma. ar. 3º. et planius. pª. 2ᵉ. q. 23. ar. 4. ꝛ q. 26. ar. 2. Et ad improbationē responsionis: negat assumptum. falsum est enim q amor precedens desideriū sit delectatio. Nec est idē dicere: amo aut diligo te vel cōplaceo in te: et delector in te. sicut patuit supra ex. 2º. notabili. amor enī et cōplacentia possunt esse de re absente nō autem delectatio sed de re p̄sente dūtaxat. ¶ Ad [illegible]. negat minor. Amor enim ꝯcupiscētie nō est gaudiū aut delectatio nec ꝯcupiscētia: sed causat desiderium vel cōcupiscētiam et delectationem prout ex. 2º. notabili patet. Non enim amor cōcupiscētie est cōcupiscētia: nec amor beniuolētie

Quantum ad tertiũ articulũ primo notãdum est prout accipitur ex dictis. S. Tho. pª. p. q. 3ª. arº. pº. q licet ĩ vno et eodẽ qđ exit de potẽtia in actuʒ prius tempore sit potẽtia q̃ actus: simpliciter tamẽ actus prior est potẽtia. quia quod est in potentia nõ reducitur in actũ nisi per ens actu. ex quo sequitur q primuʒ ens simpliciter sit ens actu et nullo modo ĩ potẽtia. aliqñ indigeret alio priori se quod reduceret illud de potẽtia ad actũ. nam omnis potẽtia ex sui ratione ordinatur ad actũ. Nec dici põt q aliqđ seipm reducat đ potentia ad actũ: quoniam tũc idem esset simul in actu ꝛ in potẽtia respectu eiusdẽ. pbatur hoc. quia nihil reducit aliquid de potẽtia ad actuʒ nisi ꝯm q est in actu ad quẽ illud reducit. nec aliquid reducitur de potẽtia ad actuʒ nisi ꝯm q est in potẽtia ad actũ ad quem reducitur. vnde ponere q idẽ reducat seipm ad actum: est ponere q idẽ simul sit in actu et in potẽtia respectu eiusdẽ actus: qđ implicat contradictionẽ. necʒ iterũ valet dicere q idẽ ꝯm vnam partẽ: potest seipm reducere ad actũ ꝯm aliã partem. quoniã sic nõ idem totũ se reduceret đ potẽtia ad actũ. sed magis vna pars ab alia reduceretur. q si totũ se moueat ꝯm ptez non tamẽ mouet se per se pmo prout phs pbat 8º. phy. ac p hoc reduci habet ad aliquid aliud quod sit pmo per se mouẽs. sequit igitur q primũ per se mouẽs vel primũ ens simpliciter nullo modo sit in potẽtia sed in actu. Ex quibus inferimus q nullum corpus põt esse aut primũ mouẽs aut primũ ens simpliciter. pbatur hoc. quia omne corpus ẽ in potẽtia. tuʒ quia oĩe corpus est mobile vt probat phus. 3º. phy. oĩe aũt mobile est in potẽtia. est enim motus existẽtis in potẽtia vt ibi phus docet. motus aũt est actus mobilis. tum etiã qꝛ omne corpus est quid continuũ et habet partes. omne aũt ẽ cõtinuũ est diuisibile et per cõsequẽs est in potẽtia. Patet igitur ex premissis falsam esse opinionẽ dicẽtiũ q corpus celeste sit primũ mouẽs et primũ efficiẽs simpliciter ad qđ omnia mobilia et mouẽtia reducũtur.

Secundo Notandũ est q si aliquid vnum cõmuniter in pluribus inueniat: ab aliqua vna causa in illis causet. nõ enim potest esse q illud cõmũe vtricʒ ex seipso cõueniat cum vtrũcʒ ꝯm q ipm est ab altero distinguatur: ꝛ diuersitas causaꝝ diuersos effectus pducit. cum ergo esse inueniatur oĩbus rebus cõmũe q̃ ꝯm illud quod sunt adinuicẽʒ distincte sunt: oportet q de necessitate eis non ex seipsis sed ab aliqua vna causa esse attribuat. et ista videt ratio platonis qui voluit q ante omnẽ multitudinẽ esset aliqua vnitas nõ soluʒ in numeris sed in rerũ natura. Ex quibus inferimus q nõ est possibile plura eẽ q̃ntũcũcʒ sint necessaria quoꝝ quodlibet sit primũ simpliciter nõ habẽs causaʒ efficiẽtem seu productiuã sui esse. probatur hoc nam cum quodlibet illorũ sit ens: oĩbus est cõmunis natura entitatis et ratio essendi. oportet ergo ꝯm premissa q ab vno principio rationem essendi et entitatis naturã participẽt. et huic veritati attestatur ordo vniuersitatis rerũ. omnes enim res vniuersi cõstitute sunt in quodã ordine. nõ solũ res corporales prout ratione et sensu percipimus: sed etiã res spũales que sub certis hierarchijs et ordinibus cõdite sunt prout tradit dionisius libro celestis hierarchie. pluriũ aũt coordinatio: ad vnũ primuʒ et summũ reducit quod est ipsorũ pluriũ principiũ. sicut apparet in numeris quorũ omniũ vnitas est principiũ. vnde et vniuersum dicitur quia oĩa in ipso contẽta ab vno principio emanarunt ad qđ sicut principiata reducunt. Accipiuntur ista ex dictis. S. Tho. 2º. liº. sen. đ. pª. q. pª. arº. pº. Et. pº. p. q. 11ª. ar. 3. Et de potẽtia dei. q. 3. ar. 6.

¶ Tertio Notãduʒ est prout. S. Tho. deducit. pª. p. q. 22. arº. 2º in. cor. q quia omne agẽs agit ppter finẽ: tãtuʒ se extẽdit ordinatio effectuũ in finẽ: quãtũ se extẽdit causalitas primi agẽtis. ex hoc enim cõtingit ĩ operibus alicuius agẽtis aliquid puenire nõ ad finẽ ordinatũ: quia effectus ille consequit ex aliqua alia causa preter intẽtionẽ agẽtis. et inde est q ad ordinẽ agentiũ cõsequit ordo in finibus. et sicut supremũ agẽs mouet oĩa secũda agentia: ita ꝛ ad finẽ supremi agẽtis ab eo oĩes fines secũdorũ agentiũ ordinaut. naʒ quicq̃d agit supremũ agẽs: agit ppter finẽ suũ. agit aũt supremũ agẽs oĩes actiões inferiorũ agẽtiũ mouendo oĩes ad suos fines. cũ ergo causalitas dei q̃ est primũ agẽs se extẽdat ad omnia entia nõ solũ q̃ʒ ad pncipia speciei sed etiã q̃ʒ ad indiuidualia principia omniũ corruptibiliũ ꝛ incorruptibiliũ cõsequẽs ẽ q oĩa q̃ habẽt quocũcʒ modo esse sint ordinata a deo in fines suos. propter quod apostolus dicebat Ro. 13. que a deo sunt ordinata sunt. s. ab eo. Aduertẽdũ tñ prout. S. Tho. deducit in pluribus locis et signanter de veri. q. 22. arº. pº. in. cor. dupliciter cõtingit aliquid ordinari et dirigi in finẽ. vno modo p seipm deo. s. cooperãdo. per quẽ moduʒ homo seipm ordinat et

dirigit in finē ꝓpriū. Alio modo aliquid ad finez suuz ordinat̄ nō per seipm̄ sed ab altero. quēad modū sagitta q̄ a sagittāte dirigit̄ ad determinatū locum. a se quidē dirigi nō p̄st in finez nisi illa que finē cognoscūt. oportet enim dirigēs et ordināns cognitionē habere eius ad qd̄ ordinatur. sed ab alio p̄st dirigi in finē determinatū etiaz q̄ finē nō cognoscūt. hoc aūt iterū cōtingit dupliciter. nam quādoq̧ id qd̄ dirigitur in finē: solū modo impellitur et moueẗ a dirigēte sine hoc q̄ ab eo aliquaz formā cōsequatur per quā ei cōpetat talis directio vel inclinatio. et isto modo dirigūtur ab alio ea que violēter mouētur. aliquādo vero id quod dirigitur vel inclinaẗ in finē consequitur a dirigēte aliquā formā per quā sibi talis inclinatio cōpetit. et hoc modo res naturales inanimate dirigūtur ab agente. agēs enim qui dedit lapidi grauitatē: dedit sibi inclinationem ad hoc q̄ deorsuz naturaliter ferreẗ. propter quod phs dicit. 8°. phy. q̄ generans est motor in grauibus et leuibus. illud aūt qd̄ dirigitur vel inclinatur in aliquid ab alio: in id inclinatur qd̄ est intentū ab eo qui inclinat vel dirigit. in idē namq̧ signū quod sagittator sagitta dirigit̄. vnde cuz omnia naturalia naturali quadā inclinatiōe sint ad fines suos ordinata a primo motore qui est deus a quo et habēt esse et formas quib⁹ inclināntur: oportet q̄ illud in quod vnūquodq̧ naturaliter inclinatur sit id qd̄ volitū est vel intētum a deo. quocirca dicitur sapiētie. 8°. q̄ diuina sapientia dispōit oīa suauiter quia vnūquodq̧ ex suo motu tēdit in illud in quod diuinit⁹ est ordinatum per formas et inclinationes illi inditas.

℄ Ex supradictis inferimus falsam esse opinionē quorūdā dicentiuz q̄ omnia ex formis suis et ꝓprijs naturis inclināt̄ur in fines suos nec indigēt aliquo extrinseco agēte qui ipsam inclinationē imprimat et singulas res dirigat in fines proprios. probatur hoc. quoniā res inclinari vel tēdere in finē presupponit cognitionē alicuius mouētis et dirigentis eas in finē: nisi talis inclinatio seu tendentia esset a casu. et ratio est. quia finis nō est causa nisi prout est intentus ab agēte. nō aūt pōt esse intentus ab eo nisi sit precognit⁹. intentio enim presupponit cognitionem. vnde res cognitione carētes non proprie intendunt finē sed tendunt in finem ab aliquo cognoscēte intētum. sagitta certe non intendit signū sed tendit in illud directa a sagittāte: a quo signū est preuisum et intentum. propter quod a phis dicitur q̄ opus nature est op⁹ intelligētie. vnde illa determinatio qua res naturales sunt ad vnū determinate: non est illis a seipsis primo et principaliter sed ex alio scilicet ex datore formarum qui est agens per intellectum.

Quantum ad articulum quartū respondendū est ad instātias aureoli cōtra rationes sancti thome. Et quidez ad instātiam contra primam rationē dicitur q̄ quicquid cōmentator dicat non considerās nisi ordinē rerū corporaliuz: et tamē verissimū est q̄ in causis efficientib⁹ deueniendū sit ad vnā primā causam q̄ a nulla alia causa est. et q̄ ista prima causa nō potest esse corpus. ⁊ de hoc dictum fuit in primo notabili. ℄ Ad secūdā instantiam contra tertiam rationē sancti thome dicitur q̄ phi docti ⁊ recte sentientes de naturis rerū sicut aristoteles ⁊ eius sequaces nō negant quin necessaria alia preter primū simpliciter habeant causam efficientē et conseruantē sui esse ⁊ sue necessitatis. imo id docet philosophus secūdo et quīto methaphisice. alias sequereẗ quoddā impossibile scilicet q̄ essent multa p̄ma a nullo causata nec adinuicē depēdētia. quod et phs probat. 12. methaphisice. Et preterea cuz arguens concedat alia necessaria preter p̄mum habere causam finalem: ex consequenti cōcedere habet q̄ habeant causam efficiētem. tum quia finis non habet rationē cause nisi in intentione cause efficientis. naz in executione et in actu existentie positus nō habet rationē cause sed effectus. tuz etiaz quia p̄ma simpliciter causa et vltimus finis in idē re coincidunt. quod et sanct⁹ thomas efficaciter ꝓbat secūdo sentētiarū distinctione p̄ma questione prima articulo tertio et quarto. Itez p̄ma parte questione cētesima tertia articulo secūdo. Et cōtra gentiles libro tertio capitulo decimo octauo et pluribus alijs locis. ℄ Ad tertiā instantiam cōtra quartā rationem sancti thome dicitur q̄ propositio maxima phi in qua fundatur ratio sancti thome debet intelligi proportionaliter. ita q̄ oē quod est primū et maxime tale in quocūq̧ genere: est causa aliorū q̄tum ad illud in quo est maximum. et tunc ad minorē dicitur q̄ albedo non est maximum et mensura aliorū colorum q̄tum ad entitatē sed q̄tum ad participationem lucis, put sanctus thomas respōdet in alio proposito de veritate questione secunda articulo quarto ad quartū. vnde ⁊ in specie albedinis nō inuenitur totū quod in singulis colorib⁹ scilicet terminatio diaphani que in ipsis est quasi materiale prout ibi sanctus thomas notat. ex quo

sit vt albedo non sit causa effectiua aliorum colorum. sciendum tamen ꝙ philosophus in illa propositione maxima loquitur de causis efficientibus et de his que maxima sunt q̃m ad entitatē. ¶ Ad instantiam contra quintam rationem sancti thome dicitur falsum esse quod arguens assumit, put deductum fuit in tertio notabili. ¶ Ad instantias aureoli contra rationes sancti thome probantes secundam conclusionem: dicitur ꝙ rationes sancti doctoris eque probant conclusionem si ponātur plura necessaria primo prima specie differentia. sicut si ponantur differre velut indiuidua plura sub eadem specie prout satis constat recto oculo habenti ex deductione sancti thome. ¶ Et preterea si ponerentur plura necessaria distincta specie: necessario sequeretur ex consequenti ꝙ essent distincta indiuidualiter. nā distinctio specifica arguit distinctionem indiuidualem: cum nulla species habeat esse actu nisi in aliquo indiuiduo. sicut patet de specie solis et lune et cuiuslibet angelorum. ¶ Ad argumentum in oppositum respondet sanctus thomas prima parte questione secūda articulo secundo ad primum: ꝙ deum esse et alia huiusmodi que per rationem naturalem possunt esse nota de deo prout dicitur Romanorum primo: nō sunt articuli fidei sed preambula ad articulos. sic enim fides presupponit cognitionē naturalem sicut gratia naturam et vt perfectio perfectibile. nihil tamen prohibet illud quod secundum se demonstrabile est et scibile: ab aliquo accipi vt credibile qui demonstrationē non capit. hec ille. ¶ Et in hoc articulus terminatur.

TErtiuz circa eandem distinctionem queritur vtrum in creaturis sit imago et vestigium trinitatis. et primo arguitur ꝙ in creaturis non reperiatur vestigiuz trinitatis. effectus non representat nisi suam causam. sed causalitas creaturarum pertinet ad naturam cōmunem non ad relationes quibus persone distinguūtur et numerantur. ergo in creaturis non reperitur vestigium trinitatis sed vnitatis essentie. ꝙ autem in eis nō reperiatur imago: probatur per ea que dicit hilarius in libro de sinodis ꝙ scilicet imago est illius rei ad quam imaginatur species indifferens. et iterū dicit ꝙ imago est rei ad rem coequandam indiscreta et vnita similitudo. sed dei et creature non est species indifferens neq̧ potest esse equalitas creature ad deum. ergo et cetera. ¶ In contrarium est augustinus sexto de trinitate et libro octogita triū questionū. ¶ In hac questione erunt q̃tuor articuli vt supra.

QUantuz ad primum articulum sit prima conclusio ꝙ ratio propria vestigij in hoc consistit ꝙ est representatio cause q̃m ad solam causalitatē absq̧ representatione forme. Hanc conclusionez tenet et probat sanctus thomas primo sententiarū distinctione tertia questione secunda sub tribus articulis. Item prima parte questione quadragesima quinta articulo septimo, et questione nonagesima tertia articulo sexto. ¶ Secunda conclusio est ꝙ ratio vestigij non reperitur proprie et per se in accidentibus. Hanc conclusionem docet sanctus thomas libro primo sententiaruz distinctione tertia questione secunda articulo tertio. Itez prima parte questione quadragesima quinta articulo septimo ad secundum.

QUantū ad articulum secundum contra primaz conclusionez arguit aureolus in presenti distinctione. primo sic. constat enim ꝙ trinitas personarum in ratione qua trinitas: nullam causalitatem habet respectu creaturarum. quelibet nāq̧ persona causat totam creaturam q̃m ad substantiam.

et iterum proprietates personales non sunt productiue. et tamen si non esset nisi vna persona in deo sicut imaginabantur philosophi et pagani: adhuc reperirentur in creaturis omnia que nunc reperiuntur. sed constat ꝙ vestigium dicitur in representando trinitatem personalem. ergo non consistit in representatione solius causalitatis. ¶ 2°. dicit istam positionem deficere in hoc ꝙ ponit vestigium non representare formam. constat enim ꝙ vestigium pedis representat pedem et formam pedis. et si totum animal applicaretur pulueri in ambulando sicut est de serpente: tota impressio animalis posset vestigium appellari. sed tunc representaretur forma animalis. ergo videtur ꝙ non tollat rationem vestigij si representet causam secundum formam. ¶ 3°. dicit istam positionem in hoc deficere: quia ponit similitudinem et imperfectionem ducere in noticiam alterius et integrare rationem vestigij. constat enim ꝙ imagini competat ista ratio cum sit similitudo imperfecta et ducat in noticiam trinitatis. igitur dicta assignatio fuit incompetens. hec ille. ¶ Contra secundam conclusionem arguit idem aureolus vbi supra. constat inquit ꝙ in specie numero et ordine consistit vestigium. sed albedo habet suum numerum cum sit vna. et suam speciem cum sit forma. et suum ordinem cum inclinetur ad propriam operationem que est disgregare. ergo in albedine ratio vestigij inuenitur. que tamen non est indiuiduum substantie. ¶ 2°. sic. penes substantiam virtutem et operationem ponitur alia assignatio vestigij. sed constat ꝙ in accidentibus est essentia vel realitas virtus vel operatio. igitur est ibi ratio vestigij. ¶ 3°. sic. vnitas bonitas et veritas reperiuntur in accidentibus. in istis autem est ratio vestigij secundum vnam assignationem. igitur idem quod prius. ¶ 4°. sic. ordo modus species sunt in quibus consistit ratio vestigij secundum augustinum. 5°. de trinitate. sed commentator demonstrat. 4°. metha. ꝙ vnitas non est accidens entis. et. 5. metha. et. 7. phy. ꝙ potentie naturales que sunt inclinationes ad operationes proprias: non sunt aliud a formis substantiuis. constat etiam ꝙ species substantialis non est aliud a forma. ergo non est verum quod tua positio ponit. scilicet modum ordinem et numerum et alias partes vestigij non attendi penes accidentia. concludit ergo ꝙ sicut se habent res ad entitatem sic se habent ad esse vestigium. ideo prima materia et omnia que sunt sunt vestigium trinitatis. nihilominus substantia principaliter est vestigium sicut est principaliter ens. hec ille.

Quantum ad articulum tertium primo notandum est ꝙ representatio vestigij secundum propriam rationem qua distinguitur ab imagine: est quedam confusa et imperfecta representatio per quam scilicet deuenimus in aliqualem cognitionem cause et moris in qua ponitur vestigium. vnde representatio que est per vestigium non est representatio forme specifice neque alicuius accidentis proprij quod natum sit ducere in cognitionem speciei: sed accidentium communium vel alicuius eorum precise: vel alicuius partis aut dispositionis non totius rei. cum ergo sanctus thomas vbi supra dicat ꝙ representatio vestigij non est representatio secundum formam: debet intelligi de forma specifica vel de forma accidentali propria speciei quemadmodum est figura secundum quam attenditur representatio imaginis prout sanctus doctor dicit prima parte questione nonagesima tertia articulo secundo.

¶ Secundo Notandum est ꝙ cum deus sit causa creaturarum et omnium effectuum in creaturis ratione sui esse quod includit perfectionem omnis esse: esse autem in deo est eius essentia que est communis tribus personis: sequitur ꝙ causalitas dei ad creaturas non potest esse propria alicui persone sed est communis toti trinitati. et tamen quia huiusmodi causalitas respectu creaturarum est ab agente non ex necessitate nature sed per intellectum et voluntatem: consequens est ꝙ creature et omnia que in creatura a deo fiunt: procedant a deo per scientiam et amorem. que licet sint essentialia attributa quia tamen appropriantur personis diuinis scilicet filio et spiritui sancto et in earum processionibus includuntur: inde est ꝙ in omnibus creaturis reperitur vestigium trinitatis non secundum propria personarum sed secundum appropriata. sic sentit sanctus thomas prima parte questione quadragesima quinta articulo sexto in corpore. et articulo septimo ad primum. et loquimur hic de amore prout essentialiter sumitur non notionaliter. Et secundum hanc intelligentiam accipi debet quod sanctus thomas dicit prima parte in loco proxime allegato articulo sexto ꝙ scilicet persone diuine secundum rationem sue processionis habent causalitatem respectu creationis rerum. ea scilicet ratione quia processiones diuine includunt attributa essentialia pertinentia ad intellectum et voluntatem. Eandem sententiam ponit libro primo sententiarum dis. 10. q. prima. ar. primo. et distin. 14. q. prima. ar. primo.

Quantum ad articulum quartum respondendum est ad argumenta. Ad primum ergo contra primam conclusionem dicitur ad maiorem ꝙ et si trini-

tas personarũ inq̃ʒ^m trinitas est idest q̃ʒ^m ad distinctionẽ vnius psone ab alia et p consequẽs q̃ʒ^m ad ea que propria sunt personaruʒ non habeat causalitatem respectu creaturaruʒ: tamen quia attributa que important rationem causalitatis respectu creaturarum appropriantur tribus personis ꝛ includuntur in ratione processionum diuinarum ipse persone vt sic dicuntur habere causalitatem respectu creaturarum prout declaratum est in secundo notabili. et hanc causalitatem representãt illa que in creaturis sunt: ſm que dicitur in creaturis esse vestigium trinitatis. Quod autem inducit arguens de prima causa ſm philosophos ꝛ paganos qui vnam tantum personam ponunt: nõ obstat. quia etiã ſm eos qui colunt vnũ deuʒ nõ trinum: est in creaturis vel esse oportet representatio trinitatis in deo vel in prima causa. cum ipsi ponant deum vel primam causam agere per intellectum et voluntatem. sed verum est ꝙ ſm eorum errorem non representaretur per vestigium creaturarum trinitas realis et personalis sed rationis tantum. ¶ Ad .2^m. patet responsio per ea que dicta sunt in primo notabili. ¶ Ad .3^m. dicit ꝙ imago ſm ꝙ in creaturis reperitur et si sit imperfecta respectu imaginis dei proprie et perfectissime que filius est: respectu tamẽ vestigij appellatur similitudo perfecta inq̃ʒ^m est representatio nõ solum causalitatis diuine sed etiaʒ aliquo modo nature. i. quãtũ creature rationales et intellectuales imitantur et representant deum ſm naturam intellectualem et per consequens trinitatem personarum modo superius expresso. Accipiunt ista ex dictis sancti thome prima parte questione nonagesima tertia articulo primo ad secundum. et articulo sexto in corpore et ad primum. Et ƀ veritate questione decima articulo primo ad quitũ ¶ Ad primum in contra secundam conclusioneʒ negatur minor. non enim albedo vel aliquod accidens dicitur proprie habere numerum et specieʒ et ordinem: sed magis ſm eam substantia dicitur habere modo quodaʒ ordinem modum et mensuram et speciem. neqʒ enim albedo proprie dicit vna aut habere inclinationem vel operationem sed proprie loquendo substantia habet quandaʒ vnitatem ſm albedinẽ et inclinationem et operationem. et idem dicendum est de ceteris accidẽtibus. cum enim ſm philosophuʒ septimo methaphisice accidentis non sit esse sed quia eo substantia est neqʒ proprie sit ens sed magis entis. s. substantie que proprie et per se dicitur ens: cõsequẽs est ꝙ neqʒ accidentis sit operari vel inclinari sed quo substantia inclinatur et operatur. vnproprie tamen loquendo et largo modo potest dici ꝙ in accidentibus est considerare vestigium inq̃ʒ^m accidens addit aliquod esse ad esse substãtie. in quo esse erit considerare modum speciem et ordinem et cetera in quibus ratio vestigij assignari potest. Sic sentit sanct⁹ thomas ꝑmo libro sententiaruʒ distinctione tertia questione secunda articulo tertio. Et ꝑma parte questione quadragesima quinta articulo septimo ad secundum. Et per ista patet respõsio ad secundũ tertiũ et quartuʒ. Quod autem in quarto argumento imponit sancto thome quasi dicat ꝙ pe[n]eo sola accidentia attendit in creaturis vestigium trinitatis: falsum est. nũqʒ enim sanct⁹ thomas id intellexit cum expresse dicat prima parte questione quadragesima quinta articulo septimo in corpore ꝙ creatura ſm ꝙ est quedam substantia creata representat causam ꝛ principium. ſm autem ꝙ habet quandam formã et speciem: representat verbum. Et in questionibus de veritate q̃stione vel materia vigesima prima articulo sexto ad quintum inquit. vbicunqʒ est aliquid receptuʒ: oportet ibi esse modum cuʒ receptum limitetur ſm recipiens. et ideo cum esse creature tam essentiale q̃ʒ accidentale sit receptum: modus non solum inuenitur in accidentalibus sed etiam in substantialibus. modus autem vt patet per augustinum in sexto de trinitate est vnum ſm quod attenditur vestigium. Et ista de questione sufficiant.

Teruz circa tertiam distinctionem queritur vtrum ista tria vnum verum bonum ſm q̃ attenditur vestigium trinitatis distinguantur realiter a rebus in quib⁹ sunt: ꝛ arguitur ꝙ nõ. quia ista cum sint transcendẽtia cõuertuntur cum ente. est enim omne ens vnum verum et bonum. igitur et cetera. ¶ In oppositum arguitur. nã partes vestigij sunt plures ſm augustinum. res autẽ ẽ vna. ergo differũt realiter ſm vnũ ꝛ multa. ¶ In hac questione erũt quattuor articuli vt supra.

Quantum ad primum articulum sit prima conclusio q̄ veritas et bonitas et vnitas fm q̄ attenditur vestigium trinitatis differunt in creaturis a re q̄ vna vera et bona est. bonitas et veritas: distinctione reali. vnitas vero distinctione rationis. probatur ista conclusio q̄ᵗᵐ ad suas partes per sanctum thomā. de bonitate: pͥma parte questione sexta articulo tertio. et de veritate questione vel materia vigesima pͥma articulo quinto. item contra gentiles libro primo capitulo trigesimo nono. Quantum ad veritatem probatur conclusio per sanctū thomam pͥmo libro sententiarum distinctione decima nona questione quinta articulo pͥmo. Item pͥma parte questione decima sexta articulo primo et secūdo et tertio. Item de veritate questione prima articulo primo secundo et tertio. Quantum ad vnitatē: patet primo sententiarum distinctione octaua q̄stione pͥma articulo tertio. et distinctione vigesima quarta q̄stione pͥma articulo pͥmo. et pͥma parte q̄stione vndecima articulo primo. et de veritate q̄stione pͥma articulo pͥmo. ¶Secunda conclusio ē q̄ bonū et verū et vnū q̄ᵗᵐ ad supposita: conuertuntur et sunt idem re sed distinguūtur ratione. patet cōclusio ex dictis sancti thome in supradictis locis. ¶Tertia conclusio ē q̄ ratio boni ē ratio appetibilis. Hanc cōclusionem docet sanctus thomas pͥma parte q̄stione quinta articulo pͥmo et secundo et in ceteris articulis. Item de veritate q̄stione vigesima pͥma in multis articulis. ¶Quarta cōclusio ē q̄ bonū hēt rōnē finis. pbat ista pclusio ex dictis. S. Tho. in preallegatis locis et presertim. pͥᵃ. p. q. 5. ar. 4°.

Quantum ad secundum articulū arguitur cōtra conclusiones. Et quidē cōtra primam arguit aureolus sic. q̄libet res ex quo causata est: habet illa tria in quibus cōsistit vestigium. et ideo si quodlibet istorum est res distincta: proceditur in infinitum quia quodlibet habebit illa tria in se. ¶2°. quia absq̄ contradictione deus potest substantiā omni accidente spoliare. et cum constet q̄ adhuc remanet creatura: sequitur q̄ in ea sit vestigium trinitatis. ¶3°. quia q̄libet suba p essentiā suā ē vna et p essentiā suā intelligit. et ideo p essentiā suā est vera et spēz hēt. p essentiā suā etiā est diligibilis et ordinata ad aliq̄d et ideo bona et ordinē tenēs. ¶4°. sic specialiter q̄ bonitas rei nō sit aliud ab entitate rei. si enim bonitas est alia res ab entitate vel absoluta vel respectiua: tunc intellectus intelligit vel concipit entitatem prout dicitur esse quoddam bonum cum ut sic sit complacens et amabilis diuine voluntati que in omni ente cōplacet. ut sic etiam est ens cum ens et bonum cōuertantur fm supposita. relinquitur ergo q̄ talis res est bona sine bonitate ut distinguitur ab eadem. Idem etiam habetur si ponantur distingui ratione ab intellectu fabricata. quoniam tunc volūtas amabit rationem illius sine bonitate. est enim verum quoddam amabile per se intellectum. ¶5°. pbatur specialiter q̄ veritas non distinguatur ab entitate rei. aut enim distinguitur realiter aut solū ratione. si realiter contra. quia si veritas sit res absoluta distincta a lapideitate: aliquid erit verū sine veritate. constat enim q̄ intellectus rem entitatis distinguit contra rem veritatis. et sic entitatem concipit ut quoddam distinctum a veritate. omne autem quod distincte concipitur verū est. ergo entitas est vera sine veritate ut distinguitur ab ea. si dicitur q̄ distinguuntur rōne: idem sequitur. quoniam intellectus distinguendo rationem veritatis a ratione entitatis intelliget rationem entitatis sine veritate. ¶Contra secundam cōclusionem arguit probando q̄ bonitas nullo modo distinguatur a veritate etiam fm rationem. quia tunc intellectus intelligit bonitatem absq̄ veritate. et cum intelligibile sit verum et omne amabile sit bonum: bonitas erit vera absq̄ veritate. quia intellectus intelligit bonitatem ut distinguitur a veritate. et similiter veritas erit bona sine bonitate. quia voluntas amabit rationem veritatis ut distinguitur a bonitate. et sic patet q̄ ista nō possunt distingui nec fm rem nec fm rationem. ¶2°. sic. illa que sic se habēt q̄ vnūquodq̄ eorum inest omni rei et omni rationi per se et precise sumpte non differunt re aut ratione. nam si differunt: nō omnis ratio precise sumpta habebit illam. sed de omni re precise sumpta verum est q̄ est aliquid et q̄ est aliquid verum et q̄ est aliquid bonum et aliquid vnum. iuxta illud cōmentatoris. 4°. methaphisice dicentis q̄ hoc nomen esse et vnum significat immediate quod est in vnoquoq̄ predicamentorum. ergo verum bonum ens et vnum nullam distinctionem habent inter se nec realem nec formalem nec fm rationem. ¶3°. arguitur specialiter q̄ verum et bonum non distinguantur ratione comparando rem ad intellectum vel voluntatem. tum quia bonum et malum sunt in rebus circūscripto omni actu intellect' ut dicit phs. 6. metha. tum quia bonū et pfectū idē sunt. res aūt sunt pfe-

cte circūscripto omni actu itellect⁹. tū qꝛ bonum
est qḋ sinat et appetitur. terra aūt appetit cētrum
tanq̄ꝫ sibi bonū circūscripto actu itellect⁹. tum qꝛ
verū est manifestatiuū intellect⁹. ergo veritas p̄-
cedit omnē actū intellect⁹. ¶ Cōtra tertiā cōclu-
sionē arguit̃ q̄ rō boni nō sit ratio appetibilis. pri
mo sic. ab oībus ponit̃ bonuꝫ esse obm volūtatis
sicut color visus. tunc sic. illa ratio q̄ cōuenit alicui
in secūdo modo dicēdi p se et non in p̄mo: nō est
ratio intranea formalis illi⁹. patet. qꝛ illud qḋ est
rō formalis intranea alicui⁹: est in p̄mo modo di-
cendi p se cū sit de p se intellectu ei⁹ et cadit in dif-
finitione ei⁹. illa sūt ratio q̄ est in secundo modo
non est de p se intellectu. imo in diffinitione talis
rōnis cadit res cui⁹ est rō vt patet p̄mo poste. sed
rō appetibilis: bono cōuenit in secūdo modo dicē-
di p se et nō in p̄mo. qꝛ f̄m phm. 2°. de aīa rō de-
nominās obm f̄m respectū ad potētiā et ad actū
potētie vt visibile colorē: cōuenit in secundo mo
do et nō in p̄mo. vn̄ cōmētator i cōmento dicit q̄
dicere q̄ color est p se visibile: est dicere p se nō f̄m
primā intētionē. de q̄ dr̃ illud qḋ est essentialiter.
et ē mod⁹ in q̄ predicatū est in sub̄a subiecti et f̄m
intētionē secundā. et ē illud in q̄ subm est in diffini
tione p̄dicati. color enī est vt res visibilis sit. igit̃
appetibile nō est formalis et intranea ratio boni.
¶ 2°. ad idē. obꝫ precedit actū potētie et relatio
nē cōsequentē actū. sed bonuꝫ est obm volūtatis
ergo precedit actū et illud qḋ sequit̃ actū. s. respe-
ctū appetibilis. s. esse appetibile. nā bonū nō dicit̃
ordinē ad volūtatē nisi quia volūtas ad bonum
dicit̃ vt patet. 5°. metha. ergo ordo quē dicit bo-
num ad volūtatē. s. esse appetibile: ꝯsequit̃ rōneꝫ
boni. et per ꝯñs nō est de p se intellectu ei⁹ cum in
nascatur ex relatione q̄ est potētie ad obm medi-
ante actu. ¶ 3°. ad idē. illud qḋ resoluit̃ in aliquid
vt in causam et rōnem sui: nō est de p se intellectu
eius in qḋ resoluit̃. hoc patet. ex q̄ resoluit̃ in illud
vt in causam ꝛ rōnem sui: est illo posteri⁹. vn̄ com
mētator vbi supra dicit q̄ pro tanto visibile non
est de essentiali intellectu coloris qꝛ color est cau
sa vt res sit visibilis. ideo enī res est visibilis qꝛ co
lor et non ecōtra. sed eē appetibile resoluitur vt
in causam et rōnem sui in bonū. nō enim ideo ali-
quid est bonuꝫ qꝛ appetibile. sed ideo appetibile
qꝛ bonum vel apparēs bonuꝫ vt patet p phm. 3°.
ethi. et. 8. ethi. resoluit distinctionē amicicie ad a-
mabilia. amabilia nō resoluit in bonū honestū de-
lectabilis et vtilis. ergo appetibile non est forma-
lis et intranea ratio boni. ¶ 4°. ad idē. null⁹ res-
pectus dicit perfectionem simpliciter. sed bonuꝫ
dicit perfectionē simplicit̃ f̄m anselmuꝫ monolo.
caplo. 5. igit̃ bonū dicit respectuꝫ. Iste sunt ratio
nes guidonis de carmelo in quodlibꝫ. ¶ 5°. argu
it sic aureolus. 2°. sen. distin. 34. qm̄ ratio boni ē
ratio absoluta: alias deus nō essꝫ ad se bon⁹. ergo
sequitur q̄ ratio boni nō est ratio appetibilis cum
importet respectū. ¶ 6°. ad idē arguit aureol⁹ et
in hac ratione principaliter se fundat. ratio boni
est motiua appetitus. rō autē appetibilis est ratio
respectiua. relatio autem non mouet appetitum.
vnde ratio appetibilis est in secundo modo dicē-
di per se nō in primo modo. vt verbi gratia visi-
bilitas nō est ratio obiectiua potentie visiue sed
coloritas vt dicit aristoteles i. 2°. de anima q̄ co
lor est visibilis in secūdo modo dicēdi p se. et ideo
si sic diffiniatur color dicēdo color est visibilis: dif
finitur a posteriori. sic i proposito. ¶ Cōtra quar
tam cōclusionem arguit guido. s. q̄ bonū habꝫ ra-
tionem finis. primo sic. posterius nō est de p se p̄-
mo intellectu prioris nec per ꝯsequens ei⁹ forma-
lis et intranea ratio. sed ratio boni est prior rōne
finis. quia ratio boni imediatius consequit̃ rōneꝫ
entis q̄ꝫ ratio finis. bonū enim cōuertitur cuꝫ ente
et equaliter dicitur enti vt patet primo ethi. ens
autem et finis non conuertuntur. vnde f̄m auice
nam bonum et vnum sunt de primis consequen-
tibus entis. ergo finis non est intranea ratio bo-
ni. ¶ 2°. ad idem. illud quod predicatur de aliq̄-
bus pluribus primo et p se: nullum illorum est de
intellectu primo et per se illius quod taliter pre-
dicatur. patet ista quia tale predicatuꝫ compara-
tur ad alia plura vt superius ad inferiora. inferi⁹
autem non est de per se intellectu superioris. imo
e conuerso. sed bonum primo et per se predicatur
de fine et de his que sunt ad finem et de causa agē
te formali et materiali et finali. vnde sicut quod-
libet istorum est ens sic et bonum. ergo finis non
est de primo et per se intellectu. et per consequēs
nec formalis intranea ratio boni. vnde phs p̄mo
ethico. cum describit bonum per hoc quod est fi-
nis. s. q̄ sui gratia est eligibile: videns q̄ bonum
non dicitur solum de fine sed etiam de aliis: sub-
dit et factiuum aut cōseruatiuum horuꝫ et ad qḋ
sequuntur talis et prohibitiua contrariorū et cor
ruptiua. quasi velit dicere q̄ bonum non soluꝫ dr̃
de fine s̄ etiā de omnib⁹ que sunt ad finem.

Quantuꝫ ad ter-
tium articulum primo notandū
est q̄ vt phs dicit. 6. ethi. sicut ve
rum formaliter dicit̃ esse in intel
lectu: ita et bonū est in reb⁹ extra
itellectū. res aūt sunt extra itellectū f̄m q̄ habēt

esse actu. vnūquodqz ergo inq̄ꝫm est actu dicit esse bonum. bonū autem ꝛ perfectū conuertunt. inq̄tum enim aliquid est bonū inq̄ꝫm est perfectuꝫ. ꝑfectio autem alicuius rei triplex est. prima quidem sm ꝙ per formam subalem in suo esse cōstituitur per quod ponitur in actu simpliciter. secunda vero perfectio est put rei aliqua accidentia superadduntur ad pfectam eius operationem necessaria q̄bus res fit in quodam accidentali esse. et ista duplex perfectio dicit bonitatem rei intrinsecam et inherentē. prima subalem. secunda accidentaleꝫ. esse enim quo res fit in actu simpliciter: est et subale licet non sit de eius essentia. tertia perfectio rei cōsideratur per hoc ꝙ ad aliquid ordinatur sicut ad finem et bonum eius. hec autē perfectio et bonitas cōuenit ei ab extrinseco. dicitur enī res hoc modo bona: eo ꝙ ad bonum ordinatur. sm queꝫ modum bonitatis omnes creature dicuntur esse bone vna bonitate. s. diuina ad quam ordinant. sm vero duos primos modos bonitatis: creature dicuntur bone non vna sed pluribus bonitatibus sm pluralitatem et diuersitatem creaturarū que sunt participationes q̄dam diuine bonitatis. Aduertendum tamen ꝙ si consideretur habitudo vel ordo rei ad suum finē et bonū inq̄ꝫm subiectiue et fundamentaliter est in re et vt sic dat rei quoddā esse respectiuum: dicere possumus ꝙ res etiam isto tertio modo potest dici bona bonitate quodāmodo intrinseca et sibi inherente. s. ipso eē relatiuo quod ipse ordo ad finem et bonum dat rei sm quod res dicitur esse ordinata ad suum finem et bonum. nā omne esse inq̄ꝫm huiusmodi ꝑfectio et bonitas quedam est. et tamen quia ista ratio bonitatis accipitur a fine et bono quod est rei extrinsecum: eo ipso sm ꝙ ordinatur ad fineꝫ suum et bonum: dicitur absolute bona bonitate extrinseca. ¶ Ex quibus infertur primo ꝙ omne bonum dicitur bonum inq̄ꝫm habet aliquod esse vel subale vel accidentale absolutum vel respectiuū. sicut homo potest dici bonus vel quia est hō vel quia est iustus aut castus vel qꝛ est ordinat⁹ ad aliquod bonum et finem vt ad deū vel ad beatitudinem. a prima autē bonitate: habet bonuꝫ ꝙ cōuertatur cum ente transcendēte. omne enim ens ex hoc ipso ꝙ habꝫ esse quo in actu subsistit: est bonū. et omne bonū ex hoc ipso ꝙ habet esse a quo est bonitas eius: est ens. a secunda vero et tertia bonitate nō habet bonū ꝙ ꝯuertatur cū ente: sed ꝙ ipsum diuidat et contrahat ad aliquod gen⁹ et specieꝫ. bonū nāqꝫ quia piū et iustū aut intelligēs vel quia ad aliquod bonū ordinatum: nō conuenit omni enti sed alicui. ¶ Secundo infertur ꝙ cū in creaturis triplex bonitas sup̄dicta sit extra earum essentiā et quidditateꝫ: ꝙ bonitas creature ē aliquid additū sue essentie et quidditati et realiter ab ipsa distincta. ac ꝓ hoc ꝙ nulla creatura est bona formaliter ꝑ suam essentiam. hoc enī deo soli conuenit in q̄ essentia et esse et omnis perfectio sunt omnino idē realiter. Quod autē dictū est sm doctrinam phi et. S. Tho. ꝙ ens et bonū cōuertuntur: debet intelligi sm supposita non formalr. et de ente et bono transcendenter acceptis nō contracte et in particulari sumptis. Accipiuntur premissa de mente sancti thome. pᵃ. p. q. 5. Et de veritate. q. 21. in pluribus articulis.

¶ Secundo Notādū est ꝙ aliud est q̄rere vtrū bonum addat aliquid reale supra ens: et q̄rere vtruꝫ bonitas cuiuslibet rei differat realiter a re q̄ bona est vel dicat realitatem ipsi rei additam. nam in prima questione ens capitur in tota sua cōmunitate put. s. est transcendēs omne gen⁹ ꝛ est superius ad omne ens siue reale siue rationis siue subale siue accidētale siue in actu siue in potentia. et qꝛ nihil falsē possumus subterfugere pōt naturā et rōnē entis isto modo accepti: inde est ꝙ bonuꝫ non dr addere aliqd ad ens sed solū sm rōnem. s. rōnem appetibilis et finis. appetibile autem vel ipsa appetibilitas ens quoddā ē. vnde qd addit bonū ad ens nō ē aliqd extra naturam entis. ipa tamē ratio appetibilis vel finis non includitur in ratione entis sed est ratio q̄dam addita ad rationē entis. in ipso enī cōceptu quē intellectus nr̄ habet d̄ ente inq̄ꝫm ens: nō adhuc aliqd concipit de ratione appetibilitatis. et sm istū modū loquit. S. Tho. de ente et bono vbicūqꝫ tenet ꝙ ens et bonū cōuertuntur vl' ꝙ bonū non addit supra ens aliquid reale. In secunda vero q̄stione vtrum. s. bonitas differat a re q̄ bona est: res vel ens non accipitur trāscendenter. s. in tota sua cōmunitate: sed ꝑ contractionem et determinationē ad aliquod genus entis. s. ad ens reale creatuꝫ. et ideo. S. Tho. tenet in locis supra allegatis ꝙ nullū ens creatū est bonum formaliter ꝑ suaꝫ essentiā: sed ꝙ bonitas differt realiter ab ipa re creata. Est preterea alia differentia in vtraqꝫ questione attendenda. nam in pma ens includit in suo significato esse: nā ens ꝓprie dr ab actu essendi. et qꝛ ipm eē est inuenire rōneꝫ boni et appetibilis: adeo ad pmā q̄stionē dictū ē ꝙ bonū et ens conuertunt neqꝫ bonuꝫ addit supra ens aliqd reale. In secunda vero questione fit cōparatio bonitatis ad rē q̄ bona est q̄ꝫm ad essentiā suā vel quidditatem. vtrum. s. bonitas rei differat ab essentia vel quidditate rei ita vt addat aliquā

realitatem sup ipsam. et qr natura vel essentia rei create fm se cōsiderata secluso esse eius nō habet rōnem boni vel appetibilis, put. S. Tho. tradit i de veri. q. 21. ar. 2. in cor. et ad. 4m. et. ar. 5. in. c. et. pa. p. q. 5. ar. 2. ad. 4m. et ar. 3. ad. 4m. et ma-gis. q. 6. arti. 3. in cor. et ad pm. et. 2m. et. 3m. ideo ad qstionē secūdā dictū ē de mēte. S. Tho. q bonitas differt realit a re q bona est ita vt addat ali quā realitatez ad ipsam. alias necessario seqretur q creature essent bone p essentiā. quod boeti9. li. de ebdoma. efficaciter improbat.

Tertio Notandū est q veritas fm ppriam rationem est condi tio vel dispositio relatiua entis fm esse intelligi-bile quod habet in intellectu. est enim veritas p se et formaliter loquendo conformitas vel ade-quotio conceptus enunciabilis terminantis actū intelligendi ad rem extra intellectum inqm. s. hu iusmodi cōceptus representat rem sic esse sicut ē. sicut enim equalitas est conformitas vel adequa tio rerum non qcūqz sed que est fm quantitatez et similitudo est conformitas vel adequatio nō in omnibus sed fm qualitatem: ita et veritas est conformitas vel adequatio non cuiuscūqz rei aut quecūqz sed eius quod intelligitur fm esse quod habet in intellectu ad id quod ē extra intellectū. est enim verum perfectio intellectus vt est cogni tum. nam verum proprie et per se nominat illud in quod tendit intellectus prout. S. Tho. inquit pa p. q. 16. arti. po. et quia conceptus qui terminat actionem intellect9 est forma obiectalis ipsius in-tellectus inqm est cognoscens p quam habet i se expressam similitudinem rei cognite: ex consequē ti ratio et denominatio veritatis attribuitur in-tellectui vt intellectus dicatur verus qui intelligit rem sic esse sicut est. nam omnis res est vera fz q habet propriam formā. et iterum ipsa actio intel lectus vera dicitur inqm ad verum cognitum ter minatur. ita q veritas primo et per se et tanquaz forma inherens denominat conceptū enunciabi-lem significatiue et representatiue sumptuz idest denominat id quod per conceptuz significatur. et dico signanter representatiue sumptum: quia cō-ceptus mentis fm esse suum reale est subiectiuei intellectu. et vt sic est quedam res vera veritate que est entitas vel esse. et potest contingere q cō ceptus isto modo verus vt pote qr habet esse ve rum et reale: sit falsus significatiue et representati ue. sicut iste conceptus homo est lapis vel animal irrationale vere est in anima sed non habet veri-tatem intellectus: quoniā non vere significat aut representat id quod homo est a parte rei. secūda rio vero et in habitudine ad ipsum conceptum q dicitur verum vt cognitū: denominat ipsam potē tiam intellectus et eius actionem. vnde et. pa. p. q. 16. ar. 7. S. Tho. dicit q veritas enunciabiliuz non est aliud qz veritas intellect9 idest eius qd in-tellectu cōcipitur. Inuenit preterea in rebus ex-tra animam denominatio veri: sed hoc est in ha-bitudine ad intellectum fm q in reb9 inuenit ali-qua ratio adequationis vel conformitatis ad in-tellectuz. quod dupliciter contingit fm q res ex-tra animā diuersimode comparantur ad intelle-ctum diuinū et ad intellectuz creatū. nam quia in tellectus diuinus est causa omniū reruz ex quo eē omnis entis dependet quod consistit in quadaz conformitate et adequatione ad ideas existētes in intellectu diuino: ideo res extra animam dicun tur vere denominatione veritatis prime que est in mente diuina inqm et assimilātur fm suam en-titatem que est participatio quedam diuine veri tatis. et talis denominatio fit ab extrinseco. dicū-tur enim res create vere: quia assecute sunt id qd intellectus diuinus ab eterno de eis preconcepit in quo adequantur et conformantur veritati pri-me. et isto modo omnes res vere dicūtur vna ve ritate numero. s. prima veritate. veruz est tamen q improprie loquēdo et extēso nomine veritatis ipsa habitudo assimilationis et adequationis q in rebus est ad intellectū diuinum tanqz ad prin-cipiū sue entitatis: appellari pōt veritas. vt sic res create dicantur vere denominatione intrinseca z formali inqm hūiōi habitudinem pformitatis in se habent quēadmodū dictū est in primo notabi-li de bonitate tertio modo sumpta. et i hoc sensu doctores loquūt de veritate rerū qrentes vtrū ve ritas distinguat realiter a creaturis in quibus est. et hoc modo accipiendo veritatē: nō omnes res denominantur vere vna veritate sed plurib9 cuz in qlibet re sit pdicta adeqtionis hitudo ad intel lectum diuinum vna numero et distincta in diuer sis rebus. et quia huiuscemodi veritas habet pro fundamento entitatem rei: ideo consueuit appel-lari veritas que est rei entitas accipiendo verita-tem prout includit et relationem adequationis z fundamentum. et in ista acceptione loquitur. S. Tho. in. q. de veri. q. pa. ar. 8. vbi dicit q veritas rerum existētiū includit in sua rōne entitatē earū et superaddit habitudinem adequationis ad in-tellectum diuinū vel humanū. sicut veritas de la-pide includit in sui ratione entitatez lapidis et su peraddit habitudinem adequationis ad intelle-ctum diuinū. z veritas domus includit in sui rōne dom9 entitatē z supaddit habitudinē adequatio-

nis et cõformitatio ad intellectũ humanũ dominationis. In comparatione aũt ad intellectuz humanũ inueniť etiã in reb' extra aĩam denominatio veritatis dupliciť. Sm q aliter cõparanť ad intellectũ humanũ res naturales et aliť res artificiales. nã res naturales nõ depẽdẽt sm esse suũ ab intellectu humano imo sunt causa intellect' inq̃ȝ est cognoscẽs. et p ɔ̃ñs sunt causa veritatis q̃ est in intellectu hũano. ab eo enĩ q res ẽ vel non est sm phȝ oratio vera vel falsa dicť. et ille itellectus ver' est q intelligit rẽ esse sicut est. vñ in reb' naturalib' p cõparationẽ ad itellectũ nrm̃ est denominatio veritatis nõ p se et formalis ȝ p causam. dicť enĩ hoc modo res vera q ẽ causa veritatis i itellectu nr̃o. quẽadmodũ medicina dicť sana eo q causa sit sanitatis in aĩali. Ȝ res artificiales q causanť et depẽdent ab itellectu humano: ideo inq̃ȝ artificiales sunt: denominanť vere: ĩ propĩe tñ illo modo dñominationis q̃ res naturales dicunť vere i cõparatione ad itellectũ diuinũ. dicũť enĩ res artificiales vere inq̃ȝ assequũť similitudinẽ forme exẽplaris existẽtis i mẽte artificis. i õne cui' assimulationis dicť ẽe in reb' artificialib' q̃dã habitudo vł relatio cõformitatis et adeq̃tionis ad itellectũ artificis. q̃ vt dictũ est ĩpropĩe et extẽso nomine appellať veritas iq̃ȝ cõformiter et adeq̃te se hñt ad veritatẽ existẽtem i mẽte artificis. De veritate aũt itellectus angelici pari modo sentiẽdũ est: nisi q a reb' naturalib' nõ accipiũt cognitionẽ. et p ɔ̃ñs neqȝ veritas i itellectu angelico ab ipsis causať. sed loco reꝝ naturaliũ sunt spẽs reꝝ cõcreate in mẽtib' angeloꝝ a q̃bus sicut accipiũt cognitionẽ ita et veritatẽ ꝑ quã cognoscunt res sic esse sicut sunt. sic sentit. S. Tho. li. primo sen. distin. 19. et. pᵃ. p. q. 16. et de veri. q. pᵃ. sub diuersis articulis vtrobiqȝ.

Quantum ad articulũ quartũ respõdẽduz est ad argumẽta. Et q̃dez ad pᵐuz respõdet. S. Tho. ꝑ interẽptionez maioris li. pᵒ. sen. dis. 3. q. 2. ar. 3 ad. 3ᵐ. Et. pᵃ. p. q. 45. ar. 7. ad. 2ᵐ. non enĩ q̃libet re creata ẽ inuenire vestigiũ trinitatis ꝑprie loquẽdo sed i re subsistẽte ꝑut in q̃stione pcedẽte dictũ fuit. vñ nõ oportet q modi sit mod' neqȝ speciei species neqȝ ordinis ordo et sic de ceteris. ¶ Ad 2ᵐ. dicť q et si de' absqȝ cõtradictiõe possit separare subam inq̃ȝ suba ẽ ab omni accidẽte: nõ tñ põt sine cõtradictione separe subam creatã ab oĩ accidẽte. nõ enĩ põt ab ea separe depẽdẽtiaȝ ad creatorẽ q̃ p se cõsequiť subam creatã. vñ ɔ̃tradictio ẽ dicere subam creatã et nõ hr̃e depẽdentiã ad creatorẽ. ¶ Ad. 3ᵐ. negať maior q̃ȝ ad bonũ et verũ. imo nulla creatura est bona aut vera formaliter p suam essentiam ꝑut diffuse ostẽsum ẽ i pᵒ et scdo notabili. si tamẽ prepositio p notet causam materialẽ et subiectiuã: dici põt q creatura est bona p essentiã suã inq̃ȝ essentia creature nõ inuenitur sine habitudine ad dei bonitatez. hoc notat. S. T. de veri. q. 21. ar. pᵒ. in cor. De vnitate vero secus est, ꝑut. S. Tho. dicit. pᵃ. p. q. 6. ar. 3. ad. pᵐ. ex eo q vnitas solam negationẽ diuisionis addit supra entitatẽ. et q indiuisio cõpetit rei sm suã essentiã ideo vnaq̃qȝ res dicitur vna realiter p suã essentiã aut entitatem quamuis p aliud sm rõnez. ¶ Ad 4ᵐ. dicť pᵐo q antecedẽs est falsum. nã si bonitas reip̃cindať ab ei' entitate nõ põt intellect' intelligere entitatẽ illam vt bonũ q̃dã et cõplacens. implicat enĩ repugnantiã. nam si talis entitas intellecta cõplacet vt q̃dã bonũ amabile: sequitur necessario q intellect' ɔcipiat ei' bonitatẽ alias non cõplaceret vt bonũ intellectũ. et tamẽ ex casu posito: intellect' p̃scindebat a bonitate. Et si dicatur cõtra hoc q in casu posito arguẽs p̃scindit per intellectũ entitatẽ rei ab ei' bonitate accidentali et supaddita quam. S. Tho. ponit distictam ab entitate sed non p̃scindit a bonitate que conuenit entitati sm se. s. inq̃ȝ entitas vel essentia est quã ipse arguens ɔ̃tendit: respõdeť q imaginatio arguentis falsa est. q essentia vel entitas inq̃ȝ huiusmodi et sm se secluso. s. esse: non habz rationem boni aut appetibilis: cũ esse sit in q̃ fundať pᵐa ratio boni et appetibilis prout in secũdo notabili ex dictis. S. Tho. deductũ fuit. Et cũ arguẽs dicit q ipsa entitas est q̃ddaz ens sm se et p ɔ̃ñs sm se est bonũ q ens et bonũ cõuertunť: respõdemus sicut ad pᵐũ q etiaz entitas creature nõ sit subsistẽs nõ est ens vt nominat suppositũ. dicť enĩ ens nõ q ꝓpe sit ȝ q ea aliq̃d sit. bonum aũt cõuertiť cũ ente q̃ȝ ad supposita. veꝝ ẽ tñ q sicut entitas rei dicť large ens q ea aliq̃d ẽ: ita põt dici bonũ q ea aliq̃d ẽ bonũ. ȝ hoc nõ hȝ ẽntas ẽ sm rõne sm inq̃ȝ dat ẽe rei formaliť. et ita sicut dicť ens nõ ꝓprie sm se sed q ea aliq̃d est id est inq̃ȝ dat esse rei: sic nec sm se dicitur bona sed inquantum dat esse rei quod est quedam bonitas et perfectio rei. ¶ Ad. 5ᵐ. dicitur q veritas distiguitur ab entitate rei realiť modo supra exposito in tertio notabili. Et ad instantiam arguẽtis negatur consequẽtia. et ad ꝓbationez respondetur ex dictio. S. T. ad simile argumentũ de veri. q. pᵃ. arti. pᵒ. ad. 3ᵐ. q intellectus concipiens rem entitatis distinctaȝ a veritate: intelligit rẽ entitatis nõ intelligẽdo veritatẽ. et cũ infert. ergo entitas est vera sine veritate

te q2 om̄e qđ ꝯcipit̃ distīcte ē ver̄: negat̃ ꝯña. nā dato illo casu bene seqt̃ ꝙ entitas intelligat̃ sine ei⁹ v̄itate. ſ3 nō seqt̃ ꝙ sit sine v̄itate. q2 itellect⁹ pōt separe p actū itelligēdi ea q̄ s3 eē ꝯiūcta sūt Et si dicat̃ ꝙ itellect⁹ distīcte ꝯcipiēdo rē entitatis a v̄itate verū itelligit si ipe int̄ se distiguūt: cō cedim⁹ τ tū illa v̄itas ipius ꝯceptionis vel intellectionis ē: nō rei entitatis q̄ sine v̄itate ꝯcipiebat̃ vñ recte seqt̃. intellect⁹ itelligit rē ētitatis distīctā a v̄itate. ergo v̄e itelligit τ ꝯcipit aut v̄a3 hēt cō ceptionē. sed nō recte et formaliter sequit̃: ergo res entitatis ē vera. ¶ Ad primū ꝯ 2.am ꝯclusionē p3 rñsio p ea q̄ imediate dicta sūt ad 5m argumētū. nō. n. ex illa argumētatione ꝯcludit̃ ꝙ bōitas sit vera sine v̄itate. s3 ꝙ bōitas itelligat̃ nō itellecta v̄itate. ¶ Ad 2m dr̄ ꝙ i argumētatione committit̃ fallatia eq̄uocatiōis ex eo ꝙ mediū alit̃ τ alit̃ accipit̃ i maiori τ minori ꝑpositione. Nā in maiori inesse alteri qđ ē mediū itelligit̃ τ re τ rōne τ p se i p̄mo m° alit̃ falsa eēt: s3 in minori accipit̃ ieē vel vnū esse i alio scđm supposita. vñ cōcedim⁹ ꝙ om̄is res ē aliqd τ ꝙ ē aliqđ ver̄ τ aliqđ bonū τ aliqđ vnū scđm supposita: nō tñ formalit̃ nisi sicut expositū fuit i rōne ad 5m ꝯ p̄mā ꝯclusionē s3 ide nō seqt̃ ꝙ i rōne vel in ꝯceptu v̄i icludat̃ p se rō vel ꝯcept⁹ boni aut ecōuerso: τ sic ð ceteris: vel ꝙ ista nō distīguūt̃. sicut nō seqt̃ tal' ꝯña. om̄e corp⁹ naturale ē q̄ñtū τ est q̄le: ergo corp⁹ τ q̄ntitas τ q̄litas sūt idē realit̃. ¶ Ad 3m negat̃ ꝯña quā arguēs p̄tēdit: male. n. τ inepte ifert̃. bonū τ malū sūt in reb⁹: τ bonū τ pfectū sunt idē: et bonū τ appetibile circūscripto om̄i actu itellect⁹: ergo bonū τ verū nō distīguūt̃ p intellectu3. q2m vt dictū ē: intellect⁹ pt̄ distīguere ea q̄ in reb⁹ sūt cōiūcta. qđ aūt dr̄ in vltima ꝯña ꝙ q2 ver̄ ē manifestatiuū itellect⁹ ideo v̄itas p̄cedit om̄e3 actū itellect⁹: appet ēt mediocrit̃ intelligēti ꝙ nō seqt̃ nā cōcept⁹ q̄ terminat actū itellect⁹ τ oro voce exp̄ssa manifestatiua sunt itellect⁹: et tñ falsu3 est ꝙ p̄cedāt om̄em actū itellect⁹: imo magis sequūt̃ itellect⁹ opationē sicut oīs effect⁹ manifestatiu⁹ est sue cause τ tñ nō ideo p̄cedit eā. ¶ Ad p̄mū ꝯ 3am ꝯclusionē negat̃ minor. τ ad ꝓbationē dr̄ ꝙ auctoritas ph̄i τ cōmētatoris itelligit̃ ð obo mali: qđ i sui rōne nō importat hitudinē ad potētiā queadmodū ē color respectu visus. sec⁹ ē ð obo formali sicut visibile i cui⁹ rōne formali includit̃ respect⁹ ad potētiā. nā rō denomiationis q̄ sumit̃ a tali respectu: ꝯuēit obo i p̄mo m° dicēdi p se: τ tale obm formale ē bonū respectu appetit⁹. bonū. n. s3 ꝓpā rōnē dicit ens appetibile. vt i significatione bōi ens sit male: appetibile v̄o formale. sicut si dicat̃ color visibilis ð cui⁹ rōne formali ē hitudo ad potētiā visus. ¶ Ad 2m ꝯcedit̃ totū argumētū. negat̃ tñ qđ subifert̃ videl3 ꝙ eē appetibile sit respect⁹ ꝯñs actū volūtatis appetētis: τ ad ꝓbationē dr̄ falsū esse: τ false eē ipositu3 ph̄o ꝙ bonū nō dicat ordinē ad volūtate: nisi q2 volūtas reffert̃ ad bonū: imo ecōtra ē q2. s. volūtas dr̄ bona q2 ē ð bono: nā bonū et malū prout ph̄s dicit. 6. metha'. i reb⁹ sūt: τ p ꝯñs a reb⁹ deriuat̃ rō boni ad aīa3 sicut τ rō v̄i ab aīa deriuat̃ ad res extra: eo ꝙ ver̄ et falsū sūt i intellectu p° τ p̄ncipalit̃ vt dictū est. ¶ Ad 3m negat̃ maior si v̄r accipiat̃. Nā totū itegrale resoluit̃ i suas ptes tāq3 in cās ꝯstituētes q̄ tñ sunt ð itellectu toti⁹ τ ecōtra totū ð itellectu ptiū simul sumptaru3: τ diffinitū resoluit̃ i sua diffinietia. τ tñ vnū ē ð itellectu alteri⁹ τ ecōtra. talis. n. resolutio ē mini⁹ noti i magis notū: τ nō ꝓprie sicut effect⁹ i cām. vñ cū eē appetibile resoluit̃ i rōnē boni: nō resoluitur ꝓprie loq̄ndo i illđ tāq3 effect⁹ i causā s3 tāq3 diffinitio vl' pars diffinitiōis i diffinitū. vñ τ p̄mo ethico. ph̄s diffiniēs ait. bonū ē qđ om̄ia appetūt. resoluit̃. n. diffinitio i diffinitū τ diffinitū i diffinitionē tāq3 mi⁹ notū i magis notū. nā aliq̄n vel aliq̄b⁹ diffinitū ē magis notu3 q̄3 diffinitio: aliq̄n cō. dicim⁹. n. socrates ē hō q2 est rōnalis. τ iteru3 q2 socrates ē hō ē rōnalis. τ hui⁹ resolutio ꝓpe est euidē i idē sub alio τ alio ꝯceptu. ¶ Ad 4m. rñdet. S. Tho. de v̄i. q. 21. ar. 6°. ꝙ nomen boni nō significat respectū solū neq3 ð p̄ncipali significato, put i argumēto p̄tēdit̃ s3 significat aliqđ absolutū ad qđ seqt̃ respect⁹ q̄ respect⁹ iplicat̃ i nomine bōi ex ꝯñti. vñ argumentū ex falso ꝓcedit. ¶ Ad 5m qđ est aureoli negat̃ ꝯñs si intelligat̃ ꝙ rō boni est absoluta cū exclusiōe oīs respect⁹. et ad ꝓbationē negat̃ ꝯña q̄ i ꝓbatione iplicat̃. nō n. de⁹ dr̄ ad se eē bon⁹ ea rōne q2 bonū nullū respectū iportat saltē rōnis et ex ꝯñti: s3 q2 nō dicit relationē realē vnius psone ad alterā sicut hoc nomē pr̄ vel filius. Si aūt itelligat̃ i antecedēte ꝙ rō boni ē absoluta q̄ntū ad p̄ncipale significatū licet ex ꝯñti iportet respectū quēdā: ātecedēs est verū s3 tūc negat̃ ꝯña. videt̃. n. arguens decipi nō distīguēs it' relatiua s3 eē τ relatiua s3 dici quēadmodū sūt scia τ potētia τ similia q̄ iportāt rē absolutā i p̄ncipali significato cū q̄dā tñ respectu. ¶ Ad. 6m. negat̃ mior quātū ad p̄mā sui ptē si itelligat̃ ð rōne qua3 iportat nomē appetibil' in p̄ncipali significato, put arguēs p̄tēdit. Nomē. n. appetibil' sic τ nomē bōi rē absolutā dicit de p̄ncipali significato. ex ꝯsequenti tñ dicit respectū ad appetitū. τ rōne rei absolute qua3 iportat mouet

appetitū. vñ hoc nomē appetibile illō idē ipoztat i suo significato qđ et hoc nomē bonū nisi q̄ nomē appetibil' exprimit respectū cōcomitatē: qđ nō exprimit nomē bōi. ¶ Ad pᵐ gⁿ dōis ꝯ q̄rtā ꝯclusionē negat̄ minoz loq̄ndo đ ꝯpleta rōne bōi i q̄ icludit̄ur r rō appetibilis r rō finis. r ad ꝓbationem negat̄ q̄ ens r finis nō cōuertant̄ accipiēdo ens i actu qđ ꝓpe dr̄ bonū. omē enī ens i actu r ē bonū r ē finis r ē appetibile. qđ plīchre deducit. S. Tho. pᵃ. p. q. 5. articul'. 2. 3. r. 4. Et đ veri. q. 21 articul' p°. r. 2. ¶ Ad. 2ᵐ dr̄ q̄ maioz ꝓpositio ē vera de illo qđ p̄dicat̄ p̄mo r ꝑ se đ plib⁹ vniuoce. r tūc ad minorē dr̄ q̄ bonū nō p̄dicat̄ p° r ꝑ se vniuoce đ fine r đ hiis q̄ sūt ad finē ʒ de fine ꝑ se r cōuertibilit̄: đ hiis aūt q̄ sunt ad finē p̄dicat̄ nō p̄mo r ꝑ se ʒ ꝑ attributionē ad finē. vñ bonū nō est vniuocū ad finē r ad ea q̄ sunt ad finē ʒ analogice dictū: ꝑʒ. S. Tho. i q̄nit pᵃ. p. q. 5. ar. 6. ad. 3ᵐ. Ad argumētū aūt oppositū ptʒ rñsio ex sup dictis. illa enī tria ꝯuertūt̄ ʒ supposita ʒ formalit̄ distinguūt̄ inter se: r a re cui⁹ sūt modo q̄ in ꝯ ne positum est. Et in hoc questio ista terminat̄.

Tertiū ar

ca 3ᵃᵐ distictiōē 3 q̄rit̄ vtrū potētie aīe sint ipa aīe eēntia. r arguitur p̄mo q̄ sic q̄z aīa ē nobilioz q̄ʒ materia p̄ma: ʒ materia p̄ma ē sua potētia ergo multo magis aīa. Jn oppositū argūt̄ q̄z ʒ Dio. 2°. ca. celestis hierar. celestes sp̄ūs diuidūt̄ i eēntiā v̄tutē r opationē milto tgit̄ magis in aīa aliud ē eēntia r aliō v̄t⁹ siue potētia. ¶ Jn hac q̄stiōe erūt q̄ttuoz articli vt đ

Quantū ad arti

culū p̄mū sit p̄ma ꝯ° q̄ potētie aīe nō sūt ipsa eēntia aīe. hāc cōclusionē tenet. S. Tho. li. p° sē. di. 3. q. 4. ar. 2. Jtē pᵃ. p. q. 77. ar. p°. Jtē de sp̄ūalib⁹ creaturis. q. xjᵃ. Jtē i q̄stionib⁹ đ aīa. q. 12. ¶ Secūda ꝯ° est q̄ volūtas et intellect⁹ i aīa rōnali sunt due potētie realit̄ distincte. hāc ꝯclusionē tenēt. S. Tho. pᵃ. p. q. 78. ar. p°. et. q. 82. ar. 3°. Et đ v̄i. q. 22. ar. x°. Jtē i ꝯmēto sup. 2°. đ aīa. ¶ Tertia ꝯ° est q̄ memoria in pte intellectiua nō ē potētia distīcta realit̄ ab itellectu. hāc ꝯclusionē tenet. S. Tho. pᵃ. p. q. 79. ar. 7°. Jtē đ v̄i. q. xᵃ. ar. 3. Jdē sētit p° sen. di. 3. q. 4. ar. p°. ¶ Quarta ꝯ° est q̄ ptes imaginis create distīguūt̄ ab illo in q̄ sunt vel saltē aliq̄ illaꝝ. hāc cōclusionē tenet. S. Tho. pᵃ. p. q. 93. ar. 7. Jdē sētit. q. 79. ar. 7. ad p̄mū. Jtē de v̄i. q. xᵃ. ar. 3°.

Quantū ad arti

culū 2ᵐ arguit̄ p̄mo ꝯ rōnes. S. Tho. qb⁹ ꝓbat p̄mā ꝯclusionē r q̄dē ꝯ p̄mā quā adducit pᵃ pte loco p̄allegato i ꝯclusiōe arguit Scot⁹ in. 2°. sen. di. 16. p° sic. dicit. n. q̄ ibi ē equocatio de potētia. Nā potētia vno m° ē p̄ncipiū opandi r sic diuidit̄ i potētiā actiuā r passiuā. 5° r. 9°. metbaᶜ. alio m° accipit̄ vt diuidit̄ ꝯ actū. r hoc m° potētia r act⁹ nō sūt tātū eiusdē speciei. ʒ etiā i eiusdē numeri vt dr̄. 9°. metbaᶜ. Jllud. n. i diuiduū qđ nūc ē i actu illō idē fuit i potētia. potētia aūt p° m° ē p̄ncᵐ trāsmutādi aliđ i q̄ʒᵐ aliđ vl' ab alio i q̄ʒᵐ ab alio. Cū ergo dr̄ q̄ potētia et act⁹ sūt eiusdē gn̄is falsū ē đ potētia q̄ ē p̄ncipiū trāsmutatiōis q̄z accidēs imediate recipit̄ i sb̄a alit' eēt ꝓcessus i ifinitū. ergo potētia passiua vl' actiua sic accepta nō ē eiusdē gn̄is cū suo actu. hoc etiā ꝓbat̄ ꝑ Arist. 7°. metbaᶜ. i fine q̄ dicit q̄ sb̄a nō ꝓducit̄ i eē nisi a sb̄a p̄existēte in actu. sed q̄ntū vel q̄le ꝓducit̄ in eē nullo q̄nto vel q̄li p̄supposito in actu ʒ i potētia tm̄. ergo ꝑm ip̄m sb̄a ponit̄ imediate eē effectiua accidētis. ¶ Jtē iste pōit in aīa v̄tutē actiuā respectu istaꝝ potētiaꝝ q̄z fluūt ab eēntia attribuit̄ v̄tuti actiue eēntie. Simil' doctoz iste ponit i. 3° suo q̄ eēntia aīe est imediatū p̄ncipiū et ꝓximū receptiuū istaꝝ potētiaꝝ quāuīs q̄ sint accidētia ʒ ip̄ʒ r tū ʒ ip̄ʒ nō sūt i eodē gn̄re cū eēntia aīe. ergo receptiuū nō semꝑ ē eiusdē gn̄is cū recepto vl' receptiuū act⁹ r ip̄e act⁹. ¶. 3° instat̄ ꝯ illā rōnē q̄z sb̄a ē in potētia ad q̄ntitatē r ūno sb̄a inde ꝯsiderata se hēt ad accidētia vt potētia ad actū r tū nō sunt eiusdē gn̄is. ¶. 4°. q̄z sup̄ficies ē potētia respectu coloris q̄ tū nō est eiusdē gn̄is cū colore cuꝫ vnū ptineat ad gen⁹ q̄ntitatis puta sup̄ficies r aliđ ad gen⁹ q̄litatis puta coloz. ¶. 2ᵐ. rō nō valet nō. n. sequit̄ aīa ʒ suā eēntiā ē act⁹: igit̄ hēns ip̄aꝫ semꝑ opat̄ vel pōt opari semꝑ ʒ bene seq̄t̄. ergo semꝑ ē i actu: nec ē simile đ dare vitā r opari q̄ s. sicut ē p̄ncipiū opandi ꝑ eēntiā ita ē p̄ncipiū viuēdi ꝑ eēntiā r c. q̄z aīa ē p̄ncipiū formale q̄ viuū ē viuū q̄z ip̄a formalit̄ dat eē viuū ʒ aīa est p̄ncipiū opatiōis ʒ q̄ reducta ad gen⁹ cause efficient' et sic ars se hēt ad effectū. s. i gn̄re p̄ncipij effectiui. ē igit̄ ibi equocatio q̄ʒᵐ ad imediationē vno. n. m° ē sic r alio m° nō sic. ē. n. aīa imediatū p̄nᵐ formale eēndi r imediatū p̄nᵐ opādi ʒ nō

sic se habet ad causaz formalē τ ad effectiuā nō
eiū oportet q̄ habēs formā sit semꝑ in actu secūdo
¶Cū dicis actus nō est īmediatū principiū re-
cipiēdi actū falsū est τ etiā ꝯtra te sicut ꝯtra me
q̄ essentia τ substātia est receptiua actus alicu-
ius accidētalis.s.potētie que est forma quedā τ
actus in aīa ſm eos.nec est maius icōueniēs q̄
de forma sbali que est ꝓpria ratio recipiēdi pro
pria passionē sicut ꝓpria forma hoīs ratio reci-
piēdi risibilitatē. ¶Preterea si actus nō pōt re-
cipere actū cū oīs potētia naturalis aīe sit q̄dā
actꝰ nulla recipiet actū. ¶Ad aliud dico q̄ age-
re per essentiā est dupliciter. vno modo idē est
q̄ in agēdo nō depēdere ab alio τ nō habere es-
sentiā per participationē τ ſm hoc maior est ve
ra sed minor falsa. Alio modo idē est q̄ nō per
accidēs siue per additū licet depēdeat τ ſm hoc
maior est falsa τ hoc patet per Auicenā 9°.me-
thaꝰ.ca°.2°.qui dicit q̄ virtutes alique sūt agē
tes nō per additū. ¶Ad aliud dico q̄ maior ꝓ
positio est falsa.sicut se habet esse ad essentiā ita
operari ad potētiā q̄ esse est idē realiter cū essē
tia nō ꝓgrediēs ab essentia. actus aūt vel opa-
ri est ꝓgrediēs a potētia neq̄ est idē sibi realiter
Sed si argueret sic sicut essentia ab esse sic potē
tia a posse. igitur sicut essentia est potētia sic eē
est posse:cōcederetur argumētum auctoritates
soluūtur inferiꝰ q̄ solutio eaꝝ depēdet a solutio
ne questionis. ¶Cōtra pinā rationē scti Tho.
in.q.de spūalibꝰ crea.vbi ē.ad eandē ꝯclusionē
sit instātia dicēdo q̄ similitudo nulla est quā do
ctor facit.q̄ alio modo eē est actualitas essentie
q̄ operari sit actualitas potētie q̄ eē est actꝰ eēn-
tie sicut forma dr̄ actus eiꝰ. sed operari est actuali
tas potētie sicut effectꝰ efficiētis vel actio eius
dicitur actus eiꝰ.modo maior distictio est inter
causā efficientē τ eius actionē q̄ inter formā et
eiꝰ effectū formalē.nō ergo oportet q̄ si isti duo
actus sūt distincti q̄ ideo illa quoꝝ sūt effectiuo
distinguātur in creatis. ¶Cōtra.2^{am}.rōnē scti
Tho.ibidē multe sūt instātie pina quidē ꝯtra
p̄mū motiuū ibi tactū.diceret eīn q̄ eadē po-
tentia est potētia ꝯrioꝝ tam passiua vt suꝑficies
albi τ nigri q̄ actiua τ hoc siue rōnalis que pōt
in opposita siue actiua naturalis vniuersalis siue
actiua naturalis particularis ſm diuersitatem
recipiētiū vt calor aliqua indurat τ alia liq̄facit
τ eadē est potētia sensitiua ꝯrioꝝ. nec differunt
re:opinatiuū τ intellectiuū nec posse sanari τ in
firmari cū ꝯrietas nata sit fieri circa idē.distictio
aūt potētiaꝝ de qua loquit̄ phūs debet itelligi
ſm rōnē nō ſm rē. vl' diceret etiā q̄ actus q̄uis
differāt gn̄e pn̄t eē ab vno pn̄cipio quodā ordi-
ne siue sit principiū actiuū siue passiuū. τ sicut tu
dicis eēntiā aīe vnā esse pn̄cipiū ꝓductiuū τ re-
ceptiuū multaꝝ potētiaꝝ aīe licet quodā ordi-
ne:sic dicā a simili q̄ ē principiū multaꝝ opatio-
num eodē ordine. ¶2^{a}.instātia est quia ad 2^{m}
motiuū diceret q̄ ideo dicitur aliq̄ potētie sepa
rate a corpe τ alia ꝯiūcte q̄ aīa aliquas opatio
nes pōt nō coexigendo organū corporeū τ ali-
quas nō pōt nisi per organū corporeū nō tñ ex
hoc habet q̄ illud quo aīa pōt hāc opationē vel
aliā sit accidēs distinctū ab aīa. ¶3^{a}.instātia est
q̄ diceret ad 3^{m} motiuū ibi tactū q̄ cū actio sit
a potētia actiua τ passio a potētia passiua:nō est
maius incōueniēs idē eē pn̄cipiū actiōis τ passio
nis vel idē mouere seipm̄ q̄ idē eē pn̄cipiū potē
tie actiue τ pn̄cipiū potētie passiue subiectiuum
sīno minus. q̄ si idē nō pōt eē in actu τ potētia
instrumētaliter:multo minꝰ principaliter.ſm autē
est pn̄cipiū agēs τ patiēs. vn̄ si aīa pōt eē ſm po
tentie actiue τ passiue pari rōne pōt ꝑ se agere
τ pati īmediate sicut mediate licet agat ꝑ vnam
potētiā instrumētaliter τ patiat̄ per aliā īmedia
te.tñ agit pn̄cipaliter τ patit̄ ꝑ suā essentiā. ¶Con
tra 2^{am} rōnē quā sctūs Tho.adducit ꝓ eadem
ꝯ°nc.lib.p° sentē. vbi ē ad oppositū sit instātia.
dicit̄ eīn q̄ aliq̄d agēs agere ꝑ eēntiā ꝯtingit tri-
pliciter.pmo modo q̄ eēntia est actio qua for-
maliter agit. alio modo q̄ ex eēntia sua habet
q̄ agat τ nō ab aliquo extrinseco hoc conferēte.
alio modo q̄ eēntia sua est ei rō τ ꝓximū pn̄ci-
piū agēdi mō quo aliq̄d agēs creatū agat ꝑ eēn
tiā.pmo vel 2° mō negat̄ q̄ oīe agēs creatuꝝ
agit distincta actiōe realr̄ a sua eēntia. similr̄ oē
creatū agēs hꝫ a pmo agente ꝑfectiue suā actiōn
catē.sed 3° mō sumēdo agere ꝑ eēntiā:ꝯceditur
aliq̄d agēs creatū agere ꝑ eēntiā. Sed ꝯ istā re-
spōsionē argūt̄ sic.nulliꝰ eēntie create suū esse ē
suū agere ꝑ te:ergo nulliꝰ eēntie create sua eēn-
tia est sua potētia actiua.ꝓbat̄ ꝯña q̄ eēntia q̄
res hꝫ eē simplr̄ nō ordinat̄ ad vlteriorē actū q̄
sit suū eē q̄ tūc ꝑ idē res hēret eē simplr̄ actu τ
ꝑ illud idē eēt in potētia ad actū vlteriorē. vbi er
go agere differt ab eē: opꝫ q̄ aliud sit illud ꝑ q̄d
res hꝫ simplr̄ eē τ aliud sit illud ꝑ q̄d ordinat̄ ad a
gere.Sed illud 2^{m} vocamꝰ potētiā igit̄ in oīm
agēte creato potētia differt ab eēntia.nec aliq̄d
tale agit ꝑ eēntiā 3° mō nisi ageret ꝑ eēntiā pmo
modo. ¶Cōtra ꝯclusiones arguitur a multis.τ
quidem contra primam arguit Scotus sic.ponē
da est paucitas vbi non ocurrit plura ponen-
di necessitas. Ponenduz est etiam q̄ nobilitas

naturā anime vbi nō occurrit impossibilitas. Sz non est necessitas ponēdi aiam p aliqua accidē-tia supaddita eē pricipiū suoꝝ actuū. vt pꝫ soluē-do argumēta in ꝯͣrͥm. ergo ponēdū est ꝙ p essen-tiā suā sit pncipiū suoꝝ actuū. ꝙ aūt hec sit nobi-litas in aia patet. qꝛ si esset iperfectiōis imediate opari: tūc hoc nō esset ꝯcedēdū deo. ergo nō est imperfectionis. Si ergo hoc sit possibile anime vt patet soluēdo argumēta in oppositū: hoc de-bet ꝯcedi essentie anime qꝛ ipam nobilitat. Itē nobilitatis est ꝙ ordinatū ad finē: imediatꝰ at-tingat finē sꝫ si aia operaꝛ p essentiā imediatius attinget finē suū ꝙ̄ si operetur p aliquod aliud acci-dens supadditū. ergo ponere aiam per essentiā suā opari nobilitat illā. ¶ Itē nō est propria per fectio alicuiꝰ qḋ nō recipitur in eo sed in alio in ꝙ̄ ꝑt recipi si nō esset eius. Sed si itellectꝰ eēt acci-dens additū essentie aīe: tū eo reciperet vnio dei licet separareꝛ ab essentia anime. et sic illud acci-dēs esset btūm p se ⁊ aia nō nisi p accidens. sicut lignū diciꝛ albū p accidēs qꝛ supficies est in quo pmo recipiꝛ albedo. vū si intellectꝰ esset accidēs nō in ꝯͣs beatitudo esset pfectio anime ꝙ̄ albe-do sit perfectio ligni. ¶ Itē. 3°. aliqs actꝰ pmo inferior aīe pōt esse imediatū pncipiū opationis igiꝛ hoc nō repugnat aīe ꝙ̄ est actꝰ pfectior. An-tecedēs patet in accidentibus. pmo qꝛ si nullum accidens seu nullus actus accidētalis esset prin-cipiū imediatū operādi erit ꝓcessus in isinitum 2°. hoc pꝫ in sbis iferiorib'. necesse est eī sbaꝫ imediate gnāri a sba siue in gnatiōe vniuoca siue equiuoca. qḋ ꝓbatur qꝛ necessario forma gene-rātis est eque pfecta vel pfectior ꝙ̄ forma geni-ti. sed ipossibile est formā accidētalē quācūqꝫ eē pfectiorē forma sbali: ergo forma sbalis erit ime-diate pncipiū generādi. Si dicas ꝙ forma acci-dētalis nō est pncipale agēs: ergo aliqua efficiē-tia datur supiori agēti. s. sbā. Itē vbi pricipale a-gens nō hꝫ pōt istrumētū p qḋ attigat passum ibi imediate attingit terminū ꝓductū. Sed in gnatiōe sbali istrumētū nō pōt attigere passum ꝓbatur. qꝛ quicqd supponiꝛ ab actu pmo magis est actus primꝰ: supponiꝛ ab actu 2°. sed forma accidētalis necessario presupponit ī materia for-mā sbalē. ergo actio forme accidētalꝭ necessario presuponit ī materia formam substātialē. igitur tūc nō vtitur eo. s. instrumēto. igiꝛ imediate. hec sunt argumēta eiꝰ 2° sentē. ¶ Quarto loco ar-guit aureo. in suo quolibet. q. 6ª. nulla qualitas nec aliqḋ accidēs est potētia pura ab omni actu alitate denudata. sed intellectꝰ possibilis est hu-iusmodi: igiꝛ intellectꝰ possibilis nō est qualitas nec accidēs. Maior manifesta est sꝫ minorē pro bat dupliciter. pmo sic. si intellectꝰ possibilis sit aliqua entitas actualis vel in actu: quero igitur an itelligat se per essentiā suā sic ꝙ sua realitas sit sua intellectio: aut intelligat se recipiēdo itel lectionē suā a se ipo sicut recipit a ceteris obiectꝭ Non pōt dici 2m qꝛ illud qḋ per essentiā suā est intellectio: īpossibile est ꝙ sit susceptiuū alterius intellectionis. qꝛ recipiēs nō pōt esse de natura specifica aut gnis ꝓpinqui rei recepte sicut pꝫ ꝙ nulla figura pōt esse pncipiū recipiēdi alias figu ras nec albedo alios colores. cū igiꝛ intellectus possibilis sit illud quo aia suscipit oēm intellecti onē: īpossibile est ꝙ iste itellectꝰ sit essentialiter intellectio: igiꝛ nullomodo intelliget se si sit ali-qua realitas in actu puta qualitas qḋ est abso-num dicere. 2° ꝓbatur eadē minor. illud quo rē cipiens p se pmo recipit: necessario est in sua na-tura denudatū a natura specifica aut gnis ꝓpin qui rei recepte. sic ꝙ nec est eiusdē spēi nec eius-dem gnis ꝓpinqui cū illo qḋ recipiꝛ. Et hoc pꝫ siue receptio sit realis siue itētionalis. Unde ca pio istā maximā vel ꝓpositionē de receptione in tētionali sic. nulla realitas in actu pōt esse ratio recipiēdi spēm vel similitudinē alicuiꝰ qḋ sit eius dem spēi vel gnis ꝓpinqui imo oportet ꝙ illa realitas sit in illo genere vl' spē illa potētiali nō in actu. Nō enī illud quo oculus recipit spēm co loris est aliqs color sed diaphaneitas. nec illud quo auris recipit sonū est fractio aeris sed poti us aer frangibilis: ⁊ rō huiꝰ est qꝛ oportet illud quo recipiēs recipit esse potētiale ⁊ receptum esse actuale. Unū aūt īdiuiduū infra eādē spēꝫ nō se habet ad aliud vt potentiale. nec etiā vna spēs ad aliā infra idē genꝰ cū sint ꝯtrarie sed cō stat ꝙ aīa recipit p intellectū possibilē oēm enti tatē existentē in actu receptiōe dico nō reali sed intētionali: ergo nō pōt esse in actu eiusdē gnis ꝓpinqui aut eiusdē spēi cū aliquo ente actuali. oportet igiꝛ vnū dare de duobꝰ. s. ꝙ intellectus possibilis differat gnē ⁊ spē ab oī alio qḋ est ens ꝙ nō. vel ꝙ in se nō sit alicuiꝰ spēi in actu ⁊ p ꝯñs erit pure potētialꝭ. ⁊ sic pꝫ minor sūpta. Sequitur ergo ꝙ intellectꝰ possibilis nō sit aliq̄ forma ac-cidētalis. ¶ 5°. arguit sic. sm mentē aristo. intel lectus agēs semp intelligit et cōtinet in virtute oēs formas intelligibiles. sed nulla qualitas est huiōi nec est ꝓbabile phꝫ hoc sensisse. dicit enī phus ꝙ intellectꝰ agens est sba actu ens. ⁊ ꝙ est pfectio intellectꝰ possibilis sed hoc nō pōt dici de aliqua qualitate aut de quocūqꝫ accidēte: igi tur intellectus agēs nō est accidēs distinctū ab

anima nostra. ¶ 6°. arguit sic Ochā. oē qd fm sui mutationē est susceptibile ↄtrariorum est sba. sz intellectus possibilis ⁊ volūtas fm sui mutationē sūt susceptibiles ↄriorum. ergo qlibet eorum est sba. maior ptz p phm in pdicamētis cap. de sba. minor ptz. nā intellectus est susceptiuus ↄtrariarum opinionū successiue fm sui mutationē. Similiter volūtas fm sui mutationē est susceptiua virtutum viciorum ⁊ ↄtrarium volitionū. igr ⁊c. ¶ 7°. arguit sic. Adā. q. 16. pmi. aia intellectiua siue mēs fm Augustinum. eo est ymago dei: quo capax eius est. sed p naturā suā est capax. qr omni circūscripto a natura aie adhuc ipa est capax dei. i. cognitionis ⁊ fruitionis dei. ergo omni alio circūscripto est in aia ymago dei ⁊ ↄsiter potētie. ¶ 8°. arguit. frustra fit p plura qd eque faciliter pōt saluari per paucioza. sed sine omi tali distinctiōe reali pma ipis actibus modo quo exprimit actor libri de spū ⁊ aia facillime potuerunt saluari alia ppter q alij ponūt potētias aie distingui realr ab aia. Dicit enī sic. aia est spūs rōnalis ⁊ itellectualis bone maleq volūtatis capax atq fm suū officium operis: varijs nūcupat noibus. Dicit nāq aia dū vegetat. spūs dū cōtēplatur. sensus dum sentit. animus dū sapit. mēs dū itelligit. ratio dū discernit. dū recordat memoria. dū vult voluntas. Ista tn̄ nō differūt i sba quēadmodū in nominibus. qm̄ ista quasi vna est aia. ¶ 9°. qr omni alio circūscripto a natura intellectuali hac. s. ab ipa aia: ipa nata est intelligere. igit ipa est intellectus. Ex hoc enī q talis natura nata est intelligere: ipa dr intellectus. Similr hec natura omi alio circūscripto nata est velle: igit hec natura ē voluntas qr ex hoc solo q talis natura nata est velle vel est potēs velle: ipa dicitur volūtas. Et ex hoc seqtur q nec volūtas nec intellectus sūt aliud ab essentia aie nec ab inuicem. qr hoc natum intelligere est natū velle. ergo intellectus est volūtas. Et hoc nō solū inquit dicerē de intellectu ⁊ volūtate sed de omi sensu in hoie cui cōsentit actor libri de spū ⁊ aia dicēs. sensus vero vnus est in aia. ⁊ cū nō sit nisi vnus: verūtamē ppter varia exercitia varie nūcupat. dicit nāq sensus ymaginatio ratio intellectus intelligētia ⁊ hec oia in aia nihil aliud sūt q ipa aia. ¶ 10. arguunt sic alij. eadē sūt principia essendi ⁊ operandi etiā imediata. loquēdo de esse super quo imediate fundat operari. Sicut ignis per illud quo est calidus imediate: calefacit. s. calore. licet nō eodē sit ignis. nā calefacere nō est opus ignis vt ignis est sed vt calidus est. vñ calidum calefacit nō ignis. ergo eodē quid est aiatū ⁊ habet opera vite. sed est aiatū imediate p aiam. ergo operatur per aiam imediate opera vite. s. vegetare sentire ⁊ intelligere. ¶ 11°. quia actus ⁊ potētia sunt in eodē genere. sed actus potētie generatiue ⁊ aliarum potentiarum partis vegetatiue videnē esse sbe ⁊ terminari ad sbam. ergo dicte potentie vere sunt sbe. Confirmatur qr formalis terminus pductionis nō pōt esse pfectior pncipio immediate pductiuo. sed formalis terminus actuū partis vegetatiue est dignior omi accidēte. igit principiū imediatū taliū actuū nō est accidens sed dignius accidēte. ¶ 12°. qr si potētie aie sint accidētia ab aia distincta: ipa fluunt ab essentia aie fm aduersariū. aut igitur aia est imediatum principiū pductiuū taliū potentiarum aut nō sed mediāte aliquo accidēte est pricipiū illarum. si 2° modo: est pcessus in infinitū. si pmo modo: tūc rōne eadē pōt poni q essentia aie est imediate principiū suorum actuū ⁊ nō mediāte quocunq ab ea distincto. ¶ 13°. qr natura est principiū motus ⁊ quietis eius in quo est pmo ⁊ per se ⁊ non per accidēs vt dr 2° phicorum. sed natura principaliter dicitur forma ibidē. igit aia est principiū suorum actuū imediatū. qr si mediāte aliquo accidente: iā nō est principiū per se sed per aliud accidens. ¶ Contra 2am ↄclusionē arguitur sic. secūdū Sco. vbi supra. possibile inquit est vnū oīno indistinctū re ⁊ rōne: esse principiū actuū distinctorum. nō enī requirit distinctio realis in pncipio respectu diuersorum actuū vt ptz de principio equiuoco respectu actuū equiuocorum. nec etiā requirit aliqua distinctio rationis qr licet nos possumus cōsiderare principiū diuersimode ⁊ ipm ↄparare ad diuersos actus ⁊ ad diuersa obiecta: tamē ppter talē cōsiderationē rōnū nulla causalitas attribuit principio ⁊ ideo principiū vt effectiuū diuersorum actuū: nō exigit diuersitatē rei neq rationis. vt ptz de sole qui de se eo q illimitatus est ad plures effectus: potest esse causa illorum sine aliqua distinctiōe rei vel rationis. ⁊ ita essentia aie sine aliqua distinctione vel rei vel rōnis potest esse imediatū principiū intelligēdi ⁊ volendi. Nō oportet ergo ponere volūtatē ⁊ intellectū realiter inter se distingui aut esse potentias diuersas. ¶ 2° arguit Aureo. vbi sup. pbando q meno phi ⁊ in ↄmētatorio sunt q intellectus ⁊ volūtas nō differūt realiter sed fm diuersas denominationes. Nā cōmēta. 3°. de aia cōmento. 49. dicit q cū desideratū mouet intellectum: tunc desiderabit intellectus. ⁊ cū desiderauerit: tūc mouebitur homo. s. virtute desideratiua. s. intellectus: ⁊ sequitur q intellectus quādo

cõprehendit aliqd desiderabit τ mouebit. τ necesse est q ipse intellect⁹ sit mouens vt est desiderans nõ fm q est ꝓprehẽdẽs. nec fm q est desideriũ: est alia virtus ab intellectu desideratiua Phus etiã 6° ethicoꝝ τ 3°. vbi loquitur de electione indifferẽter ait q est appetitus intellectiuus vel intellectus appetitiuus. Et 3° de aïa cõmen. 49. dicit. si eñ duo sunt appetitiua τ intellectiua: mouebunt fm cõem aliquã vtriqꝫ speciẽ. vñ phus τ cõmẽtator expresse videnẽ dicere q eadem est virtus fm rẽ que desiderat τ ꝓprehendit q̃uis differat fm diuersas denominationes ¶ 3° argũt sic Adã vel argui põt ex dictis eius. oĩs actus voluntatis est quedã cognitio vel intellectio. ergo oĩs volũtas est intellectus. tenet ꝯña. qꝛ si volũtas esset alia potentia ab intellectu fm rẽ: tũc posset volũtas elicere actũ qui nõ esset cognitio. Antecedẽs aũt ipse probat multipliciter. pͥmo sic. qꝛ si aliqua volitio nõ esset cognitio: deus posset destruere visionẽ dei cõseruando fruitionẽ. τ ita amaret incognitũ qđ est incõueniẽs. Et ptꝫ falsitas istius per August. 9° de triũ. c. 4°. τ magistrũ 3ª distin. pͥma. mens inquit amare seipsam nõ põt nisi etiã nouerit se. Nã quomodo amat qđ nescit. Et in fine illi⁹ capituli dicit. q si mẽs nõ nouit: nõ amat se. Et alibi. inuisa diligere possumus quoquomodo incognita aũt nequaq̃. ptꝫ ꝯña. qꝛ si essent absoluta realiter distincta deus posset facere vnũ sine reliquo. ¶ 2° probatur idẽ antecedẽs. qꝛ tũc voluntas esset ceca qꝛ nihil cognosceret per actuꝫ suũ de obiecto. ¶ 3°. qꝛ tunc posset aliquis esse beatus: τ tñ nõ videret nec cognosceret deum. ¶ 4°. qꝛ impossibile est simpliciter incognituꝫ placere volũtati: ꝫ posito solo actu amãdi quocunqꝫ alio circũscripto placet obiectũ dilectum ¶ 5°. qꝛ actus fidei posset esse sine actu volẽdi. ꝯñs est falsũ qꝛ nullus credit nisi volẽs. fm Augu. super Jo. home. 97. Intrare ecclesiã potest aliquis nolẽs: sed credere nõ nisi volens. ¶ 6°. quia tunc volũtas posset in oppositũ cuiuslibet dictaminis sine noticia τ ita ferri in incognitum ¶ 7°. quia oĩs experiẽtia alicui⁹ obiecti est quedam cognitio eiusdẽ: sed oĩs actus appetitiuus est quedã experiẽtia sui obiecti. i. quo aïa experitur tale obiectũ. quia omnis actus vitalis est quedã experientia. aliter nõ plus video q esset actus vitalis anime q̃ species prima omni actui si ponaẽ vel habitus infusus vel color sui obiecti: sed omnis cognitio τ volitio est actus vitalis. ergo. ¶ 8°. nõ magis incõueniens est oẽm volitionẽ ponere cognitionẽ quandã licet non omnis cognitio sit actus appetendi q̃ q omnis assensus sit apprehẽsio quedã licet nõ omnis apprehensio sit assensus vel dissensus. sed illud nõ est incõueniẽs. igitur nec pͥmũ. ¶ 9°. qꝛ vna operatio est vltimus finis hominis τ nulla nisi cognitio τ dilectio. igitur τ c. Probatur hoc qꝛ si sit cognitio que nõ est dilectio: deus potest illam conseruare sine dilectione. τ tũc homo posset esse beatus qui deũ non diligeret. nec potest esse dilectio que nõ sit cognitio qꝛ tũc in patria cum beatitudine hominis staret q deus omnino esset incognitus quod est falsum. ¶ 10. qꝛ Aug. in 2° de trinitate dicit q amor dei est sapiẽtia. τ quasi idem totaliter habetur. Enchi. ca. 64. nisi quid dicturi sumus volũtatẽ nostrã quando recta ẽ nescire quid agit. porro si sic inest ei sua quidẽ sciẽtia. An vero audiẽdus est quispiã dicens charitatẽ nescire quid agat cũ nõ agit per perã. τ c. 65. Amor vnius inimicus atqꝫ intelligit quid appetere debeat aut q̃d vitare. ¶ 11°. quia Grego. in home. super illud Johan. Que cunqꝫ audiui a patre meo nota feci vobis. dicit omnia audita seruaui τ amauiram nouiꝫ qꝛ amor ipse notitia est. Ecce motiua eius ad probandũ minorem supernis assumptam. s. q omnis volitio est cognitio. τ ꝯsequẽter omnis potentia volitiua est cognitiua. τ sic volũtas est intellectus fm rem. ¶ 4°. principaliter arguit ipse in alia questione. Si enĩ intellectus τ voluntas distinguuntur: aut hec est distinctio rationis solum. et hoc nõ potest dici. quia talis distinctio causaret per actum: sed actus τ volũtas precedũt omnẽ actum intellectus aut volũtatis. Aut illa distinctio eẽt ex natura rei: τ hoc nõ. qꝛ aut illa diuersitas esset ponẽda ꝓpter diuersitatẽ actuũ aut propter diuersitatẽ modoꝝ principiandi. Non ꝓpter pͥmũ. quia tũc tot essent potentie intellectiue: quot essent actus intelligendi fm speciẽ distincti. quod nõ est verum. Nec ꝓpter 2ᵐ qꝛ principiare libere τ necessario respectu diuersorum: nõ opponunẽ. vt patet de bonitate dei qui necessario vult se τ alia cõtingenter. pater etiã necessario producit filiũ τ spiritũ sanctũ libere. Similiter voluntas nostra quosdã actus maiene naturaliter principiat τ quosdam libere. ¶ 5°. principaliter arguit sic. Nam Augustin⁹ de trinitate li. 10. dicit τ allegat magister in presenti distinctione. hec tria. s. memoria. intelligentia. voluntas. nõ sũt tres vite sed vna vita. nec tres mentes sed vna mẽs. vna essentia. memoria vero dicitur ad aliqd. vita vero dicitur ad seipsam et mens τ essentia. ¶ 6°. arguit. Nam deus b

potentiā gubernatiuā reparatiuā predestinatiuam que nullo modo distinguuntur in eo. sed eadem oino dei essentia vel volūtas varie nominatur a varijs eius effectibus ſm magistrū ſe pe li. pº. Sed similiter per oīa dici potest de intellectu ꝛ volūtate ꝛ alijs potentijs respectu anime igitur nō apparet quare ponēda sit talis distinctio realis. hec sunt argumēta ade. ℂ. 7º. arguitur sic ab alijs. Oīs virtus separata ab organo corporali est actu ꝛ per suā essentiā intellectus quia talis separatio est causa intellectualitatis. vnde vt quidā dicunt. Si calor esset subsistens actu ꝛ aptitudine esset intellectus. sed volūtas est huiusmodi. igitur voluntas est intellectus. ℂ. 8º. quia appetitus naturalis nō differt a natura quā cōsequitur sicut appetit⁹ materie a materia. nec appetitus grauis a grauitate. ergo a simili nec appetitus animalis a potētia sensitiua quā sequitur. nec rationalis ab itellectu. ꝛc. ℂ. 9º. si volūtas esset alia potētia ab intellectu: sequeretur ꝙ esset imperfectior itellectu ꝛ perfectior eo. sed ꝯñs est falsum quia tunc esset perfectior seipsa. probatur ꝯñtia quia illud est altero perfectius simpliciter quod habet perfectionē simpliciter ꝗ aliud caret: sed si intellectus ꝛ voluntas distinguunť ratione absoluta: quodlibet tale habet perfectionē simpliciter qua aliud caret ꝛ quā melius est habere ꝗ̃ nō habere. qꝛ intellectus sic est intellectus ꝙ nullomodo ad eius naturam intrinsece pertinet volūtas ꝛ econtra. ꝛ tamē qólibet hoꝝ importat perfectionē simpliciter. ℂ. 10. ille potentie nō differūt re absoluta quaꝝ obiecta nō differūt re absoluta sed tantū ratione. sed obiectuꝫ intellectus est ens. obiectum aūt voluntatis est bonū ꝛ cōuertūtur realiter ꝛ ſm oēm rationē realem. nec facit ad propositum diuersitas facta per intellectū que non sufficit ad diuersificandum obiectū vt sit sufficiens ꝛ reale distinctiuū duaꝝ potentiaꝝ realiter distinctaꝝ. ℂ. 11º. potētia que est per essentiā libera est per essentiā rationalis ꝛ per ꝯñs est intellectus. sed voluntas est huiusmodi. igitur. Maior ꝓbatur quia ratio est de essentia libertatis. vbi cū est liberꝫ: ꝛ rationale. vnde in quibus nō est cognitio sicut in plantis aut nō intellectiua cognitio sicut in brutis: nō est libertas licet volūtario participēt. quia mouēt se per cognitionē. vbi etiā est intellect⁹ puta in homine: potentie que nō obediūt rationi: quia nihil participant de ratione: nihil participāt de libertate vt vegetatiue in homine. que aūt obediūt principatu dispotico. i. seruili nō politico qui solus ē liberoꝝ: nō sunt libere vt potentie sensitiue apprehēsiue. que āt obediūt rationi principatu politico vt appetitus sensitiuus: sunt solū libere sicut rationales per participationē. sicut ergo potentie nullo modo libere nullo modo sunt rationales: ꝛ libere participatione sunt rationales participatione: sic libere per essentiā sunt rationales ꝑ essentiā. Sicut enī se habet minime ad minime ꝛ magis ad magis ꝛ simpliciter ad simpliciter: sic maxime ad maxime. ꝛ sic patꝫ maior sed minor probatur quia illud est simpliciter respectu cuius alia dicuntur talia que sunt talia ꝑ ꝑticipationē sicut ignis respectu ignitoꝝ. sꝫ alie potētie ꝛ actus eaꝝ sūt liberi ꝛ nō nisi inqꝫ imouentur aut imperanť a volūtate siue ab actibus elicitis a volūtate. Preterea absurdū videtur dicere ꝙ nō sit magis liberū velle ꝗ̃ currere. cū in cursu possit homo cogi nō aūt in volēdo currere. tamē est liberꝫ participatione. Itē quicqd nō est liberꝫ per essentiā: nō repugnat sibi essentie cogi sꝫ cōtra naturā volūtatis ē cogi. igiť ꝛc. ꝛ sic ptꝫ tā maior ꝗ̃ minor. sequiť ergo ꝯclusio ꝙ volūtas est rationalis ꝛ cognita ꝛ ꝯsequēter nō distinguūtur re absoluta. ℂ. 12º. arguiť sic. Quecunqꝫ forme differūt re absoluta: deus potest illas ab inuicē separare. sed deus nō potest separare volūtatē ab intellectu. igitur nō differūt re absoluta. minor ptꝫ. quia nō propter aliud non potest facere materiā sine forma. quia eēt actu pura potentia sine actu. ꝛ vnū relatiuū ſm esse nō potest esse sine alio. sed relatiuū ſm dici de⁹ bene potest facere sine correlatiuo qꝛ sua essentia ꝛ suū esse differūt re absoluta a suo correlatiuo. ꝛ ideo nō est ꝯdictio ipm habere esse ꝛ essentiam sine correlatiuo. sicut scientiaꝫ sine actuali existentia scibilis. ꝛ sic ptꝫ maior. sed minor probatur qꝛ de⁹ nō pōt separare diffinitionē a diffinito. sed diffinitio volūtatis est ꝙ est appetitus rationalis vt dicit 3º de aīa. qꝛ volūtas in rōne est. Si aūt esset sine rōne: tūc eēt irrōnalis. ꝛ sic rōnale eēt irrōnale. qḋ ē ꝯdictio. Preterea. voluntas est potētia volēdi ꝛ eius est posse velle. si aūt esset separata ab intellectu nō posset velle. quia inuisa diligere possumus: incognita aūt nequaꝗ̃. ꝛ sic esset volūtas ꝛ nō volūtas. i. potens velle ꝛ nō potens velle. ꝛ sic ptꝫ hoc. sequitur ergo ꝯclusio ꝙ volūtas nō differt ab itellectu re absoluta. ℂ. 13º. Oīs potentia que delectatur est appetitus: sed intellectus ꝛ oīs potētia appetitiua delectať. igitur intellectus est appetitus. maior probať quia delectatio ꝛ tristicia sūt circa idē subiectiue licet nō circa idē obiectiue.

quia delectatio est circa presens bonum. tristitia circa presens malū. sicut econtra desideriū et timor sunt respectu futuri boni et mali. sed tristitia et timor sunt subiective in appetitu. igit desideriū et delectatio. et sic patz maior. sed minor ꝓbatur. Tū pmo. qz delectatio est de ꝑceptione boni cōuenientis naturalr. Tū 2°. qz delectari ē ꝓpriū cognoscentiū. ergo delectatio inest fm illaz potentiā fm quā inest cognitio. Tū 3°. quia signū generati habit⁹: oportet accipere in opere delectationē. sed in potētia cognitiua sūt habitus. igit et c. ¶ 14°. sicut se habet appetitus sensitiuus ad sensum: sic appetitus intellectiu⁹ ad intellectū. sed appetit⁹ sensitiuus nō differt a sensu. igit nec voluntas ab intellectu. minor ꝓbat quia quot sūt potētie sensitiue cognitiue: tot sūt appetitiue. qd patz. Tū qz in naturalibus diuersificat appetitus fm diuersitatē generis et spēi. igit cū potentie sensitiue differāt genere vel spē: fm eaꝝ diuersitatē diuersificant appetitus. 2°. quia leso tactu et alijs sensib⁹: sequit tristicia siue alia sensatione. 3°. qz appetit⁹ sensitiu⁹ nō differt subiecto a sensu. sed omēs potētie sensitiue differūt sbo. igit tot sūt appetitiue quot sensitiue. et ꝯsiter appetit⁹ sensitiu⁹ nō differt a sensu. ¶ 15°. arguit Hibernicus. Tho. inquit tenet ꝙ intellectus est potētia altissima in aīa. quero igit an intelligit per potētiā altissimā potentiā nobilissimam aut potentiā priorē fm ordinē sicut magis apparet ex dictis suis. si potentiā nobilissimā: contradicit sibipsi. qz statim patz in responsione: quoꝝ duoꝝ itellectus est altior fm originē et volūtas fm ꝑfectionē. et similis ordo est in actib⁹ et habitibus. hec Tho. in scripto. si vero per potentiaz altissimā nō itelligit nobilissimā seu ꝑfectissimā: tūc illud qd ipse accipit pro principio per seipso est falsū. s. ꝙ optima operatio sit altissime potentie. s. intellectus. hoc eū capit in positiōe qd tñ falsum est: nisi per potētiā altissimā intelligat nobilissimā. qz potētie nobilissime est opus nobilissimū vt vult phus. 10. ethico. ¶ Contra 3am ꝯclusionē arguit Aurco. ꝓbando cōtra vnū ibidem dictū. ꝙ memoria que est pars ymaginis nō dicit intellectū habitualr retinētē notitiā obiecti. Arguit igit pmo sic. Memoria dicit ꝑfectionē simplicit ita vt sit melius in vnoquoqz esse memorē qꝫ imemorē. vñ est cōis tribus. Nā pater est memoria. filius est memoria. sūma eñ sapiētia: sui memor esse nequaqꝫ negari pōt vt dicit Ansel. monol. ca. vbi ꝓbat ꝙ eque cōis est trib⁹ memoria sicut sapiētia et quelibet perfectio simpliciter. sed cōstat ꝙ illud duplex principiū. s. intellectus cum obiecto habitualr retento vt actiuum est: nō est ꝑfectio simplr. Illud naqꝫ nō est aliud qꝫ potētia dictiua et gñatiua de qua cōstat ꝙ nō dicit ꝑfectionē simplr. alias fili⁹ et spūs sanctus cū careāt potētia generatiua et dictiua et illo duplici principio actiuo: nō essent ꝑfecti simpliciter. ergo illud duplex pncipiū nō pōt poni in memoria cū memoria sit in filio. ¶ 2°. qz memoria et actus eius q est memorari sūt cōes tribus ꝑsonis vt dicit Augu. 15°. de trinitate. et Ansel. vbi sup. vñ dicunt ꝙ sicut pater est memoria et meminit sibi: ita filius est memoria et meminit sibi. Absit eñ vt pater meminerit filio vt dicitur ibidē. Sed constat ꝙ in filio nō est illud duplex principiū: vt ꝓbatū est. nec filius dicit aut producit illo. ergo illud nō est memoria nec memorari est dicere aut ꝓducere per illud. ¶ 3°. quia illud nō est formalr memoria quo aliqd carens nō est insipiens. nullus quidē pōt carere memoria nisi insipiēs sit. quomō eñ sapiēs est q nichil meminit vel sui nō meminit. vt dicit Augu. 15°. de trinitate. quasi dicat ꝙ nullo modo ē sapiēs sine memoria. sed carēs illo duplici pncipio nō est insipiēs vel minus sapiēs vt patz de filio q caret illo. qui tñ nō est min⁹ sapiēs patre. et adhuc patz in patre qui nō est sapiens per illud duplex principiū sed per essentialē intellectionē infinitam. imo si per illud pncipiū esset aliquo modo sapiēs: hēret aliquē modū sapiētie quē nō haberent alie ꝑsone ergo nullo mō dicendū est ꝙ in illis duobus consistat memoria. ¶ 4°. qz si illa duo simul sumpta sint memoria fecunda: aut de ratione eoꝝ est actiuitas aut fecūditas aut nullo modo solū intellect⁹ et obiectū vel noticia obiecti habitudinalis sūt memoria absqꝫ actiuitate. Si pmo mō: tūc rō memorie nō est cōis trib⁹ hoc aūt est ꝯdicta sctoꝝ. Si vero 2° mō: tūc est expressa ꝯtradictio, nā de rōne fecunditatis est actiuitas. ¶ 5°. qz vel talis intellectus q est de rōne memorie erit itellectiu⁹ et receptiu⁹: et talis nō pōt poni in deo cū nulla rō iperfectionē importās formalr sit in deo. aut ille intellect⁹ erit ipamet actualis intellectio transiēs sup obiectū et sic memoria nō erit aliqd pncipiū sed intellectio actualis. relinqtur ergo ꝙ illud poni nō pōt ¶ Cōtra 4am ꝯclusionē arguit fm eā ꝓbando ꝙ partes ymaginis. s. noticia et amor vel itellectus et volūtas nō dicāt actū nec habitū nec potentiam. Arguit igitur primo qz dicit Augu. 9°. de trinitate. ca. 4°. ꝙ amor et cognitio q sūt partes ymaginis nō insunt mēti tanqꝫ sbo sicut color aut figura sz sbalit sicut ipa mēs. et ibidē dicit

q̄ sciētia est sba τ amor est sba. sed ɔstat q̄ si accipiant̄ pro potētijs vel habitib⁹ aut actib⁹: nō sūt sbe ſm se ymo sūt in sbo sicut color in corpe. ergo notitia τ amor nō sūt actus vel potētie s᷒ mentē Augu. ꝓut sūt partes ymaginis. ℂ 2°. si illa q̄ sūt vna sba τ tota mētis sba solū a se relatiue distincta nō pñt poni actus aīe cū illi sint qualitates. s᷒ nec potētie presertī ſm eos q̄ ponunt eas eē accñtia: ergo vt videt̄ nō sūt potentie nec habit⁹ aut actus. ℂ 3°. sic. ibidē dicit Augustī. q̄ illa tria amor τ notitia τ mens aut sunt tres ptes equales quib⁹ vnū totū cōplet̄: τ hoc dicit eē īpossibile. q̄z cū mēs se totā nouit: ipa ei⁹ notitia est ipa per totū. τ cū pfecte se amat: ipse amor est ipa ptotū. aut ponūtur hec tria vnum totū p modū ɔmixtiōis sicut vna potio cōmiscetur ex aqua vino τ melle. sed hoc nō pōt esse q̄z illa tria nō sūt vni⁹ sbe. Quo nō aūt mēs amor notitia nō sūt eiusdē sbe nō video dicit August. τ ɔcludit q̄ sic sūt vni⁹ sbe illa tria sicut si ex vno τ ex eodē auro tres circulos similes faciam⁹. τ p ɔñs videt̄ esse sua intētio q̄ amor mēs τ notitia sūt quasi vna sba triplicata. s. triplex subsistens. Cōstat aūt q̄ nec act⁹ nec potētia aīe sūt aliqd tale. igit̄ vt prius. ℂ 4°. nā Augu. 14. de trini. exponēs ymaginē memorie intelligētie τ volūtatis dicit q̄ qñ nō forīsec⁹ accepit memoria qd teneret nec foris inuenit qd aspiceret intellect⁹ sicut corpis oculus nec ista duo velut formā corporis τ eā q̄ inde fctā est in acie cogitātis volūtas foris iūxit: aliā tūc triplicē facit aīam p suā ꝑntiā retēta ɔspecta dilecta. hec ille. ex quo pt᷒ q̄ memoria intelligētia τ volūtas ꝓut ɔstituūt ymaginē sic se hñt q̄ intelligētia est illud qd cōspicit̄ τ amor illd quod amat̄. dicit eñ q̄ triplicē facit ꝓut retenta est ɔspecta dilecta. sequitur.

Quātū ad tertiū

articulū ꝓmo notādū est q̄ potentie aīe sūt ꝓprietates naturales aīe causate ex principijs essentialib⁹ sue spēi sicut ꝓprie passiōes. τ hax̄ potētiax̄ qdā sūt pfectiōes partiū corpis quax̄. s. opatio ɔplet̄ mediāte corpe et sūt in ɔiūcto tanq̄ȝ in subiecto. alie sūt in ipa essentia aīe exñtes quax̄ opatio nō indiget corpore. vt intellectus τ volūtas τ huiusmodi potentie sūt in ipa aīa tanq̄ȝ in subiecto a qua τ in qua fluūt ita q̄ oēs potētie tā organice q̄ȝ nō organice: radicē τ cām sue originis hñt in essentia aīe a qua simul cū ei⁹ origine emanāt. vnde oēs potētie aīe accñtia sūt nō sbe. accipiēdo accidēs ꝓut diuidit ɔ sbam nouē ꝑdicamēta entis. Accipiunt̄ ista ex dictis scti Tho. p° senten. distin. 3ª. q. 4ª. ar. 2°. τ pª par. q. 77ª. ar. 10. τ. 5°. τ. 6°. Itē i. q. de spūa. crea. ar. vi. τ i° q. de aīa ar. 12°.

ℂ Scdo. Notandū est q̄ potētia s᷒ phm. 9°. metha. dicit̄ in ordine ad actū. s᷒ act⁹ est duplex. s. eē. vel sbale vel accidētale: τ opatio. potētia aūt ſm q̄ dr̄ de potentijs aīe nō est potētia ad eē ꝓprie loquendo sed ad agere. sūt eñ potētie aīe īmediatū principiū opatiōis ꝓut opatio se extēdit ad actionē τ passionē inq̄ȝm sūt vni⁹ mot⁹ nō quidē ꝑncipiū qd. i. agēs. s᷒ ꝑncipiū quo agēs agit aut patiens patit̄ eo mō q̄ calor/ vel ars dicunt̄ ꝑncipiū opationis vt calefactiōis aut edificationis. cū eñ aīa ſm eēntiā suā sit tota ī toto corpe τ tota in qualibet ei⁹ pte ꝓut phus dicit: oportet q̄ eodem mō se habeat q̄ȝm est de se ad totū corpus τ ad qualibet ei⁹ ptē. eo q̄ aīa p suā eēntiā est forma simplex τ indiuisibilis. ac p hoc necesse est q̄ indifferent̄ se habeat q̄ȝm ē de se ad oēs τ singlas opatiōes quas in corpe τ p corp⁹ exercet. vñ cū huiusmodi opatiōes τ actus sint plures τ realr̄ diuersi: oportet q̄ aīa p aliqd vel per aliq̄ determinet̄ ad singulos huiuscemodi actus τ opationes. alias idē vnū simplex τ indiuisibile ſm idē hēret ordinē τ determinationē ad plura realit̄ diuersa. qd est īpossibile. Ea aūt p q̄ dicim⁹ aīaȝ vnā simplicē τ indiuisibilē ad plures τ diuersos actus τ opatiōes determinari: dicūtur potentie aīe. i. ptātes vl̄ virtutes aīe q̄bus plurib⁹ in plura pōt. ita q̄ aīa ē vna τ simplex p eēntiā τ multiplex ſm virtutē. cōuenit si quidē appellari aīa respectu corpis totū nō integrale s᷒ ptātiuū. Accipiunt̄ ista ex dictis. S. Tho. in pallegatis locis.

ℂ Tertio. Notādū est q̄ nomē potentie ꝓut. S. Tho. docet p° par. q. 41. ar. 5. ad ꝑmū. τ de potētia dei. q. pª ar. p°. ad 3m. τ in plurib⁹ alijs locis ſm ꝓprīā significationē τ vsū loquētiū significat ꝑncipiū q̄ vel agēs agit vel patiēs patit̄. vñ ſm nois rōnē potētia rē absolutā dicit de ꝑncipali significato. ɔnotat tñ respectū quēdā τ ordinē ad actū. vñ potētia relatiuū est ſm dici nō ſm eē. nō eñ ponit̄ in ꝑdicamēto relatiōis. In q̄ aūt gñe vel predicamēto potētia reponat̄ distinguēdū est. Nā potentia passiua ex eo q̄ de se inq̄ȝm huiusmodi nō dicit actualitatē: semp est in gñe act⁹ ad quē ordinat̄ nō directe τ p se s᷒ p reductionē. potentia aūt actiua dicit rē vel naturā τ actualitatem quādā ſm se τ absolute. ideo vt est res vel natura q̄dā ponit̄ in gñe vel ꝑdicamēto p se τ per

ꝯnis pōt eē alterius gn̄is vel spēi q̄ꝫ sit actus ad
quē ordinē h꞉. fm̄ quē modū potētie aīe dicunt
eē de 2ª spē qualitatis ꝑut inqt. S. Tho. in lo-
cis ꝑallegatis q̄uis actiões vel obiecta ad que
ordināt͛ sint alteri⁹ gn̄is. Sub ista ꝯsideratio-
ne videt͛ loq̄ Albert⁹ magn⁹. 7ª. distin. ꝑmi lib.
ar. 2°. ad 2m. vbi dicit q̄ nō oportet q̄ potētia
sit in eodē gn̄e ī quo actus. Et ad illā auctorita
tē phi. potētie ~~dicunt~~ ꝑ act⁹: rn̄det q̄ nō est idē
distingui ⁊ reponi in gn̄e q̄r distinctio fit ad co-
gnitionē: gen⁹ aūt ꝑtinet ad rei naturā. Et si di
cat͛ q̄ nō solū ~~dicunt~~ sꝫ ⁊ diffiniūtur ꝑ act⁹ rn̄det
q̄ talis diffinitio ē ꝑ posteriora ⁊ nō ꝑ ea q̄ sunt
eiusdē nature. Sub ista ꝯsideratiōe loq̄t͛ sctūs
Tho. de actu ⁊ potētia isra disti. 7ª. q. pª. ar. 2°.
ad. 2m. vbi dicit q̄ q̄uis potētie inotescāt ꝑ ac-
tus nō tn̄ oportet q̄ in eodē gn̄e ponant͛ potē-
tie ⁊ act⁹ ⁊ ꝑcipue de potētijs actiuis. Sꝫ inq̄ꝫm
potētia actiua h꞉ rōnē ꝑncipij ⁊ est fm̄ se potē-
tia actiui nō ꝯplēta ac ꝑ hoc ē aliq̄d īpfectū res-
pectu act⁹ ad quē ordināt͛: vt sic ponit͛ in codē
gn̄e vel ꝑdicamēto reductiue in q̄ ē act⁹ ad quē
ordinat͛. vn̄ nulla ꝯdictio ē in dict̄. S. Tho. vbi
dicit q̄ potētie aīe sūt in 2ª spē qualitatis. ⁊ vbi
dicit ex dictis phi. 9°. methaꝭ q̄ actus ⁊ poten-
tia ꝑtinēt ad idē gen⁹ ex eo q̄ diuidūt eris ⁊ q̄ꝺ
libet gen⁹ entis. nā ꝑmū intelligitur ꝯsiderādo
potētiā inq̄ꝫm dicit naturā quādā ī ꝯparatiōe ad
subiectū. 2m vero dictū intelligit͛ fm̄ q̄ potētia
accipit͛ vt potētia in ꝯparatiōe ad actionē vel
ꝓpriū obiectū. et primo mō reponit͛ potētia in
gn̄e vel ꝑdicamēto ꝑ se. 2° vero mō ꝑ reductio
nē tm̄. sicut ꝑncipiū est in gn̄e ei⁹ cui⁹ est ꝑncipiū
⁊ īpfectū in gn̄e ꝑfectiōis ⁊ q̄ꝺ ē in potētia ī gn̄e
sui act⁹. fm̄ quē modū. S. doc. dicit infra distin.
. 8ª. q. 4. ar. 2°. ad. 3m. q̄ deus ē reductiue ī gn̄e
sbe tanq̄ꝫ ꝑncipiū. ⁊ disti. 28. q. pª. ar. p°. ad. 3m.
dicit q̄ vnitas ⁊ pūctus sūt reductiue ī gn̄e quā
titatis q̄uis neutrū sit quātitas ⁊ ꝑuatio in gn̄e
hitus ⁊ negatio in gn̄e affirmatiōis ⁊ nō relatio
in gn̄e relatiōis q̄uis ea de q̄b⁹ dr̄ nō sint in gn̄e
relatiōis. vn̄ sub ista ꝯsideratiōe potētia ad sub
stantiā: ē in gn̄e sbe. ⁊ potētia ad q̄litatē: ē in gn̄e
qualitatis. ⁊ potētia ad actionē: ē in ꝑdicamēto
actiōis. ⁊ sic de ceteris. Et isto 2° mō intelligi pōt
vlr̄ dictū q̄ potētia ⁊ act⁹ diuidūt ens ⁊ q̄lib3
gen⁹ entis q̄ꝺ est dicere potētiā ⁊ actū ad idem
gen⁹ ꝑtinere. alias nō diuiderēt q̄libet genus
entis. cū gen⁹ nō diuidat͛ nisi ꝑ ea q̄ ad ipm̄ ge-
nus ꝑtinēt. Ista aūt itelligēda sūt de potētia q̄
de se ⁊ imediate dicit ordinē ad actū q̄ est ope-
ratio. ⁊ sic ꝯsiderando potentiā: pōt dici q̄ sctūs

Tho. vtitur vlr̄ auctoritate illa pª par. q. 77ª.
ar. p° ad ꝓbādū q̄ potētie aīe nō sūt idē cū eēn-
tia aīe. nam vlr̄ verꝫ est etiā de potētia actiua q̄
inq̄ꝫm potentia est. i. vt nō est ꝯplēta actu: de se
h꞉ esse potētiale ⁊ īpfectū respectu sue oꝑatiōis
vel actus ⁊ ꝑ ꝯn̄s erit in gn̄e sui actus ꝑ reducti
onē q̄uis vt dictū est inq̄ꝫm ē res vel natura q̄-
dam sit in gn̄e ꝑ se. Verū est tn̄ q̄ q̄ꝫm ꝑtinet
ad rōnē sancti Tho. fundat ī in ꝑmissa auctori-
tate sufficit q̄ potētia ⁊ actus diuidāt ens ⁊ ge-
nus entis ꝑut. s. diuidit͛ in sbaꝫ ⁊ accidēs cōiter
sumpta q̄ꝫq̄ꝫ res vel nature iportate ꝑ nomē po
tētie ⁊ act⁹ inq̄ꝫm nature q̄dā specifice sūt: repo-
nātur aliq̄n in diuersis gn̄ibus vel spēb⁹ sbe aut
accidentis subalternatis. ⁊ q̄ in isto sensu sctūs
Tho. induxerit auctoritatē phi ex eo p꞉ q̄ ex
ipa auctoritate. hoc ifert. ⁊ ideo si actus nō est ī
gn̄e sbe: neq̄ꝫ potentia. nō descendēs ad inferio
ra genera vel spēs substātie vel accidentis.

Quarto. Notādū ē q̄ ex illa au-
ctoritate. act⁹ ⁊ potētia
diuidūt ens ⁊ q̄libet gen⁹ entis ex q̄. S. Tho.
fundat distictionē realē inf͛ aīam ⁊ ei⁹ potētias:
duo hn̄tur. vnū est q̄ in q̄libet gn̄e entis est diui
sio act⁹ ⁊ potētie ita q̄ de singulis entis gn̄ibus
verꝫ est dicere q̄ sit dare actū ⁊ potētiā vel esse
in actu ⁊ eē in potētia. quēadmodū in gn̄e sbe ē
dare sbam in actu ⁊ sbaꝫ in potētia. ⁊ in gn̄e quā
titatis est dare q̄ntitatē in actu ⁊ q̄ntitatē in po
tētia ⁊ sic de ceteris gn̄ib⁹ entis. Aliud q̄ꝺ habet͛
ex ꝑmissa auctoritate est q̄ act⁹ ⁊ potētia ꝑtinēt
ad idē gen⁹. auctoritas aūt nō iducit͛ a sctō doc
tore ad ꝓbādā dr̄iam inter aīam ⁊ ei⁹ potētias
potētia dei.q.et ar.alle.ad 2^{m}. ꝛ pluribus alijs locis.p̄ idē patet responsio ad 22^{m}.et ad 23^{m}. Et quod subdiꝛ in auctoritate Anselmi ꝙ illa sūma eēntia nullo modo sic est aliqd vt illō idē ſm aliquē modū vel aliā cōſiderationē ſit:ſic intelligēdū eſt.ſ.ꝙ nō aliter ꝙ̄ ſubſtātialiter.i.nō ſm modū alioꝝ p̄dicamētoꝝ qui in creaturis reperitur.et ꝙ iſte fuerit eius intellect⁹ ptꝫ in exēplo qō ſubdit Anſelm⁹.nichil igitur de ea vere dr̄ in eo ꝙ qualis vel q̄ta ſed in eo ꝙ q̄d eſt:totum accipiꝛ. ¶Ad 24^{m} negaꝛ ꝯn̄a. et ad eius ꝓbationē negaꝛ aſſumptū. nā vt ſepe dictū eſt licet plura noīa attributoꝝ ſignificent mediate eandē rem.ſ.diuinā eſſentiā:illā tn̄ ſignificāt ſub alia ꝛ alia rōne.alias noīa attributoꝝ eēnt ſynonima et per ꝯn̄s nugatoria qō eſt abſurdum. vn̄ in eo qō magiſter dicit ꝙ ꝓpter multiplicitatē ꝛ diuerſitatē noīm Augu.inq̄t deū dici multipliciter:ſatis innuit ꝙ hmōi noīa īpoſita ſint vni rei ſub diuerſis rōnibus. ¶Ad 25^{m}.patet reſpōſio per ea q̄ dicta ſunt ad.19^{m}.et 20^{m}.nō eñ aliud magiſter intellexit in illis verbis ꝙ̄ ꝙ oīa noīa attributoꝝ predicāt ꝛ ſignificāt diuinā eēntiam quod ꝛ nos ꝯcedim⁹.nō tn̄ fuit mētis eius ꝙ illam ſignificarēt diuerſa noīa ſub eadē rōne ꝛ cōceptu. ¶Ad 26^{m} negaꝛ minor.et ad eius probationē dr̄ ꝙ articulus pariſieñ.nō facit ad ꝓpoſitum arguētis imo magis ad oppoſitū cū in eo cōcedatur ꝙ ſit alia rō intelligēdi. vn̄ qō articulus negat eſt ꝙ intellect⁹ diuin⁹ nō eſt alius intellectus ſm rōnem.i.nō alia ꝛ alia rōne cognitiua ex parte cognoſcētis cognoſcat ſe ꝛ alia. licꝫ ſit alia rō intelligēdi ex parte cognitoꝝ ex eo ꝙ deus ſeipm̄ intelligit per ſeipm̄.ſ.per ſuam eēntiam:alia vero a ſe nō cognoſcit in ſeipis aut ꝑ ipa ſed per ipſam dei eēntiā ꝛ in ipa. ex q̄bus ſequitur ꝙ intellect⁹ noſter aliā rōnem poſſit habere de itellectu diuino ꝓut cognoſcit ſe ꝛ aliā ꝓut cognoſcit alia a ſe.qō eſt contra arguentē. ¶Ad 27^{m}.cōcedim⁹ totū ꝓceſſum ad ſenſum quē arguēs expmit in verbis cōmētatoris.et cū dicit ꝙ cōmētatoꝛ nō intēdit ꝙ res differat a ſe ipa:diciꝛ ꝙ cōmētatoꝛ loq̄tur de re ſm eē quod habet extra intellectū qō ꝛ nos cōcedim⁹: cum hoc tn̄ ſtat ꝙ res pōt differre a ſe ipa ratiōe ſm eē qō habet in aīa obiectiue ꝓut dictū fuit ſup. in ſolu.ad pmū argu.ꝯtra 2^{am} cōcluſionē. ¶Ad argumēta Henrici dr̄ ꝙ diuiſio ibi poſita eſt inſufficiens.vnde dicim⁹ ꝙ diſtinctio rōnis diuinorum attributoꝝ eſt per intellectū cōparantē diuinā ꝑfectionē ad ꝑfectiones creaturaꝝ.et iterum ꝓpter defectū noſtri intellectus qui totam plenitudinē diuine ꝑfectionis vna rōne vel cōceptu cognoſcere nō poteſt. tunc ad pmā eius in probationē negaꝛ ꝯn̄a ſeu cōcluſionis illatio nam licet deus ab eterno intellexerit eēntiā ſuā ſub ratione veri ꝛ voluerit ſub rōne boni: nō inde ſequitur ꝙ in intellectu diuino fuerint diſtincte rōnes aut conceptus veri ꝛ boni. nam deus vnicā rōnem vel cōceptū habet de veritate.bonitate.ſapiētia ꝛ oīpotētia ſua et ſic de omibus perfectionib⁹. Deus eñ vnico verbo intelligit ſe ꝛ oīa alia q̄ in eius ſcientia cōtinētur. verum eſt tamē ꝙ deus ab eterno cognoſcit plures rationes ſeu cōceptus quos intellect⁹ creatus format de diuina eēntia ꝛ formabiles ſunt. ſed talis pluralitas nō habet eē exiſtentie in deo ſed tantum eſt in deo obiectiue.i. vt cognita a deo nō vt exiſteñ ꝓut ſup̄ dictū fuit in 2° notabili. ¶Ad 2^{am} ꝓbationē negatur minoꝛ.et ad eius ꝓbationē negatur ꝯn̄a.cōmittiꝛ eñ in ea fallatia accidētis.nō eñ eſt idem ꝓcedere per modum intellectus et per modū volūtatis: et procedere ab intellectu ꝛ volūtate ꝓut.S.Tho.dicit de potentia dei.q. vel materia. 10.ar. 2°.ad 4^{m}.27^{m}. ¶Ad 3^{am} probationē negatur maioꝛ nō eñ oportet minus reduci ad maius quando ſunt alterius coordinatiōis ſicut ſunt diſtinctio realis ꝛ diſtictio rōnis. ¶Ad 4^{am} negatur ꝯn̄a. q̄ñ vt ſepe dictū eſt:nō dicitur deus bonus et ſapiēs ꝓpterea ꝙ bonitas ꝛ ſapīa diſtinguūꝛ in intellectu ratione:ſed qꝛ veraciter in deo eſt bonitas ꝛ ſapīa. vn̄ nec dicitur bon⁹ aut ſapiēs ꝓpterea ſolum ꝙ cauſet bonitatē ꝛ ſapientiā in creaturis ꝓut ſanctus Tho. ꝓbat pmo ſen.diſ. 2^{a}.arti.2°.ꝛ 3°. Et pma pte.q.13.ar.2°.et pluribus alijs locis. ¶Ad 5^{am} probationē diciꝛ ad maiorē ꝙ ſi intelligaꝛ de fundamētis emanationum eſſentialiter ſumptis ꝓut arguēs videtur accipere ſicut ſunt eēntia.intellectus. voluntas. intelligere. velle:falſa eſt. neqꝫ eñ ab iſtis fundamentis emanationes in deo habent ꝙ diſtinguantur realiter ſed a relatione originis inq̄m̄ vna preſupponit aliam et eſt ab ea.et iterū diſtīguntur a terminis.ſ.filio ꝛ ſpū ſancto.prout ſanctus Tho.docet pma pte.q.27^{a}.ar.3°.ad 3^{m}. Et de potētia dei.arti.2°.ad 7^{m}. Nec tamē verum eſt vniuerſaliter ꝙ oīa attributa diuina diſtinguantur ratione per comparationē ad creaturas ꝓut ſup̄ dictum eſt in 4° notabili. ¶Ad 6^{am} probationē dicitur ꝙ procedit ex falſo preſuppoſito quaſi alicubi.S.Tho.ſcripſerit ꝙ diſtictio ſm rationē attributoꝝ: proueniat ex reali diſtinctiōe ipoꝝ in creaturis quod eſt falſuꝫ imo

cōtrariū docet de veri. vt in 4°. notabili dictū est. ¶ Ad 7um negatur pña. quoniā distinctio attributoꝝ nō est aliqd pertinēs ad pfectionē immo magis pertinet ad pfectionē diuinā vnitas eorum. et ita distinctio rōnis pfectionū attributalium que est in itellectu creato: reducitur ad vnitatē perfectionis simplicissime dei tanqȝ ad fundamentū. ¶ Ad 8um ꝓbationē patet responsio per idem. vñ in his ⁊ similibus argumētationibus cōmittitur fallatia figure dictionis. nam mutatur quid vel quale in ad aliquid. perfectiones siquidē ꝓut sunt in deo: sunt causa perfectionum in creaturis: nō tamē distinctio aliqua que sit in deo est causa distinctionis que sit in creaturis aut in itellectu. ¶ Ad 9um dicitur primo ad minorē ꝙ diuina eēntia est i potētia si ita licet loqui ad hoc ꝙ intellectus diuinus habeat pluralitatem attributoꝝ obiectiue tamē nō subiectiue. hoc est dictu ꝙ itellectus diuinus cognoscat pluralitatē attributoꝝ factā vel factibilē ab intellectu creato fundatā in vna simplicissima eēntia. Sed nō est in diuina eēntia potētia ad hoc ꝙ intellectus diuinus cognoscat perfectionē diuine eēntie multis rationib⁹ ⁊ conceptib⁹. nam nō potest deus intelligere se vel alia nisi vnico tantum conceptu quod verbum est. Dicitur 2° ꝙ nō proprie dictū est ꝙ in eēntia diuina sit potentia ad pluralitatē attributoꝝ sed magis est actus purus ⁊ pfectissim⁹ a quo eiuscemodi pluralitas accipi pōt. vñ si ita liceat loqui: talis denominatio est ab extrinseco: a potētia. s. que sit in intellectu creato ad talem pluralitatē formādam vt sit sensus. in eēntia diuina est potentia ad pluralitatē hmōi. i. in intellectu est potentia qua potest ex apprehēsione diuine eēntie formare eiusmodi pluralitatē. Potest etiam in essentia diuina potentia accipi pro virtute actuali.

¶ Argumēta Durandi Godofredi ⁊ alioꝝ que vltimo ponūtur cōcedim⁹ pro ea parte qua ꝓbant distinctionē rōnis attributoꝝ accipi p cōparationē ad distinctionē aliquā in creaturis: hoc tamē addito ꝙ distinctio reperta in creaturis nō est sola ⁊ precisa causa distinctionis attributorum sed cum hoc causa est a parte dei plenitudo diuine pfectionis et ex parte intellectus creati eius impfectio ⁊ limitatio ꝓut dictū fuit in 4° notabili. Sed qꝛ aliqua eoꝝ argumenta videtur pretēdere ꝙ distinctio attributorū fm rōnem necessario ⁊ vniuersaliter reqrat distinctionē realem in creaturis qđ nō semp verum est vt dictū fuit in 4° notabili: ideo ad hmōi argumenta respondēdū est. et quattuor pma concedimus qꝛ nō cōcludūt aliud nisi ꝙ distinctio rationis attributoꝝ accapitur per cōparationē ad creaturas vel ad distinctionē realē eoꝝ attributoꝝ vel pfectionū que in creaturis realiter distinguntur. ¶ Ad 5um negatur minor. et ad probationē per exēpla ibi posita dicim⁹ ꝙ ⁊ si ꝓpositum arguētis probetur in illis exēplis: nō sequitur ꝙ in oībus vniuersalr sit ꝓbata. nam sicut supra dictum ē in 4° notabili distinctio rōnis horum attributoꝝ entis vnius veri ⁊ similium nō potest accipi a distinctione reali illoꝝ in creaturis cum in creaturis nō differāt realiter ꝓut sūt transcendētia. ¶ 6um. cōcedim⁹ cū suis ꝓbationibus vltima excepta. verum est tamē ꝙ tria illa posita in maiori ꝓpositione nō sufficiūt semp ad pluralitatē fm rōnem. ¶ Ad vltimā ꝓbationem argumēti dicitur ꝙ similitudo ibi posita nō tenet. est eñ dissimilitudo qꝛ ens rōnis nō habz fundamētū sue entitatis ⁊ veritatis nisi in ente reali. sed pluralitas rōnis nō semp habet ꝓ fundamento sue entitatis ⁊ veritatis pluralitatez realem sed pōt habere pro fundamēto vnitatē realem seclusa oi reali distinctione. ¶ Ad 7um dicitur ꝙ intellectus pōt habere plures cōceptiones nō semp a plurib⁹ rebus sed ꝓut sepe dictū est ab vna re simplici. Et ad eius iprobationem dicit ꝙ ab vno inqītū vnū: nō ꝓuenit nisi vnū; sed ab vno inquātū accipit vt plura: possunt ꝓuenire plures rōnes vt sup̄ dictū est. ¶ Ad 8um. negat vtraqȝ minor neqȝ arguēs ꝓbat. nā qȝuis sapiētie ⁊ iusticie diuine distinctio fm rōnē possit accipi a distinctiōe reali sapie ⁊ iusticie in creaturis: nō inde seqtur ꝙ distinctio oīm attributorum diuinoꝝ accipiat a distictiōe reali in creaturis vt sup̄ declaratū est. ¶ Ad 9um ptz respōsio ex pmissis. falsum ē eñ ꝙ fūdamētū distictionis fm rōnē. semp sit distinctio realis. nā sufficit ad eius fūdamentū vnitas pfectissima. ꝓut. S. Tho. docet in plurib⁹ locis. et multū aperte de veri. q. 3°. ar. 2°. ad 3m. pluralitas inqt rationis qñqȝ reducit ad aliquā diuersitatē rei sicut sortes ⁊ sortes sedens differūt rōne et hec differētia reducit ad aliquā diuersitatē sube ⁊ accidētis. qñqȝ vero differētia fm rōnē nō reducit ad aliquā rei diuersitatē sed ad veritatē rei que est diuersimode itelligibilis et sic ponim⁹ pluralitatem rōnum i deo. vñ hoc nō repugnat maxime vnitati vel simplicitati. hec ille. Si aūt daretur casus quē arguēs ponit. s. ꝙ nihil preter deū eēt nec esse posset: dicim⁹ ꝙ nulla esset distictio rationis attributoꝝ in actu: sed virtute bene esset actu. nā intellect⁹ diuin⁹ ab eterno cognosceret

pluralitatē ⁊ distinctionē rōnis attributoꝝ non q̄ actu ⁊ formalr̄ eēt sed q̄ possibilis eēt fieri per quēcūq̄ itellectū. Et cū dr̄ q̄ dato illo casu nō eēnt in deo plura attributa nec actu nec in potētia nec virtualr̄: negat̄ q̄ nō virtualr̄ ad istū sensum qꝛ in deo semꝑ est et ab eterno fuit vn̄ plures rōnes ⁊ cōceptus possent formari ꝑ intellectum creatū si possibiles eē possēt creature. s. plenitudo ꝑfectiōis diuine. sed cū nūc simus extra talem casum: in cassum ⁊ inaniter arguēs euagatur. ¶ Ad 1om. dicim⁹ q̄ distictio attributoꝝ nō ponit̄ a nobis q̄ habet eē in deo nisi tm̄ fūdamētaliter. sed ponim⁹ q̄ habet eē in itellectu creature formalit̄ ⁊ subiectiue vt sepe dictū est sup. in itellectu aūt diuino tm̄ obiectiue. vn̄ q̄uis distinctio sit aliq̄d imꝑfectū: in nullo derogat perfectioni diuine. ¶ Ad argumētū in oppositū ptꝫ rn̄sio ex ꝑdictis. et hec sufficiāt de ista q̄stiōe.

¶ Distinctio nona.

CIRca nonā distinctionem q̄ritur vtrū diuina gn̄atio mēsuret̄ eternitate et arguit̄ q̄ nō. Illud eni q̄d intelligit̄ per modum cuiusdā fluxus et egressus: nō pōt mēsurari eternitate. sꝫ gn̄ratio verbi est per modū cuiusdam fluxus ⁊ egressus. ait eni ꝓpheta micheas Egressus eius ab initio sicut a diebus eternitatis. ergo ⁊c. ¶ In oppositū arguit̄ sic. quod est coeuū eterno est etnū. sed gn̄atio verbi est coeua patri eterno. igit̄ ⁊c. Minor patet qꝛ fili⁹ nascitur a patre vt a sole splēdor cui⁹ natiuitas est coeua soli. In hac questione erunt quattuor articuli vt in precedentibus.

QUantū ad primum articulū sit ꝑma cōclusio q̄ ꝓcessio verbi in diuinis dicit̄ gn̄ratio et ipm verbū ꝓcedens dicit̄ filius. hanc ꝯclusionē probat sctūs Tho. ꝑma pte. q. 27a. ar. 2o. Itē ꝯtra gen. li. 4o. c. 2o. ¶ Secūda ꝯclusio est q̄ gn̄atio passiue dicta siue natiuitas filij nō est passio sed relatio. hāc ꝯclusionē probat. S. Tho. pa. pte. q. 41. ar. po. ad. 2m. Et de po a dei. q. vel materia. 9. ar. po. ad 2m. ¶ Tertia ꝯclusio est q̄ rō eternitatis ꝯsequitur imutationē. hāc ꝯclusionē tenet sctūs Tho. pa pte. q. 10. ar. 2o. et ꝓbat eā ar. po. ¶ Quarta ꝯclusio est q̄ s̄m modū nr̄m intelligendi: nūc eternitatis est mēsura sube rei eterne q̄ de⁹ est. hāc ꝯclusionē ꝓbat. S. Tho. po sen. dis. 19a. q. 2a. ar. 2o. ¶ Quīta ꝯclusio est q̄ nūc stās causat eternitatē s̄m modū nr̄m intelligēdi. hanc ꝯclusionē declarat sctūs Tho. po sentē. dis. 19. q. 2a. ar. 2o. ad 3m. Et pa pte. q. 10a. ar. 2o. ad ꝑmū ¶ Sexta ꝯclusio ē q̄ eternitas ē duratio mēsurās eē diuū s̄m apprehēsionē itellect⁹ nr̄i dūtaxat.

QUantū ad scd̄z articulū ponēde sūt obiectiōes aduersarioꝝ. Et q̄dē ꝯtra ꝑmā arguit Aureolus ꝑserti ꝯ illud quod dr̄ in ꝓbatiōe. s. gn̄ratio in diuis est ꝓcessio viuētis a viuēte ⁊c. Primo ergo sic arguit. Cōstat inq̄t q̄ eadē est ꝓprietas verbi ⁊ filij in diuis. dicit eni Augu. 7o. de trini. c. 4o. q̄ fili⁹ in diuis eo verbū quo fili⁹ ⁊ eo filius quo verbū. sed si rō gn̄atiōis ꝓut est in diuinis eēt via in subam viuā ⁊ intellectualē: vel ꝓcessio talis qualis dicta est: nō eēt eadē ꝓprietas verbi. Tū qꝛ gn̄ratio vbi in nobis nō semꝑ terminat̄ ad subam cū aliq̄n formet̄ verbū de accidētib⁹. sed neqꝫ ad viuā: cū formem⁹ verba de nō viuētib⁹. Tū etiā qꝛ fili⁹ genit⁹ per talē modum gn̄ratiōis: nō appellat̄ verbū. nō eni filij hominū appellātur verba. ergo gn̄ratio in diuinis nō dr̄ s̄m istā rōnē quā ponit conclusio. ¶ Scd̄o sic. cuicūqꝫ ꝯpetit diffinitio: et diffinitū. sed eque spiratio i diuinis est ꝓcessio viuētis a viuēte ⁊c sicut ꝓductio filij. qꝛ spūs sanct⁹ est suba viuēs eiusdē nature s̄m spēm cum patre. ergo si ratio gn̄rationis in deo eēt illa q̄ dicta ē: eque genit⁹ potest dici spūs sanct⁹ sicut filius. ¶ 3o sic. gn̄ratio que est via in subam: attingit eam per modū formalis termini capiētis esse per eam. ergo diuina gn̄ratio nō est via in subam. ¶ 2o loco arguit ꝯtra 2am ꝯclusionē. arguit ꝑmo sic. nullus respectus de gn̄re relatiōis infertur aut causat̄ ab opposito respectu. nō eni paternitas causat aut infert filiationē alias respect⁹ de gn̄re relationis: esset actiuus siue actio: ⁊ alius passiu⁹ siue passio. passio eni est effect⁹ illatioqꝫ actionis sꝫ actorē sex ꝑncipioꝝ. sꝫ ꝯstat q̄ gn̄ai e in diuis infert gn̄rari ⁊ dicere infert dici ⁊ verbū ac concipere concipi ⁊ conceptū. ergo generare ⁊ generari nō sunt respectus de gn̄re relationis. ¶ 2o

sic. Simplici⁹ sup predicamēta assignat differen
tiam inter genus relationis et gn̄a actionis et
passionis dicens q̄ ex relatione nō ꝓceditur ad
actum sed ex actione ꝛ passione ꝓuenit. sed in
diuinis ꝓuenit aliq̄d per modū acti ꝛ ꝓducti. s.
filius. ergo gn̄rare ꝛ gn̄rari nō sunt de gn̄re rela
tionis sed potius de gn̄re actionis ꝛ passionis.
¶ 3° sic. gn̄rare est vere ꝓducere: gn̄rari est ve
re ꝓduci. sed producere ꝛ ꝓduci nō sunt de ge-
nere relationis ī no relatio fundat̄ super illa vt
patet 5°. metha^f. ergo gn̄rare ꝛ gn̄rari nō sūt de
gn̄re relationis. hec sunt verba eius. ¶ Contra
3^am ꝯclusionē arguit Aureolus multipliciter. Ar-
guit cōtra doctorē sanctū in hoc q̄ ponit rōnē
eternitatis cōsistere in apprehēsione vniformita
tis eius quod omnino est extra motum. et argu-
mentoꝝ pmū est tale. ratio tēporis nō consistit
in difformitate ipsius motus sed in mora diffor-
miter. ergo nec ratio eternitatis ꝯsistit in vnifor
mitate eoꝝ que sunt extra motū nec in apprehē
sione vniformitatis. sed in apprehensione more
istius vniformitatis. ¶ 2° ad idem. ratio eter
nitatis nō cōsistit in opposito motus. sed vnifor
mitas opponit̄ varietati motus. nō ergo consi
stit eternitas in vniformitate motus sed in mo
ra difformitatis. ¶ 3° ad idē. ratio mēsure nō
cōsistit in ratione mensurati. sed vniformitas ē
illud quod mēsuratur per eternitatē. ergo ratio
eternitatis nō cōsistit in vniformitate sed in du
ratione ꝛ mora ipius. ¶ 4° sic. sicut se habet tē
pus ad motus varietatē: sic eternitas ad dei im
mutabilitatē. sed ratio tēporis cōsistit in nume-
ratione motus ꝑm prius et posterius qd̄ nichil
aliud est q̄ꝫ motū sūmare vt ita loqui liceat. sicut
eīm dicitur q̄ numerus est sūma pmanētiū cum
dicitur decem vel mille: sic tēpus est summa suc
cessiuoꝝ. vnde cum sūmat̄ motus: tūc causatur
tēpus. quod nichil aliud est q̄ꝫ sūma motus ꝑm
prius ꝛ posterius. ergo sic se habebit eternitas
ad vniformitatē dei: q̄ nō erit vniformitas sed
ipa sūma durationis et more ipius. ¶ 5° sic ad
idem. vniformitas ꝛ incōmutabilitas idem sūt
sed ratio eternitatis nō consistit in apprehēsiōe
incōmutabilitatis. aliud eīm attributū est incō-
mutabilitas ꝛ aliud eternitas. ergo nō consistit
ratio eternitatis in apprehēsione vniformitatis
¶ Contra 4^am cōclusionē arguit cōtra illud qd̄
dictum est. s. q̄ in deo nūc stans causat eternita
tem ꝑm nostrā apprehēsionē. nūc inq̄t nullo mo
do potest deo attribui ꝑm verū itellectū. quod
eīm abstrahit a tota linea successionis: abstrahit
a nūc q2 nūc nō inuenitur extra successionē. sicut
eīm indiuisibile positiōis qd̄ est pūctus nō inue-
nitur extra lineā pmanētē: sic indiuisibile dura-
tionis quod est nūc: nō inuenit̄ extra decursum
successionis. cui⁹ rō est q2 indiuisibile positionis
nō potest imaginari per modū cuiusdā solitarij
sed per modū termini linee et ideo pūctus diui
sio appellatur. et equaliter imaginari nō potest
indiuisibile duratiōis: nisi termin⁹ decursus du-
ratiui. i. successio. sed ꝯstat q̄ deus abstrahit ab
omni successione. ergo ab omi nūc. Et si dicat̄ q̄
verum est nūc tēporis nō eē in deo: nō tn̄ est ve
rum de nūc eternitatis: nō valet hoc. q2 ꝓbatū
est q̄ de ratione ipius nūc est q̄ sit termin⁹ de-
cursus duratiui ꝛ successiui. tollere aūt hanc ra-
tionem: est tollere ne sit nūc. ¶ 2° ad idem. sic
se habet nūc ad deum: sicut ꝛ instans et iam et
modo et similia eq̄polētia ipi nunc. sed cōstat q̄
instans et iam ꝛ modo nō habēt locū in deo. nō
eīm potest intelligi instans in aliquo cui nihil in
stat aut adest aut accedit. q2 instās dr̄ ab instā-
do. et hoc modo cōceditur. ergo nūc nō potest
deo attribui. ¶ 3° ad idem. Illud qd̄ de sua ra-
tione formali nō est aliud q̄ꝫ accessus: nō potest
poni in deo cui nichil accedit de nouo. sed nunc
cōcipi nō potest nisi per modū accessus. est eīm
illud quo mutatū esse instat accedit ꝛ adest. vñ
nullus pōt cōcipere nūc nisi per modū cuiusdā
accedētis et instātis ꝛ qd̄ habet adesse. ergo im
possibile est q̄ attribuatur deo. ¶ 4° sic. nūc ꝛ
tūc dicūtur ad inuicē. vbi eīm est nūc: est tunc et
olim. quod apparet q2 sicut hic ꝛ ibi sūt differen
tie positionis: ita nūc ꝛ tūc sunt differētie dura-
tionis. Impossibile est autē reperire hic sine ibi
ꝛ alibi. ideo eīm vna pars linee est hic q2 alia est
ibi ꝛ alia ibi. q2 si oia eēnt annichilata preter vnā
lineā: tota linea nō posset assignari alicubi quia
nō eēt aliud aliquod quod alibi poneret̄. sed cū
ponitur infra celū: tunc pōt assignari alicubi. q2
sunt alia que habēt eē alibi. vñ totus mūdus nō
habet vbi assignet̄. nec pōt dicere aliqs intellec-
tus: mūdus est hic. q2 nō est aliq̄d habēs eē ali-
cubi respectu cui⁹ mūdus dicatur hic eē. ꝯsimilr
est intelligēdū de nūc. q2 nihil ē nūc ꝑm ꝓpriā
rōnē nisi in ordine ad tūc. sed cōstat q̄ deus nō
habet tūc. q2 nichil ē ibi pteritū. ergo nec in deo
erit ratio ipius nūc. ¶ 5°. sic idē est dictu nūc ꝛ
tūc: sicut qd̄ prius ꝛ posteri⁹. sed in deo nō ē aliqd
posterius. ergo in deo nō est nūc ꝑm ꝓpriā ra-
tionem. Nec valet si dicatur q̄ duplex est nunc
. s. partiale quod dr̄ respectu tūc: et illud est nūc
tēporis quod nullo modo dicatur in deo. et aliō
totale permanēs qd̄ est nūc eternitatis. et tale

potest poni in deo. Si quidem hoc nō valet. est enī similis distinctio ac si diceret ꝙ duplex ē fili⁹ vn⁹ qui relatiue dr̄ ad patrē ⁊ alius q̄ dr̄ absolu te sine hītudine ad patrē. nūc enī ex sua formali ratione: idem est qđ instās ⁊ accedens. et ideo nouitatem importat. dicitur enī relatiue ad tūc sicut dictum est de ibi vel hic que relatiue dicun tur in positione ⁊ situ. ¶ Cōtra 5^am. cōclusionē arguit contra illud ꝙ nūc potest cōcipi per mo- dum stantis et permanētis. et ita nūc stans cau set eternitatē. Illud enī quod de sua rōne consi stit in quodā accedere ⁊ instare ⁊ adesse: nō po test comprehēdi per modum permanentis nisi accedere ⁊ instare ⁊ adesse cōcipi possit perma nenter quod est impossibile. cōtradictoria nāq3 sunt. sed probatū est ꝙ conceptus ipius nūc cō- sistit in quodā adesse ⁊ instare atq3 accedere. er go nō potest cōcipi per modum stantis aut per manentis. ¶ 2° ad idem. Illud nō potest con- cipi per modū permanētis quod nō potest de- monstrari bis ab aliquo imaginatione. sed nūc qui apprehēdit nō potest hoc ipm per imagina- tionem significare aut demonstrare. postq3 enī ipm se. uel demonstrauit si redeat iterum: iam transiuit in tūc. et hoc est quod dicit phus 4° phisicoꝝ. vbi dicit comētator comento. 5°. ꝙ in stans nō potest bis demōstrari adeo ꝙ instans demōstratū 2° est aliud ab instāti quod demō- strabatur primo. et sequitur ꝙ non est possibile idem instans demōstrari nisi fuerimus imagina ti ꝙ fuit sicut punctus. et reprehēdit themistiū3 vnde expressa mens phi: fm expositionē comē- tatoris est ꝙ impossibile est instās vel nūc ima ginari per modum stātis. ergo nūc stans nichil potest causare sicut nec albedo nigra vel calor frigidus. Et si dicatur ꝙ ipi loquūtur de nūc tē- poris: dicendum ꝙ ipi loquūtur de quiditatiua ratione ipius nūc fm quā apparet vt dictum est. ¶ Cōtra 6^am cōclusionē arguit cōtra hoc quod dictum est ꝙ eternitas est duratio. Ōis inquit duratio alteri comparata: vel est maior vel mi- nor vel equalis. quod patet ex ipis durantibus quibus acceptis: necesse est ꝙ vel durent equa- liter vel ꝙ vnum plus altero. sed nulla duratio potest esse maior vel minor nisi cōsistat in qua- dam successione fm prius et posteri⁹. quare enī aliquid durat plusq3 aliud vel durabit: nisi quia fuit prius vel quia erit posterius. nec exclusa ra tione prioris ⁊ posterioris pōt cōcipi de aliquo quod durauerit plus vel minus alio. cōstat aūt ꝙ prius ⁊ posterius sūt de rōne temporis. ergo nulla est formaliter duratio nisi tēpus. ¶ 2° sic

ad idem. Ōis duratio intelligitur per modū cu iusdam more ⁊ distensionis: aut igitur talis dis- tensio ⁊ mora comprehēditur fm ante ⁊ post: aut fm quādam simultatē ⁊ permanētiā. sed nō fm 2^am: q2 q̄tūcunq3 esset maior distensio non esset maior duratio cum simul esset tota distēsio relinquitur ergo ꝙ ōis mora ⁊ distensio duratiua apprehēdatur fm ante ⁊ post et ita per modum cuiusdā successiui ⁊ tēporis. ¶ 3° sic. Ōis dura- tio habet formaliter vnde possit dici tanta vel quāta. queritur enī de omi duratiōe q̄tū durabit. Sed constat ꝙ nō est tantitas nec quātitas nisi sit ibi aliqua multitudo et pluralitas. neq3 qua liscūq3 multitudo sed solū nō permanētiū sed si bi inuicem succedentiū fm ante ⁊ post. vnde ex terminis patet ꝙ apprehendēs aliqđ plus dura re: apprehēdit ꝙ habuit plus ⁊ de priori ⁊ poste riori. nec etiam potest concipi de deo ꝙ plus du rauerit q3 mūdus: nisi q2 ꝯcipitur fuisse ante vel post et habuisse plus de priori. ergo impossibile est duratione esse aliquid formaliter nisi tēpus. ¶ 4° sic. Sicut se habet extensum permanens ad lineam: sic extensio successiua ad temp⁹. sed impossibile est imaginari extensionē permanē- tem q̄n linea apprehēdat. nō enī est aliud linea q3 extensio permanēs. ergo nec successiua disten sio est aliud nisi temp⁹. constat aūt ꝙ omis mo- ra est q̄dam decursus fm ante ⁊ post. vnde q̄c- q̄d imaginamur plus durasse: imaginamur pri⁹ fuisse. ergo nichil aliud est duratio formaliter ni si temp⁹. ¶ In hoc loco arguit ꝙ eternitas put se tenet a parte dei: nō est duratio formaliter ⁊ ꝙ in deo nulla sit duratio. pmo sic. Sicut se ha- bet imensitas ad deū in ordine ad locum: sic se habet eternitas in ordine ad durationē. sed im mensitas non ponit in deo aliquā magnitudinē permansiuā aut aliquā extensionē sed tm̄ non do dicit vim qua deus omnē locum attingit absq3 sui extensione. ergo eternitas nō dicit aliquā du rationem diuini esse formaliter sed vim qua de⁹ attingit omnē durationem possibilē imaginari absq3 sui eē successiua distensiōe. ¶ 2° sic. Ōne illud quod est duratio formaliter: includit pri⁹ et posterius ⁊ successionē vt prius probatū est. sed prius ⁊ posteri⁹ nō sūt in deo licet sit in eo vis qua ōne prius attingit ⁊ ōne posterius. ita vt nullū prius ⁊ posteri⁹ imaginari possit quin deus cōsistat vel q̄n illud deo assistat. ergo eter nitas nō est duratio prout se tenet ex parte dei Sed vis qua deus omnē durationem attingit. ¶ 3° sic. Dictum est inq̄t supra ꝙ eternitas est vnū de attributis et cum hoc ꝙ attributa dicūt

diuinã essentiã formaliter cũ cõcreto cõnotato. ergo eternitas ĩportabit diuinã ẽẽntiã ꝓut virtute eius nõ virtute aliqua supaddita attingit oẽ tẽpus quod imaginari põt. hec ille in forma.

Q**uãtũ ad tertiũ** articulũ ꝑmo notandũ est ꝙ generationis genus ſm ꝙ inuenitur in creaturis a quibus ĩtellectus noster ꝑmo rõnem gñrationis accepit: importat aliquid imperfectiõis. est eñi gñratio vt sic mutatio de potẽtia in actum. Si tamẽ cõsideretur gñratio ſm propriã differẽtiam per quã complet̃ eius ratio specifica: sic importat perfectionẽ dũtaxat. nam passiue accepta gñratio; dicit acceptionẽ essentie vel nature ſm perfectã similitudinẽ. Si vero sumatur actiue: dicit eiusdẽ ẽẽntie vel nature cõmunicationẽ quoꝝ neutrũ ĩperfectionẽ designat. cõicatio eñi cõsequitur rõnem actus. vñ oĩs forma ⁊ actus quãtũ est de se: cõicabilis est. Simil'r etiã acceptio nature in ꝑfecta similitudine: perfectiõis est cum ponat rem in actu ẽẽndi. isto modo accepta gñratiõe. s. ſm propriam ⁊ specificã sui rationẽ dicitur in diuinis ⁊ nõ ſm rõnem sui gñris. cum omnis ꝑfectio sit in deo et nulla imꝑfectio. imo ⁊ isto modo per prius est gñratio in deo ꝙ̃ in creaturis ſm illud apli. ephesioꝝ 3°. flecto genua mea ad patrẽ dñi nostri ihu xpi ex quo omis paternitas in celis ⁊ in terra noiatur. est aũt gñratio ſm ꝓpriaꝫ ⁊ specificã rõnem: origo alicuius viuẽtis a ꝑncipio viuẽte coniũcto; ꝓcedẽtis ab eo ſm rõnem similitudinis in natura eiusdẽ speciei. sicut origo qua homo procedit ab homĩe ⁊ equs ab equo: dicitur ꝓprie gñratio. verum est tamẽ ꝙ in istis ⁊ ĩ omnib⁹ viuẽtib⁹ materialib⁹: generatio inuenit̃ nõ solũ ſm ꝓpriã rationẽ speciei: sed etiã ſm rationẽ generis cum in omnibus hmõi: origo sit ſm exitũ de potẽtia in actuꝫ. ſm quã rõnem gñris: gñratio se extendit etiã ad inaĩata in quibus est mutatio de non esse ad esse. Accipiũtur ista ex dictis. S. Tho. p° sen. distin. .4ª.q.pª.ar.p°. Et pª pte.q.27ª.ar.2°.

¶ **Secũdo.** Notandũ est. ꝙ gñratio ꝓprie dr̃ esse reruꝫ viuẽtium vt in primo notabili dictum est. viuẽtia autẽ sunt in triplici gradu. nam quedam viuunt vita vegetatiua tm̃. quedã cum hac etiam vita sensitiua. quedã viuunt etiam vita intellectiua qui gradus est ꝑfectissimus viuẽtium. non potest autẽ diuina gñratio intelligi ſm modum emanationis que inuenitur in viuentibus vita vegetatiua aut sensitiua: cum eorum emanatio includat aliquid imperfectionis. est eñi exitus de potentia in actum preter alia que in eiusmodi emanationibus sunt imperfectiõis. oportet igitur ꝙ generatio in diuinis sit ĩtelligenda ſm emanationẽ in vita intellectuali que emanatio est ſm actum intellectus. quod autem in ĩtellectu ꝓprie loquẽdo procedit aut emanat: est verbum intra mẽtem cõceptum. est autem verbum intellectus: illud quod intellectus specie rei informatus concipit ⁊ format de re ipa tanꝙ̃ expressam eius similitudinẽ. vñ verbum mẽtis cõparatur ad ĩtellectum nõ ꝓprie sicut quo intellectus intelligit sed magis sicut in quo intelligit quia in verbo sic expresso ⁊ formato videt naturam rei intellecte. Ex quibus duo inferre possumus. vnum est ꝙ verbum est semper aliquid ꝓcedens vel emanãs ab intellectu ⁊ intra intellectum existens. loquimur eñi de verbo mẽtis nõ de verbo voce prolato. 2.^m est ꝙ verbum est ratio vel conceptus ⁊ similitudo expressa rei intellecte; ad drĩam speciei qua primo ĩtellectus noster possibilis per actionem intellectus agentis informatur et ad actum reducitur. ex quo sequitur ꝙ quãdo intellectus seipsum intelligit quia eadem res que est intelligẽs est intellecta: verbum est ratio ⁊ similitudo ĩtellectus a quo procedit. ex hmõi emanatio verbi: perfectior est ꝙ̃ ea que fit de re ĩtellecta alia ab intellectu. nam tanto excellẽtior est emanatio: quãto id quod emanat est magis intimuꝫ ei a quo emanat. et ideo Augustinus in. 14°. lib. de tri. ponit imaginem trinitatis in aĩa ſm ꝙ mens intelligit seipsam nõ ſm ꝙ alia intelligit. erit igitur accipiẽda generatio in diuinis ſm emanationẽ verbi ab intelligẽte. Et qꝛ omne quod intelligitur inꝗ̃tũ intellectũ est oportet ꝙ sit in ĩtelligente: nam intelligere est apprehẽsio per intellectũ eius qđ intelligitur: necesse est ꝙ deus seipm intelligẽs: sit in se ipo vt intellectum in ĩtelligẽte et per cõsequẽs verbum a se cõceptum. nam res intellecta per verbum naturam suam exprimẽs: habet esse in ĩtellectu. Et quia quicquid est in deo est ipsa dei substãtia cum in deo nullum sit accidẽs nec aliquid ſm essentiam diuersum: sequitur ꝙ verbum diuinum procedat ab ĩtelligẽte in omnimoda identitate substãtie eius nõ solum in spẽ sed etiam in numero alias natura diuina nõ eẽt per se subsistẽs et omnino ĩmaterialis. quoniam vna species non diuiditur in plura ſm numerum: nisi ratione materie: vel ratione subiecti in in quo sit. Ex quibus concluditur ꝙ verbum,

procedēs in intellectu diuino a deo intelligēte: habeat rationē filij. nam filius vere ꝛ ꝓpe dicitur ꝙ procedit a principio viuente coniuncto ſm rationē ſimilitudinis in natura eiuſdem ſpeciei. vnde ꝛ Augu. 7°. lib. de tri. inquit. eo quippe eſt filius: quo verbū. et eo eſt verbū: quo filius. i. eadem ꝓprietate que eſt natiuitas filij. q̄uis ſm diuerſas rōnes hmōi natiuitas diuerſimode per nomē verbi ꝛ ꝑ nomē filij exprimatur nā vt oſtendat̄ cōnaturalis ꝛ cōſubſtātialis patri: dr̄ filius. et vt oſtendat̄ imaterialr̄ genitus: dr̄ verbū. ſicut ꝛ dr̄ imago ꝛ ſplēdor p̄ris hebreorum p° vt oſtēdat̄ oīno ſimilis ꝛ coetern⁹ p̄ri nō eñ potuit ab intellectu creato vnū nomē inueniri per qḋ iſta deſignarētur. dr̄ aūt verbū eadem ꝓprietate qua ꝛ filı⁹. ſ. natiuitate: ꝓpterea ꝙ in diuinis ꝓceſſio q̄ eſt ꝑ modū intellect⁹ nō diſtiguit̄ a ꝓceſſione q̄ eſt ꝑ modū nature. Primo q̄dē qꝛ ſicut id qḋ ꝓcedit ꝑ modū nature ꝓcedit ſm ſimilitudinē i eadē natura: ita ꝛ quod ꝓcedit ꝑ modū intellect⁹. 2°. qꝛ ſicut ꝓceſſio q̄ eſt ꝑ modū nature nō ꝑexigit aliā ꝓceſſionē: ita nec ꝓceſſio q̄ eſt ꝑ modū intellectus. 3°. qꝛ ſicut ꝓceſſio nature eſt tm̄ ab vno agēte ſi ſit ꝑfectū: ita ꝛ qḋ procedit ꝑ modū intellect⁹ vel ab intellectu. Accipiūtur hec ex dictis. S. Tho. p°. ſentē. diſti. 4. q. p°. ar. p°. et diſtin. 27°. q. 2°. ar. 2°. et p° p̄te. q. 27°. ar. 2°. et. q. 36. ar. 2°. Et ꝯ gē. li°. 4°. c. 11°. Et de po° dei. q. 10. ar. 2°. ad. 7m.

¶ **Tertio.** Notandū eſt. ꝓut ſanct⁹ Tho. docet p°. p̄te. q. 41. ar. p°. ad 2m. ꝙ actio ſm p̄mā noīs īpoſitionē īportat originē motus. Intellect⁹ eñ nr̄ qꝛ accipit cognitionē a creaturis: īponit noīa reb⁹ ſm ꝙ ſūt in creaturis. vñ nomē actiōis p̄mo īpoſitū eſt actioni q̄ eſt cū motu. et ſicut mot⁹ ꝓut ē in mobili ab aliquo dr̄ paſſio: ita origo ipſius mot⁹ ſm ꝙ icipit ab aliquo ꝛ terminat̄ in id qḋ mouetur: vocat̄ actio. Et qḋ p̄hūs dicat 3° phiſicoꝝ ꝙ actio ꝛ paſſio ſūt vn⁹ motus: itelligit̄ ꝙ ſunt idē ſubiecto cū tñ ſit alia ꝛ alia rō formalis actionis et paſſiōis ꝛ mot⁹. rō eñ mot⁹ cōſiſtit in quadā ſucceſſiōe. ſed inquātū exit vel originat̄ ab agēte: accipitur rō actiōis. et inquantū terminat̄ ad patiēs: accipit̄ rō paſſionis. Ex quo ſeq̄tur ꝙ rō formalis actiōis ſm ꝙ diſtinguit̄ a motu: ꝯſiſtit in quadā ordine ꝛ habitudine originis a principio agēte. vñ cū in diuīs nō ſit mot⁹: actio ꝓducentis pſonā: nichil aliud ē q̄ȝ habitudo p̄ncipij ad pſonā q̄ eſt a p̄ncipio. actio igit̄ in diuīs relatio q̄dā eſt. qꝛ tñ de diuīs loqui nō poſſum⁹ niſi ſm modū reꝝ ſenſibiliū a q̄bus cognitionē accipimus in q̄bus actiones ꝛ paſſiōes inquātū motum īplicāt: aliud ſūt a relationib⁹ q̄ ex eis cōſequūtur: oportet alijs noībus ſignificari habitudines pſonaꝝ ꝑ modū actus: et alijs noīb⁹ per modū relationū. ita ꝙ ſūt idē oīno ſm rē: differunt tñ ſm modū ſignificādi. Et qꝛ in creaturis relatiōes ex actionibus ꝛ mutationib⁹ innaſcūtur: et ſunt relatiōes tm̄ nō ꝓprietates aut forme abſolute q̄bus ꝯuenit eē p̄ncipia operationū: ideo in creaturis ex relationib⁹: nō ſeq̄tur motus aut actio ꝓp̄e loquendo ꝓut p̄hūs inq̄t. 5°. metha⁰. in diuīs aūt qꝛ relatiōes pſonales non ſunt tm̄ relatiōes ſed etiā ꝓprietates pſonas conſtituētes: ideo inq̄ȝm hmōi: poſſūt eē p̄ncipiū aliquo mō actuū notionaliū ſm modū nr̄m intelligendi. quod qualiter ſit: aduertēdū eſt ꝙ eſſentia diūa dr̄ p̄ncipiū quo actuū notionaliū vt generationis ꝛ ſpirationis: nō inq̄ȝm cōis eſt tribus pſonis alias in qualibȝ pſona eēt hmōi p̄ncipiū ſed inq̄ȝtū eſt cū relatiōe pſonali. vñ eēntia diūa cū paternitate. i. eēntia diūa in patre eſt p̄ncipium quo gñrationis filij. non ꝙ relatio p̄rnitatis etiā inquātū eſt ꝓprietas pſonalis: ſit ratio formalis qua eēntia diuina eſt p̄ncipiū gñrationis quo pater gñrat. nā paternitas inquātū ꝓprietas pſonalis: habet ſe ad perſonā p̄ris vt forma īdiuidualis. vñ ꝛ pſonā cōſtituit q̄ eſt hoc aliq̄d et indiuiduū. ꝓprietas aūt aut forma īdiuidualis etiā ꝯſtituēs pſonā gñrantē: nō eſt p̄ncipium quo gñrans gñrat alias petrus gñraret petrum vnde ꝛ paternitas nō poteſt intelligi p̄ncipium quo pater generat. alias pater generaret patrē eo quod genitū aſſimilatur generanti in forma que eſt principiū quo generādi. relinquitur igitur ꝙ natura diuina ſit principiū quo pater generat. vnde ꝛ deum generat non patrē. et tamē quia hoc habet inq̄ȝtū eſt in patre vel inq̄ȝm eſt eſſentia patris: dicimus ꝙ eſſentia eſt principiū quo generationis cum paternitate. nō ꝙ paternitas ſit huiuſmodi p̄ncipiū ex equo cum eēntia ſed inq̄ȝm habet adiunctā paternitatē: et hoc ſignificatur cum dicitur eſſentia patris vel eſſentia in patre eſt principiū generationis. Et ſimiliter dicendū eſt de eſſentia reſpectu actus ſpirationis ꝙ ſit principium eius quo adiuncta cōſpiratione. i. inquantū eſt in patre ꝛ filio. vnde et potentia generandi vel ſpirandi que eſt p̄ncipium actuum notionaliū: p̄ncipaliter et in recto eſſentiā diuinā ſignificat. in obliquo aūt mō quo expoſitū eſt: relationē īplicat. ſ. extrinſece. Sic ſentit. S. Tho. de principio quo actuū notionaliū. p̄ma p̄te. q. 41. ar. 5°. et ſub hoc intelle

ctu accipiēda est mens sancti Tho. vbicunq; de hac materia loquitur.

Quarto. Notandū est ꝑ intellectu 2ᵉ ꝯclusiōis ꝙ duratio est qd cōe ad eternitatē ad euū ⁊ ad tēpꝰ. significat aūt nomē duratiōis a pima sui iпpositiōe mēsurā actꝰ. sed actꝰ ē duplex. pimus q est eē. et 2ꝰ qui est motus vel operatio. vñ ſm drīam istoꝝ actuū: est accipere differētiā in premissis tribus durationibus. nam tempus proprie loquendo est mēsura motus ⁊ opatiōis q̄ est cū motu ⁊ ex cōsequēti dr mēsura eē variabilis sicut est oium corruptibiliū. eternitas ⁊ euū sunt mēsura ipius esse diuersimode tñ. nā euū est mensura eē qd in se est inuariabile ⁊ intransmutabile et tñ hꝫ secū adiūctā variabilitatē ⁊ transmutationē alicuius motus ⁊ opatiōis sicut est eē angeloꝝ ⁊ corpoꝝ celestiū. eternitas vero ē mēsura eē qd nec in se vllo mō ē variabile aut transmutabile: nec secū patit aliquā trāsmutationē ⁊ hoc est eē diuinū. vñ eternitas significat ſm ꝓpriā rōnē: mēsurā durationis diuini eē. Et qm̄uis deꝰ aut eē dei in se ⁊ ſm rē īfinitꝰ sit ⁊ imēsus et nullo mēsurari possit tñ intellectꝰ nr̄ eo ꝙ accipiat cognitionē a creaturis in qbꝰ sūt mēsure duratiōis: attribuit deo quātū ad rōnē sui eē pmanētis: mēsurā duratiōnis q est eternitas hūs fundamētū in ipa pmanētia diuini eē per oia inuariabilis ⁊ incōmutabilis. Ex qbus īfert ꝙ eternitas iportat in sui rōne specifica loco gn̄is mēsurā duratiōis ꝓut genitiuꝰ tenet intrāsitiue. i. mēsurā q est duratio. et loco drīe vniformitatē vel magis ꝓprie vnitatē totalis ⁊ pfecte similitatis pmanētie p qd differt ab euo ⁊ tēpore de qbꝰ nō est huiꝰ ꝓpositi ad plenū tractare. erit igit eternitas mēsura durationis diui eē tota simul ⁊ vniformis. vñ sicut tēpus est numerꝰ prioris ⁊ posterioris in motu ita ꝙ priꝰ ⁊ posteriꝰ iportant noie tēporis sicut quoddā materiale ⁊ ipe numerꝰ vel nūeratio prioris ⁊ posterioris facta ab intellectu ē formale in rōne tēporis: ita suo mō dicere possumꝰ ꝙ pmanētia vniformis ⁊ icōmutabilis diui eē: est qd materiale in rōne eternitatis. vnitas aūt quā intellectꝰ apprehēdit in ipa pmanētia diui eē inquātū ē vniformis ⁊ interminabilis ⁊ tota simul: cōplet rōnē formalē eternitatis p oppositū ad tpus qd est numerus prioris ⁊ posterioris in motu sibi succedētiū habens principiū ⁊ finē.

Quinto. Notandū est ꝙ eternitas et nūc eternitatis sūt oino idē re: differūt tñ rōne ſm ꝙ intellectꝰ nr̄ deuenit in hoꝝ cognitionē ex tēpore ⁊ nūc tēporis in creaturis. vñ sicut tēpꝰ est mēsura motꝰ ⁊ nūc tēporis ē mēsura rei mobilis ꝓut inqt phus 4° phisicoꝝ. ita itellectꝰ apprehēdit eternitatē tanq̄ mēsurā eē diui qd rñdet motui inqtū significat p modū actꝰ. et apprehēdit nūc eternitatis tanq̄ mēsurā ipius rei p tale eē existis. s. dei. Intellectus siqdē nr̄ sicut apprehēdit in tēpore quādā extensionē duratiōis ex ꝯtinuitate ⁊ successiōe motus pmi mobilis. manēte ipa suba pmi mobilis eadē ⁊ inuariabili ſm se: ita apprehēdit eternitatē sub rōne cuiusdā duratiōis interminabilis ex pmanētia indeffectibili diui eē cuiꝰ magnitudinis nō est finis et p ꝯñs apprehēdit eternitatē p modum cuiusdā duratiōis ꝓtense q nec finē habꝫ nec principiū q̄uis i se ipa sit tota simul ⁊ indiuisibilis nihil successiōis aut extēsiōis hñs sed vt sup dictū est itellectꝰ nr̄ nō valet apprehēdere res diuīas sicuti sūt sꝫ ad modū quo earꝫ similitudines participant a creaturis a qbus accipit cognitionē. in qbus ſm pmanētiā motus vel actꝰ: accipit duratio magis vel minus ꝓtensa in diuturnitate. Habet preterea itellectꝰ nr̄ ex alio ꝙ apprehēdat eternitatē p modū cuiusdā duratiōis ꝓtēse: tanq̄ ppapit eternitatē toti successioni tēporis assistere et ipam in ifinitū excedere. est eīm eternitas ⁊ ante tpus et post oē tēpus ⁊ in oi differētia tēporis. vnde ꝓpter eiusmodi assistētiā eternitatis: imaginatur itellectus nr̄ eternitatē quasi sit duratio ꝓtensa ad extensionē successiōis tēporis et ꝙ ipam excedat licet eternitas in se nullā habeat ꝓtensionē sed sit mēsura idiuisibilis ſm se et sub tali cōsideratiōe ꝓportio eternitatis ad totam tēporis durationē: sit magis ꝓportio idiuisibilis ad cōtinuū. nō qdē eius idiuisibilis quod est terminus continui sed eius idiuisibilis quod extra ꝯtinuū est. huiꝰ exēplū vtcūq; pōt accipi in circulo cuius centrū est quoddā punctū existēs extra circūferētiā quod ad quālibet partē et ad quodlibet punctū habet directe oppositionē et quasi presens est oibus ⁊ simul pōt terminare lineas tractas a singulis circunferētie punctis. sic suo modo eternitas se habet ad totam tēporis successionē quasi quoddā indiuisibile extra tēpꝰ quod presens ē oīm differētie tēporis ⁊ nulli deficit. habuit eīm tēpus pteritū: pñtem sibi eternitatem. et tēpus pñs: habet eā sibi pñtē. ⁊ tēpus futurū: eternitatē sibi habebit pñtem. Et sicut intellectus noster imaginat nūc tēporis quod est in re mobili vt in subiecto tanq̄ fluat cū re mobili dū mouet ⁊ suo fluxu causet tēpus: ita ⁊ imaginatur nūc eternitatis in ipa re eterna q̄ deus est tanq̄ ei respōdeat pro mēsura inquantū est

qd indiuisibile sicut ꝛ ipa suba dei indiuisibilis ē et vt semp stans oīno inuariabile.i. nō fluens cui⁹ statu ꝛ imobilitate causet duratione eterni tatis. Et qūis eē diuinū ꝫm se sit eque indiuisibile sicut ꝛ ipa suba dei cum sit idē realr ipi: et tñ qꝛ significat per modū actus: nō habet modū significādi rei indiuisibilis. et ideo nō dr̄ mēsurari per nūc sed ꝑ eternitatē q̄ vt dictū est significat per modū cuiusdā ꝓtense duratiōis ꝛ nō ꝑ modum indiuisibilis quāq̄uā ꝛ ipa sit res indiuisibilis idē oīno re qđ deus ꝛ dei eē. Neqꝫ apprehēsio eternitatis ꝑ modū cuiusdā ꝓtensionis seu ꝓtellatiōis: obstat rōni formali ipius quā supra diximus cōsistere in vnitate vel vniformitate permanētie diuini eē. qm̄ vnitati nō opponit̄ extensio seu ꝓtellatio nec etiā magnitudo sed pluralitas ꝛ diuisio imo illa simul stare possūt etiā in creaturis sicut in vna linea ꝛ in vna supficie. Et de deo q̄ est sūme vn⁹ dr̄ in psalmo. magn⁹ dn̄s et magna virt⁹ ei⁹ ꝛc. et de diuina sapiētia dr̄ ꝙ attingit a fine vsqꝫ ad finē sapie. 8°. Ex pmissis accipi pōt duplex dr̄a ꝫm modū nostrū intelligendi inter etnitatē ꝛ nunc eternitatis. Una ex pte ei⁹ qđ mēsurat̄. qm̄ nūc eternitatis mēsurat ꝫm apprehēsionē nr̄i intellect⁹ ipsam dei subam q̄ significat̄ vt hn̄s eē. etnitas vero mēsurat ipm eē dei. est eī hoc gn̄alr̄ accipiēdū ꝙ q̄cūqꝫ mensura duratiōis mēsuret̄ eē alicui⁹ rei: ipi rei existi r̄ndet pro mēsura nūc vel instās talis duratiōis vt exēpli grā. eē mobilis inq̄ꝫm mobile est. s. motus mēsurat̄ per tp̄us ꝛ suba mobilis mēsurat̄ ꝑ nūc tp̄oris. et euo mēsurat̄ eē eiternoꝝ: ꝛ per nūc eui mēsurat̄ coꝝ suba. et pari modo dicēdū est de etnitate ꝛ de nūc etnitatis. Alia dr̄a accipi pōt qꝛ rō etnitatis ꝫm modū nr̄m intelligēdi iplicat q̄si quādā ꝓtēsionē seu ꝓtellationē ipius eē diuini r̄ndētē ꝑmanētie indefectibili ipius eē. Sed nūc etnitatis in sua ratiōe iplicat inuariabilitatē status vel statū inuariabilitatis in indiuisibili cōsistentē. nō eī rō ipius nūc etnitatis: idu dit modū extēsionis aut ꝓtellatiōis imo suo statu. i. inquātū apprehēdit̄ vt imobili statu videt̄ causare ipam eternitatis durationē. quēadmodum nūc tp̄oris inquātū apprehēdit̄ vt fluēs dr̄ causare tp̄s. Nā sicut ꝫm apprehēsionē nr̄am eē cōseqtur ipam dei subam tanq̄ꝫ ei⁹ cām vel pn̄cipiū: sic ꝛ eternitas q̄ est mēsura eē diuini: videtur secūdū modū itelligēdi cāri a nūc etnitatis qđ mēsurat dei subam scđm apprehēsionē nr̄am q̄uis re idē oīno sint. Accipiūtur pmissa in hoc et in precedēti notabili ex dictis sci Tho. pmo sentē. distin. 19ª. q. 2ª. arti. pmo ꝛ 2°. Et pma p te. q. 10. arti. pmo. 2°. 3°. ꝛ. 4°.

Quātū ad quartum articulū r̄ndēdū est ad argumēta ꝯ cōclusiōes. Ad primū ꝯ pmā ꝯclusionē negat̄ ꝯn̄a. Et ad pmā ei⁹ ꝓbationē negat̄ iterū ꝯn̄a. nō eī oportet ꝙ gn̄atio verbi in deo et in nobis terminet̄ ad idē neqꝫ eodē mō sit imo multū differēti. quō aūt gn̄atio vbi terminet̄ ad subam viuā: declarat̄ in 2° notabili. ¶ Ad 2ᵃᵐ ꝓbationē negat̄ assūptū nec valet ꝯn̄a sue ꝓbationis. qm̄ filij hoīum nō ꝓducūtur aut gn̄ant̄ ꝑ actū intellect⁹ vt debeāt appellari verba quēadmodū fili⁹ dei ꝑ actū intellect⁹ ꝓducit̄ ꝛ gn̄atur vt in 2° notabili deductū fuit. ¶ Ad 2ᵐ r̄ndet .S. Tho. pmo sen. disti. 13ª. ar. 3°. ad 3ᵐ. ꝙ ꝓcessio amoris inq̄ꝫᵐ hm̄oi. i. ex sua rōne formali: nō hꝫ ꝙ ꝑ ipam natura ꝓducētis cōicet̄ sed hoc hꝫ inq̄ꝫᵐ est i diuinis vbi nō pōt eē aliq̄d impfectū vel accn̄s. et ideo spū sctūs q̄ est amor pr̄is ꝛ filij ꝫm rōnē sue ꝓcessiōis formalē absolute loquēdo: nō hꝫ ꝙ cōicet̄ sibi natura dīna. et ꝑ ꝯn̄s processio ei⁹ nō pōt dici gn̄atio ꝫm ꝓpriā ꝛ formalem rōnē. Idē in sūa dicit pª pte. q. 27. ar. 4°. Et de poᵃ dei. q. vel materia. 10. ar. 2°. ad 22ᵐ ¶ Ad 3ᵐ negat̄ assūptū. nō eī necesse ē ꝙ formalis termin⁹ gn̄atiōis accipiat eē ꝑ gn̄ationē ꝫ illud ꝯtingit qn̄ termin⁹ a q̄ gn̄atiōis ē puatio vel potētia sicut declaratū fuit d. 5ª. disti. ¶ Ad primū ꝯ 2ᵃᵐ ꝯclusionē r̄ndet. S. Tho. pª pte. q. 41. ar. pº. ad 3ᵐ. ꝙ actio ꝫm ꝙ iportat originez mot⁹ infert ex se passionē. sic aūt nō ponit̄ actio in dīnis ꝑsonis. vñ nō ponūt̄ ibi passiōes ꝛ actiones nisi gramatice loq̄ndo q̄ꝫᵐ ad modū significandi sicut pr̄i attribuim⁹ gn̄are ꝛ filio gn̄rari. hec ille. Ex qb⁹ ptꝫ ꝙ in dīnis gn̄are nō īfert gn̄ari nisi ꝑ modū cuiusdā ꝯsequētie verbi passiui ad verbū actiuū. et hoc ꝓuenit qꝛ itellect⁹ nr̄ inuenit in creaturis passionē inferri ex actiōe. vñ in mō intelligēdi ꝛ significādi natiuitatē filij a pr̄e vtit̄ noībus actiōis ꝛ passiōis q̄uis in deo nulla sit ꝓprie actio aut passio. Pōt etiā dici ꝙ gn̄rare īfert gn̄ari ꝑ modū ꝯsequētie relatiuoꝝ q̄ posita: se adinuicē ponūt. infert̄ eī. si pr̄ est: fili⁹ ē et ecōuerso. gn̄rare siq̄dē ꝛ gn̄rari relatiōes sūt q̄uis habeāt modū significādi actionū ꝓut dictum fuit in 3° notabili. vñ gn̄ari seqtur ad gn̄rare sicut filiatio ad pr̄nitatē. qꝛ si vnū ē: alīd est. nō ꝙ vnū sit principiū actiuū alterius nisi forte talis modus loquēdi admittatur vel per cōcomitantiam prout dictum fuit in tertio notabili.

ea ratione q3 gñare qð est ipa paternitas: adiũ
gitur vel cõcomitaẽ eẽntiã diuinã in patre.q̃ vt
sic:est p̃ncipiũ formale filij ⁊ per ɔ̃sequẽs filiatio
nis. vel p̱ presuppositionẽ eo q̱ gñari qð est rela
tio filiatiõis: p̃supponit in p̃re gñare.i. paternita
tem inq̃^{m} est ꝓprietas cõstituẽs patrẽ. Ad 2^{m}
p̃z respõsio p̱ dicẽ. nec simile est de relationibus
in creaturis ⁊ in diuinis sicut patuit in 3° nota-
bili. ¶Ad 3^{m} negatur minor loq̃ndo in diuinis
p̃buo autẽ loquit⁹ est de ꝓducere ⁊ ꝓduci pro-
ut sũt actio ⁊ passio in creaturis. ¶Ad argumẽ
ta cõtra 3^{am} ɔclusionẽ. Ad p̃mũ negatur maior.
nã si mora accipiẽ s̃m vsum loquendi: significat
diuturnitatẽ vel tractũ magnũ tẽporis ⁊ sic cõ-
stat q̱ nõ est tẽpus sed cõditio tẽporis. Si autẽ
mora accipiaẽ large ⁊ extra vsum loq̃ẽtiũ .s. p̱
quacũq3 successiõe: neq3 sic est tẽpus. nã tẽp⁹ nõ
est ipa successio sed est cũ successiõe. tẽpus eñ ẽ
numer⁹ prioris ⁊ posterioris in motu q̃ sibi inui
cem succedũt. successio aũt nõ est numer⁹ s3 pre
supponit ⁊ seq̃tur numer̃ prioris ⁊ posterioris.
vñ argumẽtũ nõ cõcludit. ¶Ad 2^{m} negaẽ mi-
nor. nã vniformitas iportata in rõne eternita-
tis nõ opponiẽ directe motui sed difformitati tẽ
poris q̃ cõsistit in numero prioris ⁊ posterioris
accepto in motu. ¶Ad 3^{m} negaẽ minor. nõ eñ
eternitas est mẽsura vniformitatis eẽ diuini sed
est mẽsura ipius eẽ diuini. vniformitas aũt ⁊ p̱-
manẽtia diuini esse hñt se vt materiale in eterni
tate, put dictũ fuit in 4° notabili. ⁊ per ɔ̃ns hñt
rõnẽ mẽsure. nã eternitas dr̃ mẽsura diuini esse
et quãtũ ad sui materiale ⁊ quãtũ ad sui forma
le. quẽadmodũ ⁊ tẽpus quãtũ ad vtrũq3 est mẽ
sura mot⁹ .s. quãtũ ad materiale ⁊ formale. non
eñ tẽpus est numer⁹ numerans siue abstractus
sed numer⁹ numerat⁹ .i. numerus rer̃. vñ ⁊ eter
nitas nõ dr̃ vnitas abstracta s3 vnitas rei .s. per
manẽtie vniformis ⁊ inuariabilis inq̃^{m} est tota
simul ita q̱ hoc totũ iportaẽ nõie mẽsure eterni
tatis. ¶Ad 4^{m} negaẽ minor quãtũ ad exposi-
tionẽ quã arguẽs dat de hoc q̱ tẽpus est nume-
rus mot⁹. nã falsũ est q̱ tẽp⁹ sit numer⁹ .i. sũma
successionũ sicut decẽ vel mille. nõ eñ tẽpus est
numerus numerãs quẽadmodũ decẽ vel mille
sed numer⁹ numerat⁹ ꝓut p̃hus tradit 4° phi
sicor̃. et ita neq3 eternitas est sũma durationis
vt arguẽs chimerizaẽ. sed est ipa duratio diuini
esse. ¶Ad 5^{m}. dicẽ q̱ minor est falsa. nã vt dic-
tum est sicut eternitas iplicat in sua rõne tanq̃
materiale vniformitatẽ: ita ⁊ incõmutabilitatẽ.
Et cũ arguit cõtra hoc ex eo q̱ aliud attributũ
est incõmutabilitas ⁊ aliud eternitas: dicamus
q̱ illud est ver̃ accipiẽdo incõmutabilitatẽ for-
maliẽ inq̃tũ talis ꝓprietas: sed si accipiaẽ p̱ in-
tellectũ incõmutabilitas inquãtũ hab3 rationẽ
mẽsure duratiõis modo quo sup̃ dictũ est i 4°.
notabili: includiẽ in rõne etnitatis. ¶Ad argu-
mẽta ɔ̃ 4^{am} ɔclusionẽ. ad p̃mũ negaẽ assumptũ
et ad eius ꝓbationẽ dr̃ q̱ maior est falsa cũ sua
ꝓbatione. Neq3 valet similitudo de indiuisibili
qð est pũctus ⁊ de indiuisibili qð est nũc. nã pun
ctus cũ ꝓprie sit indiuisibile linee: nõ inueniẽ ex
tra lineã. Sed nũc nõ est p̱ se ⁊ formaliẽr loquen
do indiuisibile successiõis sed est indiuisibile du
rationis q̃ in aliq̃bus ẽ cũ decursu vt in motu ⁊
rebus mobilib⁹: in alijs vero rebus ẽ sine decur-
su vt in deo p̱fectissime ⁊ in angelis quantũ ad
eor̃ sub̃am ⁊ eẽ. vñ falsum est qð subiungit q̱ .s.
indiuisibile duratiõis nõ põt imaginari nisi ter-
min⁹ decursus duratiõis q̃ est successio. neq3 ar-
guens habet illud ꝓbatũ vt fingit. ¶Ad 2^{m} ne
gatur maior p̱serti q̃tũ ad iã ⁊ modo q̃ s̃m mo
dum significãdi ⁊ vsum loquẽtiũ: sũt aduerbia
tẽporis et per ɔ̃ns nõ eq̃pollẽt ipi nunc. instans
aũt si dicaẽ a stãdo vt instãs sit indiuisibile du
rationis vniformiter vel in eodẽ statu p̱manen
tis: sic eq̃pollet ipi nũc ⁊ habet locum in deo. vñ
minor argumẽti ad hũc sensũ est falsa. et ad ei⁹
ꝓbationẽ negaẽ assumptũ. nõ eñ verũ est q̱ in
stans semp̱ dr̃ ab instãdo vel accedẽdo nec ar-
guens ꝓbat. ¶Ad 3^{m} negatur minor. ⁊ ad eius
ꝓbationẽ dr̃ q̱ q̃uis illa cõueniãt ipi nũc in re-
bus materialib⁹ ⁊ mobilib⁹: nõ tñ ei ɔ̃ueniũt s̃m
sui formalẽ ⁊ absolutã rõnẽ. ¶Ad 4^{m} negatur
assumptũ. neq3 valet cõparatio inducta q3 hic
⁊ ibi: sunt dr̃e solius positiõis localis. sed nunc
nõ tñ est dr̃a tẽporalis sed etiã eternitatis etiã
aduerbialiter sumptũ. vñ nõ est verũ q̱ semper
dicaẽ in ordine ad tũc tanq̃ ad dr̃am eiusdem
durationis. verũ est tñ q̱ per itellectũ nostrum
potest attribui deo nũc in cõparatiõe ad tunc ⁊
olim ⁊ similia in tempore. Sed ista cõparatio ẽ
ad ea que sunt diuersar̃ rationũ ⁊ alterius ordi
nis. Quod autẽ verba preteriti ⁊ futuri tẽporis
ad que consequẽter se hñt tunc ⁊ olim ⁊ cetera
aduerbia tẽporalia dicãtur de deo in scripturis
nõ arguit q̱ in deo tẽpus p̱teritũ aut futurũ sit.
nec q̱ aduerbia tẽporalia deo cõueniãt. sed ille
modus loquẽdi assumiẽ inquãtũ eternitas que
est mensura eẽ diuini: est presens oĩbus differẽ
tijs tẽpor̃ et oĩa tẽpora concludit nõ q̱ in deo
sit variatio s̃m differẽtias tẽpor̃ prout sanctus
Tho. inquit p̃ma p̱te. q. 10. ar. 2°. ad 4^{m}. vnde
videtur arguens in tota ei⁹ argumẽtatione nõ

transcēdere tēporis durationē τ ea q̄ tēpori pro
pria sūt. ¶Ad 5m. p3 respōsio sicut ad 4m. vñ
solutio ibi posita bona est. nec valet ei⁹ īprobatio.
nō eñi est similis distinctio. nā de rōne for-
mali filij inq̄3m huiꝰ est ꝙ referat̄ ad patrē. sed
falsum est ꝙ nūc absolute loquēdo ex sua forma
li rōne idē sit qḋ instans τ de nouo accedēs. ista
eñi ꝯueniūt ipi nūc tēporis nō oīm. et ꝑ ꝯñs nec
dici relatiue ad tūc. ¶Ad argumēta ꝯ 5am ꝯclu
sionē. Ad pͥmū p3 rñsio per ea q̄ dicta sūt ad ar
gumēta 4e. ꝯclusionis. nec reuera est ꝓbatū qḋ
arguēs fingit se ꝓbasse. ¶Ad 2m. dr̄ ꝙ ratio il-
la ꝓcedit de nūc tēporis de q̄ loquit̄ꝰ est ꝓbus
et eiꝰ coinētator. neq3 est veꝝ ꝙ ipi loquātur de
quiditatiua rōne ipius nūc ꝓut absolute τ in to
ta sui cōitate cōsiderat̄ q2 nō est vna rō q̄ditati
ua τ specifica ipoꝝ nūc. nā duratio τ nūc nō vni
eo factibilē infinitā: ꝛ tunc posset infinitā facere qḋ est falsū. aut nō videt aliquā infinitā factibilē et tūc sequiꝛ ꝙ nō pōt in infinitū facere maiorē. ¶ 3ᵒ. Quātacūqȝ forma pōt fieri a deo successiue: tāta pōt simul ab eo fieri: sed nulla forma infinita pōt simł fieri a deo: ergo nec successiue inmaioꝛ ptȝ. maioꝛ ꝓbaꝛ. qꝛ ꝙ nō possit fieri simł: nō pōt ꝓuenire a pte dei cū totā suā potentiā simul habeat. nec ex pte ꝑfectiōis factibilis: qꝛ et nō repugnat simul habere gradꝰ quos iportat de natura sua. ¶ 2ᵒ loco specialr arguit Aureolus de charitate pmo sic. Impossibile em̄ est vt ꝓcedat et intēdaꝛ vt fiat terminꝰ ꝛ ingrat ꝓcessū ad eē deū. Sed ꝓcessus in dilectiōe dei in īfinitū ē ꝓcessus ad esse deū. nulla em̄ dilectio dei est īfinita nisi illa q̄ est deꝰ. ꝛ si alia dareꝛ: illa statim eēt deꝰ: cuiꝰ rō est. qꝛ adeq̄ret obiectū charitatis. nihil aūt adequat diuitatē: nisi deꝰ. ergo īpossibile est vt in dilectiōe sit ꝓcessus in īfinitū. Et si dicatur ꝙ nūqȝ ē dare talē dilectionē infinitā. qꝛ tūc eēt deꝰ: nō valet. conaretur qḋē saltē natura ad hoc ad qḋ sine intēsiōe ꝓcederet. nulla aūt natura conaꝛ vt sit deꝰ sicut nec ad aliḋ īpossibile. vñ manifeste ptȝ ꝙ ponēs formā aliquā ꝓcedere i infinitū ꝓm ꝑfectionē: necessario ponit ꝙ natura moueꝛ ꝛ conaꝛ ad īpossibile. ¶ 2ᵒ sic. Nullus ꝓcessus est possibilis nisi infra aliquā spēm. Sed cōstat ꝙ si ꝓcessus dilectiōis in īfinitū esset adeptꝰ: dilectio īfinita q̄ ptineret ad illū ꝓcessū eēt extra limites spēi. nā eēt deus. ergo dilectio creata nō pōt intēdi in īfinitū. ¶ 3ᵒ sic. Deus nō est intm̄ diligibilis a nobis inq̄tū est diligibilis. ſȝ nō est plus diligibilis a se q̄ȝ in īfinitū. ergo nō est a nobis diligibilis in īfinitū. ꝛ ꝑ ꝯñs actꝰ dilectiōis nō pōt in īfinitū ꝓcedere. ¶ 4ᵒ sic. Oīs actus dilectiōis possibilis respectu dei: est virtualr ꝯtētus in volūtate nr̄a. Probatū ē em̄ sup̄. ꝙ charitas nō affert nouā actionē ad volūtatē ſȝ tm̄ illā disponit. et sic tota actiuitas respectu oīm actuū reduciꝛ ad volūtatē: vel saltē ad liberū arbitriū vel ad illḋ qḋ hȝ actiuitatē in aīa respectu actuū volūtatis q̄dcūqȝ sit illḋ. ſȝ ꝯstat ꝙ nulla actiuitas q̄ sit in nobis pōt in actū possibilē intēdi in īfinitū qꝛ oēs tales actus eēnt virtualr in illa potētia a q̄ ꝓcedūt actiue q̄cūqȝ sit illa: ꝛ ꝑ ꝯñs illa eēt virtualr īfinite ꝑfectionis qḋ eē nō pōt. ergo actꝰ dilectiōis nō pōt ꝓcedere i infinitū. ¶ 5ᵒ sic. Si charitas posset in īfinitū augeri: xp̄s meruisset sue charitatꝭ augmētū. qḋ dubiū em̄ q̄n eliceret actꝰ intēsiōis charitatis: q̄bꝰ et sibi meruit gl̄iam corporis ꝛ nobis multiplicē gr̄am. Et q̄ ptȝ ꝙ actꝰ eiꝰ fuerūt meritorij: actꝰ aūt meritorij merenꝛ charitatis augmētū ꝓm illud Aug. Charitas mereꝛ augeri: ſȝ ꝯstat ꝙ xp̄s nō potuit crescere i charitate sicut nec in gr̄a ſȝ illud Ioan. pᵒ. Vidimꝰ gl̄iam eiꝰ gl̄iam q̄si vnigeniti a p̄re plenū gr̄e ꝛ veritatꝭ. ergo charitas hȝ sūm ū vltra qḋ ꝓcedi nō pōt. hec ille. Ad idē arguūt alij sic. Oīs natura q̄ deducibilis est de puo ad magnū si nō hȝ terminū in maximo: nō hȝ terminū in minimo sicut ptȝ in magnitudine molis in qua sicut ē possibilis ꝓcessus in īfinitū augmētādo: ita ē possibilis diminuēdo q̄ntū est ex natura q̄ntitatis. Sed in oīm forma recipiēte magis ꝛ minꝰ ē dare terminū in minimo ex ipa natura forme. ergo ē dare terminū in maximo. Preterea natura gn̄is magis req̄rit pluralitatē graduū specificoꝝ q̄ȝ natura forme specifice pluralitatē graduū intēsiōis ꝛ remissiōis. Sȝ infra naturā gn̄is nō pōt ꝓcedi in īfinitū in pluralitate graduū specificoꝝ: sed est dare sup̄mū ꝛ īfimū vt in gn̄e aīalis sup̄mos gradus est natura humana: Infimꝰ vero aliq̄ spēs licet nobis ignota. maioꝛ ptȝ qꝛ nulla natura gn̄is ē sine pluralitate spēꝝ actu ente vel possibili. ¶ 3ᵒ loco dicit ꝙ motiua nr̄a nō valēt. Primo q̄n nō est verum ꝙ possit charitas augeri qꝛ est ꝑticipatio charitatis infinite q̄ deus ē ꝙ ꝓm hoc posset bonitas ꝓcedere in infinitū ꝛ veritas. ꝛ sic de alijs cū sint ꝑticipatiōes diuine bonitatꝭ ꝛ veritatis. imo ꝛ oīs creatura ē quedā ꝑticipatio entitatis diuine. ¶ 2ᵒ. qꝛ nō est verū ꝙ capacitas creature possit in infinitū elargari. qꝛ si accipiatur capacitas voluntatis pro potētia subiectiua ipius aīe: ipa nō pōt intēdi in īfinitū nec etiā pōt suscipere charitatē in īfinitū. qꝛ si eēt i potētia ad infinitos gradus charitatis: eēt absqȝ oī ordine in simul. ꝛ ita deꝰ posset simł reducere in actū: alioquin nō posset sup oē possibile ꝛ eēt maioꝛ potētia aīe susceptiua q̄ȝ dei actiua. Si vero ꝑ capacitatē intelligaꝛ aliq̄ reali dispositio volūtatis in ordine ad charitatē: nec de illa verū est ꝙ possit crescere in īfinitū qꝛ de oī forma ꝓbatū est hoc eē īpossibile. et iteꝝ vanū est ponere dispositionem huiusmodi cū aīa ex hoc ꝙ ē imago trinitatis sit capax gr̄e ꝛ gl̄ie ꝓm Augu. vñ volūtas est disposita ad charitatē sicut ꝑfectibile ad ꝓpriā ꝑfectionē. nec indiget aliq̄ alia reali dispositiuo. si vero ꝑ charitatē intelligaꝛ aliq̄ḋ ꝑ modū meriti disponēs. vt pote conatꝰ ꝛ tendētia in deū: īpossibile est etiā ꝙ illud crescat in īfinitū. tū qꝛ oī create realitati repugnat. tū qꝛ in speciali repugnat dilectiōi dei. tū qꝛ oīs conatꝰ ꝯtineꝛ virtualr in ipa volūtate. qꝛ charitas nō affert acti

uitatē: sed solū disponit vt ē dictū est. cōstat aūt q voluntas nō cōtinet virtualr infinitos gradus pfectiōis. τ per ɔ̄ñs nec eius conat⁹ in infinitū po test ꝓcedere. 3°. qꝛ nō est verū q deus in infinitū possit augere charitatē. licet eñ de⁹ sit virtutis infinite: sic fundamētaliter accipiēdo virtutē. qꝛ virt⁹ est idē qđ subā. nō tñ oportet q obiectiue possit in formā aliquā infinitā. τ per ɔ̄ñs in ꝓcessum infinitū. hec ille. ¶ Ad idē arguit Egidius pmo qꝛ si per susceptionē charitatis semꝑ fieret creatura capatior τ sbilior ad suscipiēdū: nunq̄ꝫ actualr creature capacitas ſm suā totā possibilitatē τ aptitudinē eēt repleta. cū sēꝑ ſm istū modum dicēdi: ꝑ susceptionē grē fiat creatura abilior ad vlteriorē susceptionē. hoc aūt ē falsū. nā in xp̄o tota capacitas ip̄ius aīe fuit repleta tam actualis q̄ꝫ possibilis τ ſm aptitudinē ita q si vlterius fuisset augmētata in grā: nō remāsisset in eadē spē τ ꝓpter hoc ei spūs datus dr̄ nō ad mēsurā qꝛ ꝑ oēm modū fuit ei⁹ repleta capacitas. Vñ istiuꝫ q̄ dicūt augmētū charitatis eē possibile in ifinitū: dicūt xp̄m i grā augmētari nō potuisse qꝛ grā sua q̄dāmō infinita erat. ex quo apparet eos nō tenere ꝓpositū. ¶ Scđo qꝛ si charitas nō hꝫ statū in augmēto: ergo sci existētes i pr̄ia cognoscerēt se posse hr̄e maiorē charitatē q̄ꝫ habeāt vel ergo vellēt eā vel nollent. Si nollent. insipiētes essent. si vellent τ hr̄e nō possent eēnt miseri. ergo charitas hꝫ statū in augmēto.

Quantū ad tertium articulū pmo notandū est q de augmēto qualitatis τ cuiuscūq̄ꝫ forme q̄ suscipit magis τ minus: varie doctores τ antiq̄ τ moderni sēserūt. quoꝝ opiniōes. S. Tho. plerisq̄ꝫ locis tangit ꝑserti in hac disti. q. 2ª. ar. p°. τ 2°. et pª. 2ᵉ. q. 52. ar. p°. τ. 2°. et 2ª. 2ᵉ. q. 24. ar. 4°. τ. 5°. et de vir. in cōi. ar. xj°. Que autē fuerit mēs. S. Tho. in hac materia: nō oēs eı⁹ doctrine seq̄ces: iudicio meo satis attigerūt. Est ergo pmo ɔ̄siderādū pro hūdo vero itellectu sm̄ doctoris q formaꝝ seu q̄litatū q̄ augeri dicunt τ suscipiūt magis τ min⁹: q̄dā sūt q̄ ſm seipas vel ſm aliq̄d sui sortiunt rōnē spēi sicut calor albedo nigredo τ alie hmōi q̄litates nō dicunt nec spēm hn̄t in ordine ad aliđ sibi extrinsecū. τ haꝝ formaꝝ seu q̄litatū ꝓp̄a rō τ spēs cōsistit in idiuisibili. ita q nec in plus excedere nec i min⁹ deficere pōt. nā vt p̄hus inq̄t. 8°. methaᵉ. spēs reꝝ sūt sicut nūeri in q̄b⁹ additio vel diminutio variat spēꝫ. ¶ Alie forme seu q̄litates sūt q̄ nō ſm seipas sed ex aliq̄ ad qđ ordinant: spēꝫ recipiūt sicut ex agente a ēmino vel fine. quēadmodū mot⁹ hitus dispositio τ alie silēs q̄litates τ istaꝝ rō vel spēs: nō cōsistit in indiuisibili. imo hmōi forme pnt ſm seipas diuersificari in plus τ in minus manēte eaꝝ spē eadē ꝓpt vnitatē ei⁹ ad qđ ordinant τ ex quo recipiūt spēm. motus eñ ſm se ē intēsior τ remissior τ tñ remanet eadem spēs ꝓpter vnitatē termini ex q̄ specificat. eo mō τ sanitas q̄ cōsistit in quadā comēsuratione vel dispositiōe ɔueniēte nature aīalis pōt variari in plus vel in min⁹. nō eñ eadē est cōmēsuratio humoꝝ τ qualitatū in oīb⁹ aīalib⁹. nec in vno τ in eodē semꝑ ꝓpter qđ p̄hs dicit x°. ethi. q sanitas ip̄a recipit magis τ min⁹ τ tñ semꝑ remanet eadē rō τ spēs sanitatis. vñ τ nomē sanitatis nō est ipositū soli pfectissime sanitati. sed τ alijs dispositionib⁹ τ cōmēsuratiōib⁹ cū quib⁹ natura aīalis cōueniēter stare pōt. Accipit̄ pdicta formaꝝ distinctio ex dictis sci Tho. pma 2ᵉ. q. 52. ar. p°. et in de vir. car. ar. 3°. in. c.

¶ Secūdo. Notādū est q ad augmētū eo mō aliq̄d se hꝫ q̄ se hꝫ ad quātitatē. qm̄ augeri nihil aliđ ē q̄ꝫ maiorē sumere q̄ntitatē. vñ sicut q̄ntitas est duplex molis. s. siue dimēsiua τ virtualis: ita τ duplex ē augmētū ſm vtriusq̄ꝫ quātitatis diuersitatē. Verū q q̄ntitas virtualis nō est aliq̄d de p̄dicamento q̄ntitatis sed dr̄ trāslatiue de eo qđ i formis τ reb⁹ alioꝝ generꝝ se hꝫ ad similitudinē q̄ntitatis corꝑalis. qꝛ eñ q̄ntitas molis seu dimēsiua ē termin⁹ q̄dā reꝝ corꝑaliū τ ſm eā pfectā magnitudinē natiuē siue debitā res corꝑales hn̄t. Inde est q nomē q̄ntitatis trāsfert ad oēm pfectione τ terminationē q̄ in reb⁹ alioꝝ generꝝ inueniunt τ ꝑ ɔ̄ñs alia noīa q̄ ſm q̄ntitatē corꝑalē accipiuntur sicut magnū τ paruū ma⁹° τ min⁹ τ silīa. Vñ sicut corp⁹ qđ mouet ad q̄ntitatē pfectā dr̄ augeri τ ip̄a q̄ntitas pfecta dr̄ magna respectu impfecte: ita illud qđ mouet de q̄litate impfecta ad pfectam: dr̄ augeri ſm q̄litatē. τ ip̄a pfecta q̄litas dr̄ magna respectu impfecte. Ex his infertur q augmētū vel decremētū ſm quātitatē virtutis: nō ꝑtinet ad spēm mot⁹ q̄ a p̄hs augmentū vel decremētū dr̄. Sed magis ad motū alteratiōis ꝑ se vel reductiue. siue hmōi augmētū q̄ntitatis virtualis attēdat in formis in cōparatiōe ad obiectū: siue in ɔpatiōe ad subm ſm intēsionē τ remissionē τ ista est mēs sci Tho. in hac distin. q. 2ª. ar. p°. vbi dicit q augmentū ſm quātitatem virtutis: nō ꝑtinet ad spēm motus q̄ augmentū dr̄ sed magis ad alterationē τ hoc modo auget

charitas ⁊ alie qualitates. hec ille. q̄ verba q̄dā male intelligētes: dixerunt fuisse in hoc loco de mēte sctī Tho. q charitas nō reciperet augmētum qd illi vocant ſm magnitudinē, put aliqd dicit̄ maius sed q eius incremētū diceretur motus alterationis ſm quē nō accipitur maioritas vel minoritas sed dr̄ aliqd magis vel minus. dicunt tñ isti q alibi sctūs doctor quasi se corrigēs cōplexi⁹ dixerit. s. q charitas nō solum augetur put est in subiecto ſm intēsionē: sed etiā in cōparatione ad obiectū ſm extēsionē cōtinuā vel distinctā. Sed reuera isti decepti sūt putātes q augmētū ſm quātitatē virtutis in cōparatione ad subiectū: sit p motū alterationis ⁊ nō ſm magnitudinē. et in cōparatiōe ad obiectū sit p motum augmēti qd vocāt ſm magnitudinē. quod est quid fictitiū. nā cū augmentū, ppue ptineat ad q̄titatis genus ⁊ trāsferat̄ per quandā similitudinem ad formas de gn̄re qualitat: oportet q ⁊ ipa quātitas ⁊ magnitudo per translationē dicatur esse in qualitatib⁹ ſm quā augmentū in ipis assignari debet. vn̄ siue, ppue siue trāslatiue nō pōt eē augmētū sine quātitate ⁊ magnitudine cōtinua vel discreta. imo repugnat dare augmentū sine magnitudine. Cum ergo isti ponāt augmentū in qualitatib⁹ in cōparatione ad subiectum: necesse hn̄t ponere in eis suo mō quantitatē siue magnitudinē. nec em̄ q̄r augmentum in qualitatib⁹ dicit̄ augmentū virtutis: ideo excluditur quātitas vel magnitudo in quo isti falluntur. Imo ipa virtus forme vel qualitatis a qua denoīatur augmētū virtutis: est quedā ipsius qualitatis quātitas seu magnitudo. forme em̄ ⁊ qualitates: suā hn̄t magnitudinē ⁊ quantitatem. q̄ est ipa eax̄ pfectio prout sctūs Tho. inquit in hac distin. loco p̄alle. ppter quod Augu. dicit 6°. de tri. q in his que nō mole magna sūt: idem est esse maius qd melius. maius autē sine q̄titate ⁊ magnitudine nō est ⁊ per ɔn̄s nec melius. Patet igitur falsuz eē qd isti vlterius dicūt q vbi sunt gradus ſm magis ⁊ minus: ibi est alteratio nō augmentum. vbi aūt sūt gradus ſm magnitudinē: ibi est augmētū absq̄ alteratione nam magis ⁊ minus esse nō possūt sine augmēto. Isti aūt videntur decipi existimātes q intēsio ⁊ remissio ſm quā attendit̄ magis ⁊ minus: nō importat magnitudinē seu q̄titatē qd patet eē falsum ex dictis. Intēsio em̄ quedā magnitudo est pfectionis ⁊ virtutis ⁊ ſm eam attēdit̄ augmentū virtutis. vn̄ ⁊ qualitates vel magis proprie subiecta p eas: ſm magis ⁊ minus dicūtur augeri. Quod etiā isti separāt augmentū ab alteratione dicētes q vbi est alteratio nō est augmentū ⁊ ecōtra. nō satis docte est dictū. qm̄ intensio: termin⁹ est alterationis, put docet phūs 4° phisicox. in his q̄ rare fiūt. Isti aūt vt videtur sumpserūt occasionē ex p̄missis verbis sācti Tho. dicētis q augmētū ſm quātitatē virtutis: nō ptinet ad spēm motus qui augmentū dr̄ sed magis ad alterationē. Sed aliud est dicere motum augmēti. ⁊ aliud est dicere augmētum, put pax infra sctūs doc. expressit. cōcedimus em̄ q vbi est alteratio: nō est motus augmēti proprie dictus: sed nō ideo sequit̄ q nō sit ibi augmētū. motus em̄ augmēti: p se terminat̄ ad quātitatē. qm̄ aūt termin⁹ per se mot⁹ nō est q̄titas de genere quātitatis sed alia forma quā consequitur quātitas suo modo: nō dicit̄ per se motus augmenti sed vel gn̄ratio vel alteratio. vn̄ ⁊ in verbis p̄missis. S. Tho. augmētū vocat ſm q̄titatem virtutis. quod tñ augmētū dicit nō ptinere ad spēm motus qui dicitur motus augmēti ſm phos. Cum aūt dicimus quātitatē virtutis seu pfectionis: genitiu⁹ cōstruit̄ intrāsitiue vt sit sensus quātitas que est virtus vel pfectio. et accipitur nūc virtus nō stricte ſm q dicit̄ respectu obiecti vel opationis: sed large ſm q virtuale opponitur materiali seu moli. Aduertēdū tñ q formis ⁊ qualitatib⁹ per accn̄s cōpetit q̄titas molis. s. rōne subiecti sicut albedo dicit̄ quāta ⁊ magna ⁊ parua: q̄r subm eius est quātū ⁊ magnum aut paruū ⁊ augmētato subiecto ſm quātitatē dimēsiuā: augmētant̄ per accn̄s qualitates ⁊ forme que in subiecto existūt. albedo em̄ dicit̄ maior sicut ⁊ albū dicitur maius. nō em̄ aliter p̄dicantur ea q̄ pertinēt ad augmentū hmōi de albedine ⁊ de alijs qualitatib⁹ corporalib⁹: q̄ꝫ de subiecto. nā eius rōne eiusmodi qualitates per accn̄s augeri dicūtur. Accipiunt̄ p̄missa ex dictis sctī Tho. in hac disti. q. 2ª. ar. p°. ⁊ p°. 2ᵉ. in loco p̄alle. et de vir. in cōi: loco s̄alle. s. ar. xi°.

Tertio. Notandū est q omnibus qualitatib⁹ ⁊ formis: cōis est rō magnitudinis seu quātitatis que attēdit̄ in ipa pfectione forma̅ ſm q August. dicit 6°. de tri. in his q̄ nō mole magna sunt: hoc est maius eē qd est melius eē. nā melius dicit̄ qd pfectius est. et ſm hanc quātitatē: cōpetit quibusdā augeri vel diminui in subo ſm intēsionē ⁊ remissionem. Alique tñ qualitates preter istam magnitudinē hn̄t aliā quātitatē ⁊ ſm eam dicūtur augeri vel diminui ex parte. s. obiecti vel actus siue effectus eax̄. sicut aliquis dicit̄ magne virtutis q̄r magnā rem qualitercunq̄ facere pōt suo

magnitudine dimēsiua: vt si magnū pond⁹ pōt ferre ꝛ sm quātitatē discretā: vt si ad multa ei⁹ virt⁹ se extēdit. quēadmodū dr̄ q̄s magne sciētie aut v̄tutis eo ꝙ plures ꝯclusiones nouit ꝛ ad plura opa faciēda se extēdit. siue magnitudine ꝑfectionis: vt si possit in aliqđ bonū magnū aut difficile. ꝛ sm hāc magnitudinē vel quātitatē: attendit augmētū in formis ꝛ q̄litatib⁹ sm extensionē. ꝛ pōt fieri ꝑ additionē sicut cū aliq̄s plures ꝯclusiones geometrie aut philosophie addiscit: auget in eo hit⁹ sciētie. sic sentit. S. Tho. de vir. in cōmuni. ar. xi°. ad. 10m. et in hac. d. q. 2a. ar. p°. ad. 2m. et. 2a. 2e. q. 24. ar. 5°. ad pmum.

Quarto. Notādū est ꝙ sicut esse nō est forme sicut ei⁹ qđ est sȝ subiecti ꝑ formā: ita nec fieri qđ terminat ad eē: forme ē sed subiecti. Sicut eni forma ens dr̄ nō q2 ipsa sit si ꝓprie loquamur sȝ q2 ea aliqđ est: sic ꝛ forma fieri dicit nō q2 ipsa ꝓprie loq̄ndo fiat: sed q2 ea aliqđ fit. s. subiectū. Unde q2 augeri importat q̄dāmodo fieri licet nō simplr: cū dicit formā aliquā augeri vel intēdi: non est sic intelligēdū q̄si ipsa forma vel q̄litas sit ꝓprie loquēdo id qđ auget vel intēdit: sed ꝙ sm eam sbm auget ꝛ intēdit ꝛ hec est mens. S. Tho. in hac. d. q. 3a. ar. p°. ad. 3m. ꝛ. 2a. 2e. q. 24. ar. 4° ad. 3m. ꝛ. ar. 5°. in. c. et magis expsse in de vir. in cōmuni. ar. xi°. in. c. Nec est ꝯtrariū qđ dicat 9° q̄dlibȝ. ar. 13°. ibi eni inq̄t ꝙ cū dicim⁹ charitatē sm eēntiā augeri: ꝑpositio sm denotat sbm augmenti vt sit sensus: ipsa essētia charitatis auget. ista inquā nō aduersant dictis. naȝ hoc loco. S. doctor ꝑtēdit ꝙ cū dr̄ charitatē essētialit aut sȝ essētiā augeri: nō designat eēntia charitatis tāq̄ȝ forma ad quā terminat mot⁹ augmēti vt sit sensus auget sȝ eēntiā: idest augmētū charitatis est mot⁹ ad ei⁹ eēntiā sicut dr̄ augmētū sm quātitatē: q2 est mot⁹ ad quātitatē. Et ideo dicit ꝙ in ꝑmissa loqutiōe ꝑpositio sm: denotat sbȝ augmēti idest denotat ꝙ eēntia charitatis ē id qđ augetur: nō termin⁹ ad quē fit mot⁹ augmēti ꝓut in ꝑncipio articuli arguebat. ꝛ tū illud dictū. s. eēntiā charitatis esse sbȝ augmēti ꝛ eē id qđ auget: nō ideo dictū est q̄si ꝓprie loquēdo sit sbm cum sit forma q̄daȝ accidētalis Sed accipit large sbȝ pro oī eo cui agere vel fieri q̄litercūq̄ȝ attribuit. agere siq̄deȝ ꝛ fieri ꝛ esse: attribuūt formis ꝛ accidētib⁹ formalit tū nō effectiue aut subiectiue. dicim⁹ eni albedinē disgregare ꝛ calorē calefacere ꝛ visū videre ꝛ sic d ceteris formis: nō q2 actiones hūiōi ꝯueniāt formis ꝛ accidētib⁹ tāq̄ȝ subiectis aut suppositis agētib⁹. sed quia sunt illud quo formalit ipsa subiecta aut supposita agunt. vnde in hūiōi loqutionib⁹ subiectū magis tenetur grāmatice q̄ȝ phice. Est ergo breuiter mens sancti Tho. ꝙ cū dicit charitas sm essentiā augetur: nō significat ꝙ essētia charitatis sit terminus ad quē charitas mouet motu augmēti. naȝ sic magis esset gn̄atio quedā. ꝛ aliqđ moueret ad acq̄rendū suā essentiā qđ est absurdū. Sȝ est sensus ꝙ ipsa essētia charitatis auget vt sbm. i. est illud qđ dr̄ augeri. hoc intelligendū est eo modo q̄ agere ꝛ fieri ꝯueniūt formis ꝛ essentie ꝑut dictū est. Et ꝙ ista fuerit mēs sancti Tho. cōstat ex dictis ei⁹ in locis ꝓximo all'. Aduertēdū tū ꝙ licet augmētū charitatis nō sit mot⁹ ad ei⁹ essentiā formalit loquēdo vt dictū est: est tamē mot⁹ ad ipsi⁹ essentie quātitatē q̄ est ipsa ei⁹ ꝑfectio nō absolute ꝛ sm se: sed respectū subiecti nā cū essētia charitatis sȝ doctrinā scti Tho. non hēat in se grad⁹ sȝ ꝯsistat in idiuisibili: nūq̄ȝ sibi deest sua ꝑfectio intrīseca. Nulla ē eni qualitas q̄ in se nō habeat totā sue essentie intrīsecam ꝑfectionē ꝛ ꝑ ꝯn̄s totā sue essētie quātitatē virtualē seu ꝑfectionis: ꝛ tū augmentū q̄litatis dicit esse ad sue essētie maiorē ꝑfectionē in subiecto ꝛ per cōsequēs ad vlteriorē terminationē: hoc est dictu ꝙ augmētū qualitatis attendit in hoc ꝙ sbm q̄litatis magis ac magis ꝑficit actuatur ꝛ terminatur ꝑ vnā ꝛ eandē simplicē ꝛ indiuisibilē formam q̄litatis. nō enim ꝑfectio essētialis qualitatis q̄ dicit augeri: vno modo sȝ multiplicit participat a subiecto ꝛ sm hūiōi diuersitatis participationē: attēdit augmētū ipsi⁹ q̄litatis sm essētiā nō in se sed in sbo modo supra exposito. Et si q̄rat q̄modo i quātitate. i. i ꝑfectione forme attēdit augmētū ei⁹: cū dictū sit supra ꝙ ꝑfectio forme aut q̄litatis ꝯsistit in indiuisibili sicut ꝛ ei⁹ essētia ꝛ augmētū in idiuisibili fieri nō pōt. respōdem⁹ duplicit vno modo ꝙ licet ꝑfectio essentialis forme q̄ augeri dicit ꝯsistat in indiuisibili sm se: q2 tū a sbo nō idiuisibilit sȝ diuisibiliter ꝛ magis ac magis participat. Ideo dicitur augmētū forme eē sm quātitatē. i. ꝑfectionē ei⁹ q2. s. sm ipam forme indiuisibilis ꝑfectionē: sbm auget ꝛ ꝑficit. nā vt supra dicebat hoc ē formaȝ augeri. i. ꝙ sbm sm eam auget. ꝛ si fiat vis i modo loquēdi q2. s. dicim⁹ augmētū forme aut q̄litatis ꝛ attendi sm ipsi⁹ ꝑfectionē ꝛ ex hoc arguatur ꝙ grad⁹ ꝑfectionis nō sunt solū⁹ subiecti. dicimus ꝙ licet instātia ista soluta sit per supradicta eo ꝙ forma recte ꝛ proprie dicatur augeri q2 secūdū eam aliqđ auget sicut ꝛ fieri dicit q2 sm eam aliqđ fit: tū ex abundanti respōdem⁹ 2° ꝙ

v

forme q̃ dicit augeri: duplex potest considerari
ꝑfectio. vna intrinseca ⁊ essentialis ⁊ hec vt dictū
est ↄsistit in indiuisibili. alia est ꝑfectio accidēta-
lis q̃ ↄuenit forme vel qualitati ab extrinseco. s.
fm̄ diuersam participationē subiecti. i. fm̄ ꝙ sbꝫ
diuersimode participat vnā ⁊ eandē formā. dici
tur enī albedo intēsior ꝑfectior q̄ꝫ remissa nō qꝛ
aliqd plus hēat de intrinseca ⁊ essentiali ꝑfectio-
ne albedinis: sꝫ qꝛ ꝑfecti⁹ a subiecto participat
⁊ ipm̄ ꝑfecti⁹ actuat: vt hoc qd̄ est ꝑfecti⁹ parti-
cipari a sb̄o ⁊ ipm̄ ꝑfecti⁹ actuare: sit q̄dā ꝑfectio
ipsi⁹ forme q̄si quadā extrinseca denominatione
sicut dicim⁹ ꝙ vna ⁊ eadē lux solis nullo modo
fm̄ se aucta aut in aliq̄ sui gradu variata: perfe-
ctior est ⁊ darior i aere sereno q̄ꝫ in nubiloso. qꝛ
a sereno ꝑfecti⁹ participat q̄ꝫ a nubiloso. Ex su-
pra notatis inferunt sequentes ↄclusiones fm̄
mētē. S. Tho. Prima ē ꝙ forme seu q̄litates q̄
non fm̄ se ipsas vel fm̄ aliqd sui sed ex aliq̄ ad
qd̄ ordinant spēm sortiunt quēadmodū mot⁹ ⁊
quidā hitus ⁊ dispositiones ⁊ similes q̄litates d̄
quib⁹ in p̄mo notabili sub 2° mēbro disiōis ta
ctū est: duplr̄ augmētū recipiūt sicut et duplex i
eis attēdit quātitas. vna q̄ debet eis inq̄ꝫ[m] sūt
habit⁹ quidā vel dispositiones aut mot⁹. alia in
q̄ꝫ[m] sunt q̄dā forme accidētales. vno modo reci
piūt augm̄[m] fꝫ se ipsas ꝓut diuersimode se hn̄t
ad illud extrinsecū a q̄ sortiunt spēm ex q̄ diuersi
tate in hui⁹ formis attēdit q̄dā q̄si extēsiua lati-
tudo graduū infra eandē spēm in q̄b⁹ augmētū
ipsaꝝ formaꝝ vel q̄litatū ↄsiderat. nā vt ibi di-
ctū fuit spēs hui⁹ formaꝝ ⁊ q̄litatuꝫ nō ↄsistit in
indiuisibili sꝫ pōt saluari sub plurib⁹ gradib⁹ sue
latitudinis sicut ibi deductū fuit d̄ sanitate ⁊ idē
exemplū trahi pōt de sciētia. sortit enī scīa spēm
ab obiecto ꝓut dicit. 3°. de aīa qd̄ alias ↄsueuit
dici sb̄m sciētie: vñ qꝛ eadē sciētia vt geometria
non cōparat ad ei⁹ sb̄m vel obiectū indiuisibili
ter. i. scđm vnam ꝑasse ↄclusionē sed multi-
plicater fm̄ plures ↄclusiones que ad idem sb̄m
attributionē hn̄t: adeo scientia geometrie quan
dam fm̄ se latitudinē habet infra quā fm̄ plus
⁊ minus: augmentū recipere dicatur manēte ea
dem ipsi⁹ specie rōne vni⁹ formalis subiecti sal-
uatur nāqꝫ scientia geometrie in eo qui plures
conclusiones geometrales nouit ⁊ in eo q̄ pau-
cioris ⁊ in vno ⁊ eodem auget scientia geome-
trie si p̄us pauciores ⁊ postea plures conclusio-
nes cognoscat. ⁊ licet pluralitas ↄclusionū in sciē
tia magis videat pertinere ad quantitatē dis-
cretam scilicet numerum q̄ꝫ ad latitudinē que
est quantitas continua quia tamen conclusio-
nes vni⁹ scientie quādam inter se habent con-
nexionē ⁊ consequētiā quia vna d̄pēdet ab alia
⁊ omnes a p̄ncipijs: potest in eis q̄dam cōtinua
tio ⁊ per ↄsequens latitudo q̄dam assignari. Ali
lo modo attēdit augmentū in huiusmodi for-
mis aut q̄litatib⁹ in comparatione ad subiectuꝫ
cui insunt secūdū ꝙ subiectum magis ac magis
participat eandem formā inq̄ꝫ[m]. s. eadem scien-
tia vel sanitas magis. i. perfecti⁹ recipitur i vno
q̄ꝫ in alio: vel in eodem diuersis tempoꝛib⁹ fm̄
aliam ⁊ aliā aptitudinem seu dispositionem: vel
ex natura vel ex consuetudine aut alio ꝓueni-
entem. ¶ Est autem duplex differētia inter di-
ctos modos augmenti. vna qꝛ secūdū p̄mū mo
dum augmēti: ipsa forma vel qualitas non dici-
tur magis vel min⁹ talis: sed maior vel minor.
pro eo ꝙ huiusmodi augmentū est fm̄ quādaꝫ
latitudinē q̄si extensiuā vt dictū est. sed fm̄ mo-
dum augmenti scđm: nō dicit id quod augetur
maius vel min⁹ nominalit̄ sed magis vel min⁹
aduerbialiter aut intēsi⁹ vel remisi⁹. ¶ 2ª. diffe
rentia est ꝙ augmentū p̄mo modo: pt̄ fieri per
additionem. Augmētū vero 2° modo: non fit
per additionem sed ꝑ maiorē intēsionē eiusdeꝫ
forme in sb̄o. i. per hoc ꝙ subiectū magis ac ma
gis participat eandē formā. Quod aūt dictum
est in hac p̄ma ↄclusione ꝙ. s. habit⁹ recipiūt du
plicit augmētū: non debet itelligi de virtutibus
appetitiuis. nam hm̄oi virtutes nō recipiūt aug
mentū fm̄ se ipsas. sed fm̄ ꝙ insunt subiecto et
ab ipso participant. vnde in hm̄oi habitib⁹ aug
mentū attēditur sicut ⁊ in formis absolutis de
quib⁹ statim dicet. ratio aūt differētie inter ha-
bitus virtutū appetitiuaꝝ ⁊ inter v̓tutes itelle-
ctuales ⁊ alios habit⁹ est quia q̄cunqꝫ habet ali
quam virtutem appetitiuam: habet ipsaꝫ q̄ꝫ[m] ad
omnia ad q̄ talis virtus se extendit. omnis enī
temperatus habet virtutem tēꝑantie ad om
nes act⁹ ⁊ ad omnē materiam ad q̄ se extēdit: ⁊
propter hoc hm̄oi habit⁹ fꝫ se: crescere vel aug-
mentari non possunt: non sic autem est de scien
tia ⁊ arte ⁊ alijs habitibus. nō enim q̄cunqꝫ est
grāmatic⁹: scit omnia que ad grāmaticā ꝑtinēt.
vnde bene dixerūt stoyci vt simplicius ait in cō-
mento p̄dicamentoꝝ ꝙ v̓tus non recipit ma
gis nec minus sicut scientia. vel ars. eo ꝙ rō vir
tutis consistit i maximo. ⁊ huic cōsonat dictum
p̄hi p̄mo de celo: ꝙ virtus est vltimum potētie.
hec sanct⁹ Thomas p̄ma. 2ᵉ. q. 66. arti. p̄mo.
¶ 2ª. conclusio est ꝙ forme siue qualitates que
secundum se vel fm̄ aliquid sui speciem sortiun
tur sicut omnes forme absolute. i. non ordinate

per se ad aliqd extriſecū ſiue ſubſtātiales ſint ſi-
ue accidētales: augmentū nō recipiūt ſm ſe ip-
ſas. ꝛ ꝑ ꝯſequēs in ſua eſſētia nec latitudinē ha-
bent nec ſuſcipiūt magis ꝛ min⁹ in ſe ſed conſi-
ſtunt in īdiuiſibili. ꝛ ratio eſt qm̄ ꝓncipiū ſpecifi
cum oportet eſſe fixū ꝛ indiuiſibile eo ꝙ ſpecies
rerum vnitate cōplent̄ ſicut ꝛ numeri. ꝓut phs
dicit. 8°. metha^e. vnde ſicut in numeris additio
vel ſubtractio vnitatis variat ſpeciē: ita ꝛ in for
mis ꝛ rebus q̄ ſm ſe ſpēm habēt: q̄cūqꝫ additio
vel diminutio etiā vni⁹ grad⁹ vel vnitatis: ſpe
tiem variat. ꝓpt̄ qḋ in hm̄oi formis ſm ſe aug-
mentū fieri nō poteſt infra eandē ſpēm. aduer-
tendū tamē ꝙ cū dicim⁹ aliquas formas ſeu q̄li
tates eſſe abſolutas ꝛ ſm ſe ſpēm ſortiri: nō in-
tendim⁹ excludere ab ipſis formis ꝛ q̄litatib⁹ d
pendētiā quā habēt inq̄ʒ^m accidētia ſunt a ſub-
iecto. ꝑ quod ꝛ diffiniūtur. ſʒ ordinē eſſentialem
ad obm̄ vel terminū quē habent alique forme
vt patebit. ¶ 3^a. ꝯcluſio eſt ꝙ formaꝝ que ſʒ ſe
ſpēm ſortiunt̄ quedā ſunt q̄ recipi nō poſſūt in
ſbō niſi modo indiuiſibili eo ꝙ vno modo ꝑaſſe
actuāt ꝛ ꝑficiūt ſbm ꝛ in ſubiecto certā ꝛ deter-
minatā exigūt diſpoſitionē vel ſaltem nō alia ꝛ
aliā ꝛ hm̄oi forme nec ſm ſe nec ꝓut inſunt ſub
iecto augmētū recipe poſſūt: ac per hoc nec ſuſ-
cipiūt magis ꝛ min⁹. ꝛ iſte ſunt om̄s forme ſub
ſtantiales quarū ſbm eſt mā nuda in qua non ē
alia ꝛ alia diſpoſitio ac ꝑ hoc vno modo recipit
omnē formā. ꝛ etiā ille forme de genere acciden
tis q̄ ſubſtātialit̄. i. modo ſbē de altero ꝑdicant̄.
non. n. albedo dr̄ magis ꝛ min⁹ color nec calidi
tas aut ſanitas dr̄ magis ꝛ min⁹ qualitas. item
proprie paſſiones q̄ a ſbā rei emanāt. Item for
me ſeu ſpecies numerorū ꝛ figure q̄ numeri ſpe
cificant̄. ꝛ relationes q̄ ſm numeros accipiunt̄.
eo ꝙ iſtoꝝ ratio ſpecifica vnitate clauditꝰ. nō. n.
binari⁹ aut ternari⁹ triāgulus vel quādratū bi-
cubitū vel tricubitū nec duplū triplum ꝛ hm̄oi
augmētum recipiūt in ſbō: nec ſbm ſm eiuſmo-
di formas ſuſcipit magis ꝛ min⁹: q̄uis vn⁹ triā-
gulus ſit maior alio ſi habeat maiores lineas ſʒ
hoc eſt per accidens ratione quantitatis in qua
eſt. ¶ Alie ſunt forme ſeu qualitates q̄ de ſui rō
ne nō habēt ꝙ ſint in ſbō vel ꝙ illud informent
modo indiuiſibili eo ꝙ non vno modo ſed mul
tipliciter ꝛ diuerſimode poſſunt actuare ꝛ perfi
cere ſubiectū q̄uis ipſe ſecundū eſſentias ſuas
indiuiſibiles ſint ſicut albedo nigredo qualidi-
tas frigiditas ꝛ alie hm̄oi qualitates. ꝛ genera-
liter omnes forme que ſuſcipiūt magis ꝛ minus
vel magis proprie loquēdo ſm quas ſbm ſuſci-
pit magis ꝛ minus. Ratio aūt predicte diſtictio
nis accipit̄ partim ex ipſis formis: partim ex vir-
tute agentis: ꝛ partim ex natura ſubiecti. ¶ Ex
formis quidē qm̄ alique forme ſunt q̄ ex ſui ra-
tione requirūt in ſubiecto determinatā ꝛ q̄dā-
modo pūctualem diſpoſitionē ita ꝙ ſub alia diſ
poſitione vel ſub alio gradu diſpoſitiōis: nec re
cipi nec ſaluari poſſunt in ſbō. q̄les ſūt forme vl̄
qualitates q̄ ſub primo mēbro diuiſionis ꝯtinē
tur. alie vero forme ſunt q̄ ex ſui ratione deter-
minatā ꝛ pūctualem diſpoſitionē non req̄rūt in
ſubiecto ſed recipi ꝛ ſaluari poſſūt in eo ſub alia
ꝛ alia eius diſpoſitione quādoqꝫ eiuſdem ratio
nis ſicut qm̄ ſbm magis ac magis diſponit̄ ꝑ mo
tum ad calorē vel magis ac magis diſponit̄ per
ſiccitatem ad raritatē ꝛ generalit̄ quādocūqꝫ di
uerſitas diſpoſitionis accipit̄ ſm eandē qualita
tem. ꝛ in hm̄oi diſpoſitione attēdit̄ q̄dam gra-
duum latitudo nature ſubiecti ꝯueniēs ex qua
conſequit̄ graduū latitudo in ipſa participatio
ne forme a ſubiecto. nā quanto magis ac magis
diſpoſitio ſubiecti fuerit ꝓportionata forme: tā
to ipſa forma magis ac magis actuat ꝛ perficit
ſubiectū. quādoqꝫ vero diuerſitas diſpoſitionis
ſubiecti ad aliquā formam: nō eſt ꝑ eandē quali
tatem ſʒ ꝑ aliā ꝛ aliā ſicut quādo ſubiectū min⁹
diſpoſitū ad calorē per dēſitatem: magis ꝛ ꝑfe-
ctius diſponit̄ acquirēdo ſiccitatē ꝛ vlteri⁹ ma-
gis diſponit̄ ſi rare fiat. ꝛ hm̄oi diſpoſitio magiſ
ac magis ꝑfecta ſm diuerſas formas: nō ꝓprie
cōſiſtit in latitudine graduū eo ꝙ latitudo pro
prie loquendo importat continuitatem eiuſdē
forme: ſed magis ꝯſiſtit in quadā pluralitate ſi-
bi ſuccedētiū formaꝝ. vnde nō bene dicūt q̄dā
ſancti doctoris ſequaces ꝙ ipſa graduū latitu-
do ſm quā forme magis ac magis participant̄
a ſubiecto: eſt q̄ſi quedā ꝓpria paſſio ipſius for-
me vel q̄litatis. nō enim eiuſmodi latitudo ē ac
cidēs ipſi⁹ forme q̄ dicit̄ augeri. ſʒ ſubiecti. vnde
ꝛ augmētū ꝛ magis ꝛ min⁹ de ipſis formis dicū
tur nō denominatione intriſeca ſed extriſeca ab
eo. ſ. quod eſt in ſbō. forma. n. ꝛ qualitas augeri
dicitur vel ſuſcipere magis ꝛ minus: nō q2 in ſe
ipſa augmētum recipiat vel magis et min⁹. ſed
quia ſbm ſecundū eam augmētum habet ꝛ ma-
gis ꝛ min⁹ fit tale. et preterea cum propria paſ-
ſio emanet a natura ſpecifica rei cui⁹ eſt: nō poſ
ſet in ſe habere graduum latitudinem aut diui-
ſibilitatē: quin eam haberet ipſa rei natura quā
per ſe conſequitur ꝛ hoc patet inductiue in om-
nibus proprijs paſſionibus. ¶ Ex parte autem
agentis accipitur ratio premiſſe diſtinctiōis q2

quãto virtus agẽtis fortior est ⁊ minꝰ impedita: tãto pfectius ⁊ efficatius imprimit formã in subiecto vel ipressam pficit. ¶ Ex pte aũt subiecti accipit rõ diuersitatis. qm̃ q̃daʒ subiecta sunt q̃ respectu q̃rundã formaꝝ nõ aliter ⁊ aliter sed vno modo p̃cise ⁊ determinate ⁊ q̃si punctualit disponi possunt. ita q sub alio gradu dispositionis: nec talẽ formã possẽt recipe nec retinere. alia aũt sbã sunt q̃ multiplicit ⁊ diuersimode disponi possũt quãdoq; s. pfectiꝰ. quãdoq; minꝰ pfecte. hm̃oi aũt dispositionis diuersitas: causã habet pinariã ⁊ ex pte agẽtis ⁊ ex potẽtia subiecti. ex pte quidẽ agẽtis: q2 quãto vtꝰ actiua agẽtis fuerit fortior: tãto pfectiꝰ disponit sbm. ex parte autẽ subiecti: pma causa ⁊ radix est indeterminatio potẽtie eiꝰ ad aliquẽ certum gradũ participationis forme eo q ad multa se habeat s3 q magis ac magis p̃paratur et disponit ad hoc q fiat susceptibilior forme vel qualitatis fm quaʒ attẽditur augmẽtũ. cause aũt ꝓxime multe possunt esse extrĩsece ⁊ intrĩsece quibꝰ sbm põt varie disponi vel a pfecta ⁊ debita dispositione impediri. sicut q aliqd corpꝰ calidiꝰ fiat nũc q̃3 pꝰs causa potest esse vel motꝰ supueniẽs vel approximatio agẽtis vel remotio alicuius impediẽtis vel tẽpus aut locus vel qdcunq; aliud ↄferẽs ad actionem agẽtis ⁊ receptionẽ subiecti. ¶ Sed ↄ ea q̃ dicta sunt d latitudine dispositionis s3 gradus eiusdẽ rationis arguũt quidã sic: dispositio subiecti ad aliquã formam recipiẽdam: quedaʒ forma ⁊ q̃litas est. ergo fm se ⁊ in essentia sua indiuisibilis est ac p hoc nec latitudinẽ habet nec causa augmẽti potest esse alicui forme in subiecto: si vera est doctrina q forme vel qualitates fm se. i. in essentia sua consistunt in indiuisibili. ¶ Ad istã respõdetur q licet dispositio subiecti ad formã habeat in se latitudinẽ graduũ s3 quã sbm dr magis aut minꝰ dispositũ. nõ obstat his q̃ dicta sunt fm doctrinã. S. Tho. in. 2ª. ⁊. 3ª. ↄclusionibꝰ de indiuisibilitate formaꝝ seu q̃litatũ absolutaꝝ. nã dispositio nõ est forma absoluta nec fm se vel aliqd sui sortit spẽm: sed ab extrĩseco. s. a natura subiecti ⁊ de talibꝰ formis dictũ est in prima ⁊. 4ª. ↄclusionibꝰ q in sua essentia possunt habere latitudinem nec consistunt i indiuisibili. Uerum est tamen q subiectuʒ potest disponi ad aliquam formã seu qualitatem magis ac magis perfectius ⁊ minus pfecte per plures formas prout dictuʒ est supra: in quarũ quãlibet non datur latitudo graduũ s3 ex oĩbus attenditur quedã successiua dispositio totalis subiecti ad formam: secũdum quaʒ dicitur fieri augmentum ⁊ tamẽ ipsa dispositio ex hm̃oi formis causata: non ↄsistit in indiuisibili sed habet plures gradus. nõ fm cõtinuitatẽ sicut quãdo tota dispositio est eiusdẽ rationis. Sed in successione disponit nãq; subiectum q̃dã forme ⁊ qualitates ad alias vt prĩme ⁊ simplices ad secũdas ⁊ compositas prout sanctꝰ Tho. inquit in hac distinctione. q. 2ª. ar. 2°. Prime autẽ ⁊ simplices: non requirũt in subiecto preuiaʒ dispositionẽ s3 ex suis causis. s. ex agẽte et natura recipiẽtis: habent q magis ⁊ minꝰ disponãt subiectum ad aliquam formaʒ vel qualitatẽ. exẽpli grã q aer sit magis dispositꝰ ad recipiẽdum pfectiꝰ lumẽ q̃3 aqua: causa est q2 est magis diaphanꝰ. Causa autem q̃re est magis diaphanꝰ aer q̃3 aqua: est ꝓpter aeris naturã specificã quã consequit diaphanitas in tali gradu: naturã autem aque in minori gradu ⁊ hic standũ est. ¶ 4ª. cõclusio est q forme ⁊ q̃litates q̃ nõ fm se vel fm aliquid sui sed ab aliquo extrĩseco sortiũtur spẽm de q̃bus in pma cõclusione fit sermo: augeri possunt p additionem forme ad formã vel partis ad partẽ. huius ↄclusionis deductio euidens est ex his q̃ dicta sunt in prima ↄclusione. nã vt ibi dictũ fuit: hm̃oi forme habẽt in se ipsis ⁊ in sua essentia q̃ndam latitudinẽ graduũ fm q diuersimode cõparari ⁊ ordinari possunt ad illud a quo habẽt spẽm: vel fm accessum vel recessũ vel alias: ac p hoc p actionem agẽtis possunt de gradu in gradum crescere ⁊ augmẽtũ recipe sicut ibi ⁊ in primo notabili patuit in exẽplo de sciẽtia ⁊ sanitate. ¶ 5ª. ↄclusio est q forme ⁊ qualitates de quibus in 2ª. ⁊. 3ª. ↄclusione loquuti sumꝰ nullo modo recipiũt augmẽtũ per additionem: q2 vt ibi deductũ fuit hm̃oi forme nõ habẽt fm se. i. in suis essentijs aliquã graduũ latitudinem fm quã gradus ad gradũ addi possit. S3 cõsistunt in indiuisibili ⁊ per consequẽs augmẽtũ ipsarũ accipi non põt nisi fm q aliter ⁊ aliter insunt subiecto ꝓpter aliã ⁊ aliã subiecti dispositionem: non propter hoc q forma forme vel gradus gradui addatur. vnde si albedo vel aliqua hm̃oi qualitatum esset separata: non diceretur s3 magis ⁊ minus eo q in sua essentia est indiuisibilis nullã habens latitudinem graduũ sicut nec substantia prout sanctꝰ Tho. efficaciter probat in hac distinctione. q. 2ª. articulo. 2°. Et prima. 2e. q. 52. articulo. 2°. Et. 2ª. 2e. q. 24. et in. q. d vir. in cõmuni articulo. xj°. et sup. 6°. phicoꝝ. lc. 7ª. et pluribus alijs locis. ⁊ qm̃ nullis verbis potest id melius deduci ⁊ explicari: remittimus lectorem ad doctorem sanctum in locis prenotatis.

¶Aliq̄ tamē non capiētes mentē. S. Tho. nec verba eius satis ponderātes: dicūt eum incidisse in id quod negauerat. s. ꝙ augmētū formaꝝ fiat ꝑ additionem forme ad formā vel gradus essētie ad gradū pro eo ꝙ ponit formas ⁊ q̄litates augeri ſm essentiā: putātes hoc intelligi nō posse nisi ꝑ additionē gradus ad gradum in ipsa essentia forme. Sed ꝙ decepti fuerint ex falso intellectu quē habuerūt in dictis. S. Tho. ex premissis in notabilib⁹ ⁊ conclusionib⁹ euidēter apparet vbi intellectus. S. Tho. in verbis q̄ illi male intellexerunt satis ⁊ sepius explicatus est. ¶Cō⁹. cōclusio est ꝙ cū esse sit formalius ⁊ actualius q̄ ipsa rei essentia, ꝓut dicitur in libro ð causis ⁊. S. Tho. declarat in plurib⁹ locis et multū expresse ī de ente ⁊ eēntia ⁊ð natura accidētis: sicut in ipsis formis vel qualitatibus de quibus dictum est ꝙ nullā in sua essentia habēt latitudinem graduū: ita ⁊ de esse qð est act⁹ seu effect⁹ formalis ipsaꝝ sentiendū est ꝙ nullā in se habeat latitudinē graduū. nec augmentū formaꝝ attenditur ſm aliud ⁊ aliud esse. nā ab vna forma ⁊ qualitate: vnum tm̄ esse in subiecto est ⁊ illud est quid indiuisibile: sed participatur a subiecto aliter ⁊ aliter sicut ⁊ ipsa forma. nō enim in effectu formali potest esse variatio: qui fiat in ipsa forma cū sit ei adequatus ⁊ proportionatus. et preterea forma non actuat ⁊ informat subiectū nisi dādo esse. Si ergo forma daret aliud ⁊ aliud esse: aliter ⁊ aliter actuaret ⁊ informaret subiectum quod esse non posset sine variatione ipsi⁹ forme. nā informare ⁊ actuare sunt effectus formales qui per se ⁊ adequate consequuntur essentiam forme. vnde sanctus Tho. volens significare ꝙ idem esset iudicium de essentia forme et de ipsius esse in locis supra allegatis. 2ª. 2ᵉ. ⁊ ð vir. in cōmuni expresse dicit ꝙ nichil aliud ē charitatem ſm essentiā augeri: q̄ eam magis inesse subiecto quia accidētis esse est inesse. Quod non est sic intelligenduꝫ quasi ipsa essentia charitatis vel alterius forme sit suū esse. nā hoc solius dei est: sed quia ipsa essentia forme per suū esse vel inesse est in subiecto ⁊ illud actuat ⁊ perficit et dādo esse: a subiecto participatur ex q̄ sequitur ꝙ ipsa essentia forme est que inest subiecto ⁊ in eo radicatur ⁊ per ꝯsequēs ipsa essentia forme est ſm quā fit augmētum qꝛ ipsa est que magis ac magis inest. ⁊ hoc est qð sanct⁹ Tho. dicit charitatē vel aliā similē formā: ſm essentiā augeri ⁊ hoc negātes ꝓpriā vocē ignorare dicētes ipsaꝫ augeri ſꝫ eē vl' ſꝫ radicationē ī sb̄o. qꝛ vt dicit nichil aliud est ipsam ſm essentiā augeri: q̄ eam magis inesse subiecto: qð est magis in subiecto radicari ⁊ sic ipsa essētia est que magis aut min⁹ inest. Ex q̄bus apparet falsitas opinionis dicentiū ꝙ forme ⁊ qualitates q̄ dicunt̄ suscipere magis ⁊ minus: augent̄ non ſm essentiā ſꝫ ſm esse in eo ꝙ aliud ⁊ aliud esse dant subiecto. ⁊ preterea magis inconuenieter ⁊ min⁹ docte latitudo graduū ⁊ augmētum ponit̄ in ipso esse: q̄ in essentia rei quāto esse est actuali⁹ ⁊ formalius. nā quāto aliquid magis est actu: tanto est magis vnū in se ⁊ determinatū. ⁊ quanto aliquid magis est in potentia: tanto magis est ī se indeterminatū ⁊ ad multa se habet. vnde ⁊ de ente simplicissimo ⁊ sūme vno qð est deus: dicimus ꝙ est actus pur⁹. Et preterea esse intimius consequit̄ ipsam formā vel suppositū per formā: q̄ ꝓpria passio consequit̄ speciē. sed nō possūt esse gradus in ꝓpria passione qui in ipsa specie sint: ergo nec inesse possunt esse gradus quin in ipsa essentia sint. ¶Concludim⁹ igitur ꝙ forme ⁊ qualitates q̄ in. 2ª. ⁊. 3ª. ꝯclusione annotātur: nec in suis essentijs nec in earū esse qð dant sb̄o: latitudinē habēt: sed ꝯsistunt in indiuisibili. vnde diuersitas graduū ⁊ augmentū: attēdit̄ in ipsa participatione qua sb̄m participat et formaꝫ ⁊ ipsum esse qð dat forma. et ista est mēs sancti Tho. vbicūq̄ loquit̄ de intēsione et remissione formarū seu qualitatū neq̄ alicubi in scriptis suis reperitur dixisse ꝙ itēsio formaꝝ vel remissio attenditur in hoc ꝙ forme dent aliud ⁊ aliud esse aut ꝙ subiecta habeāt ab ipsis formis aliud ⁊ aliud esse sicut q̄dā putātes ei⁹ sententiā tenere: male intellexerūt ⁊ qð pro se adducūt ex dictis sancti Tho. i. q. de vir. loco sup̄ allegato magis est ad eoꝝ oppositū q̄ ad ꝓpositū. nā vt ibi. S. Tho. arguit ⁊ illi īducūt: vbi est alið eē sb̄ale: ibi est alia res. ergo eadē rōne vbi est aliud esse accidētale formale: ibi est alia forma accidentalis qð est ꝯtra eos. ꝯña autē eorū nulla rōne constat. nō eniꝫ sequit̄ ꝙ quia forme sb̄alis est dare vnū esse: ideo forme accidentalis sit dare plura esse q̄m forma sb̄alis ⁊ forma accidētalis: non se habēt in oīb⁹ ex opposito. nō enī qꝛ forma sb̄alis ē forma simplex: ideo forma accidētalis: est q̄d cōpositū ſꝫ vtraq̄ est ſm se forma simplex ⁊ per ꝯñs vtriusq̄ forme est dare vnū tm̄ esse. nā ab vna forma simplici nullo modo in se variata aut multiplex: vnū esse p̄ōt esse effluit quia vt s̄ dictū est: esse ē ꝓpri⁹ ⁊ adeq̄tus effectus forme. nec. S. Tho. illa v̄ba īduxit ad differētiā forme accītalis: ſꝫ simplr̄ loquit⁹ ē eo ꝙ dictū erat veꝝ de forma sb̄ali de q̄ tūc versabat̄ sermo. vñ et in

sequētib⁹ vbi cōcludit de q̄busdā formis ꝛ q̄lita tib⁹ q̄ dicunt augeri ꝛ suscipe magis ꝛ min⁹: nō assignauit pro ratione vel modo augmēti ꝙ hu iusmodi forme darēt aliud ꝛ aliud esse subiectis aut ꝙ subiecta aliud ꝛ aliud esse participarent a formis. Sed vbiq3 modū augmēti declarat fieri per hoc ꝙ forma aut q̄litas aliter ꝛ aliter ꝛ ma gis aut minus participatur a subiecto.

Quarto. Notandū est ꝓ intelle ctu. 3ᵉ. conclusionis ꝙ in finitū est duplex. in actu. s. ꝛ in potētia. Infinitū in actu est infinitū sm̄ pfectionē q2. s. non est li mitatū ad determinatū modū pfectiōis sue na ture sed actu habet omnē pfectionē dbitā ꝛ pos sibilē haberi in natura sm̄ quā dicit infinitū. vñ de⁹ dicit ens simpliciē actu infinitū q2 esse eius nō est limitatū ad aliquē modū determinatū es sendi sed hēt actu omnē essēdi pfectionez. infini tū vero sm̄ potētiam: ē infinitū p imperfectio nem eo ꝙ ei⁹ potētialitas nūq3 p actū a quo est pfectio omnino cōplet. sed dato quocunq3 actu: semp in eo manet potētia ad aliū actū ita ꝙ ei⁹ potentia totalis semp est illimitata ꝛ infinita vt pote nūq3 ad vltimū actū ꝛ sui cōplementū ter minanda. vñ hmōi infinitum diffinit a pho. 3º. phicoꝝ cui⁹ quātitatē seu partē sumētib⁹: semp est aliq̄d vltra accipe ꝛ ex his accipit alia diffe rentia q2 infinitū in actu: ē totū simul. infinitum autē in potētia semp est in successione. Ex q̄b⁹ apparet error ꝛ deceptio quorūdā volētiū con cludere ex ꝓcessu in infinitū in augmēto chari tatis vel alteri⁹ forme: charitatē aut aliā formā esse actu infinitā. falluntur naq3 non ꝯsiderantes ꝙ ꝓcessus in infinitū est sm̄ potētiaz q̄ nūq3 ad complemētū actus seu pfectionis terminādā ē. imo si aliquādo p ꝓcessum in ifinitū esset deue nire ad formā ifinitā: nō ãpli⁹ esset ꝓcessus sui augmētū ꝛ p ꝯñs nō iam esset ꝓcessus i infinitū.

Quinto. Notandū est ꝙ vbi. S. Tho. dicit ꝙ augmento charitatis in statu vie nō imponit terminus eo ꝙ charitas sm̄ rōnem ꝓprie speciei terminum augmēti nō hēt. eo ꝙ sit participatio quedā infi nite charitatis q̄ ē spūs sctūs: nō itelligit ꝙ ꝓp terea charitas vie sm̄ ꝓpriā spēm sit ens infini tū aut forma ifinita actu. cū ipse in multis locis doceat ꝙ grā ꝛ charitas pure creature sit ens fi nitū ꝛ limitatū ad certū gen⁹ ꝛ ad determinatā spēm entis sicut pꝫ in hac. d. q. 2ª. ar. 4º. ꝛ ma gis expsse ð vi. q. 29. ar. 3º. in. c. ꝛ ad. 2m. ꝛ. 5m. et. 3º. sen. d. 13ª. q. 2ª. ar. 2º. sub. ar. 2º. et. 3ª. p. q. 7ª. ar. xiº. Sed mēs. S. Tho. in pmissis vbis est ꝙ charitas viatoris sm̄ rōnē ꝓprie spēi: ter minū augmēti nō hēt eo ꝙ i tali augmēto pt ꝓ cedi in ifinitū. ꝛ ad ꝓbādū hmōi ifinitū ꝓcessū: inducit ꝙ charitas ē participatio ifinite charita tis q̄ est spūs sctūs: nā si esset participatio finite charitatis: posset p ꝯtinuū augmētū aliqñ ter minari ꝛ p ꝯñs nō iā eēt ꝓcessus participatiōis in ifinitū itaq3 ex ifinita spūs sci charitate argui tur possibilis ꝓcessus in infinitū i participatione ipsi⁹ p augmētū: nō tñ arguit ꝙ charitas pticipa ta sit sꝫ rōnem sue speciei ifinita.

Sexto. Notādū ē ꝙ vbi. S. Tho. dicit. 2ª. 2ᵉ. ꝙ nō ē eadē rō quātitatis charitatis vie ꝛ charitatis pñe vel ꝙ charitas vie ꝛ charitas pñe nō sūt eiusdē rōnis nō itēdit p illa vba assignare dñiaz specificā int vtrāq3 charitatē. Sꝫ dñiam sm̄ rōnē stat⁹ ꝛ con ditionis creature q̄ nō est differētia eentialis sꝫ accidētalis. vñ sm̄ doctrinā. S. docto. charitas vie ꝛ charitas pñe eiusdē essētie ꝛ rōnis specifi ce sunt sic patet expsse. 3º. sen. d. 31. q. 2ª. ar. 2º. in. c. ꝛ ad. 5m. Itē pma. 2ᵉ. q. 67. ar. 6º. Itē pri ma cori. 13º. sup illud. charitas nūq3 excidit ꝛ sup illud ex pte. n. cognoscim⁹. vñ ꝛ signāter sanct⁹ Tho. 2ª. 2ᵉ. q. 24. ar. 7º. ad. 3m. nō dicit chari tatē vie ꝛ charitatē pñe eē alteri⁹ rōnis sꝫ dicit quātitatē vtriusq3 charitatis nō eē eiusdē rōnis q2 quātitas charitatis vie: recipit augmētū nō aũt quātitas charitatis pñe. erat eni ꝓpositū. S. docto. assignare dñiaz vtriusq3 charitatis q̄tū ad augmētū. ꝛ q̄tū ad hoc dixit vtriusq3 quātitatez nō esse eiusdē rōnis. q2 quātitas charitatis vie i eo ꝙ vie est: habet ꝙ possit vlteri⁹ tēdere: alias non esset i via. quātitas vero charitatis pñe est in termino ex q̄ habet ꝙ vlterius ꝓficere nō pt.

Quantū ad arti culū 4m respōdēdū ē obiectio nib⁹ aduersarioꝝ ad pmū Au reoli ꝯ pmā ꝛ. 2am. ꝯclusiões rñ det. S. Tho. in hac. d. q. 2ª. ar. 2º. ad. 2m. et. pª. 2ᵉ. q. 52. ar. 2º. ad. 2m. et. 3m. et. 2ª. 2ᵉ. q. 24. ar. 5º. ad. 3m. ꝛ in ð vir. i cōmu. ar. xiº. ad. xiim. p interēptionē maiorio. sufficit. n. ad hoc ꝙ mot⁹ sit nou⁹ ꝙ ei⁹ termin⁹ etiā pus ac q̄sit⁹: acq̄rat vel participet vel hēatur nouo mo do. ꝛ cū arguens obicit ꝙ noua participatio for me vel ē relatio aut ens absolutū: dicim⁹ ꝙ est ens absolutū sꝫ eē: licet hēat ordinē ad aliq̄d ex triscecū. ꝛ cū arguit ꝯ hoc ꝙ tūc aliq̄d absolutum hēt ptes ꝛ grad⁹: dicim⁹ ꝙ nō ē icōueniēs de en te absoluto. i. nō essētialit relatiuo dñ tñ ab aliq̄

reperitur. dicim⁹ em̄ decē angelos esse pautiores q̄ centū: Un̄ helise⁹ 4. Reg. 6°. loquēs de angelis dicit. Plures sūt nobiscū q̄ cū illis. ergo idē qd̄ prius. ¶ 7° sic. Denari⁹ est quedā species numeri: ⁊ tn̄ dr̄ de decē predicamētis q̄ sūt decē. similr̄ duodenari⁹ dr̄ de legionib⁹ angelorum. Joan. 19°. ergo numer⁹ vere reperit̄ in nō quātis. ¶ 8°. Sicut se hn̄t distincta quāta ad sūmam mensurantē ⁊ eā concludentē: sic distincte sube separate ⁊ spēs ad sūmā mensurantē. Sed sūma mensurās distincta quāta: est in gn̄re quātitatis. ergo mēsurās distinctas substātias separatas erit in gn̄re quātitatis. et si dicat̄ q̄ nō q2 sūma quātoꝝ est q̄ntitas ⁊ sūma substātiaꝝ illaꝝ est substātia: hoc stare nō pōt. q2 sūma per suaꝫ formalē rōnē nec attrahit rōnē quātitatis a sbo quod apparet. tn̄ q2 vna spēs nō hꝫ ab alia q̄ participet rōnē gn̄ris. tn̄ q2 10. metha͛. dicit phus. q̄ rō quātitatis derivat̄ a numero ad ꝯtinuū ⁊ nō ꝯuerso. vn̄ ⁊ comētator vocat quātitatē verā q̄ntitatē discretā. comēto 5°. cū q2 sūma ꝑ suam ꝓpriā rōnē est quedā tantitas ⁊ per ꝯn̄s quātitas. igr̄ sūma cuiuslibet est vere de gn̄re quātitatis. ¶ 9°. phs dicit in p̄mo posterioꝝ q̄ arismetica est ex paucioribus q̄ geometria q2 subm ei⁹ abstrahit a positiōe ⁊ situ. ⁊ si vnitas q̄ est p̄ncipium numeri nō eēt nisi in ꝯtinuo: similr̄ nec numerus subm arismetice nō abstraheret a positione ⁊ situ. q2 nunq̄ posset itelligi vnitas seu numerus alicꝫ: q̄ in cōtinuis positis ⁊ situatis. ergo idē qd̄ sup̄. ¶ 10. Boeti⁹ dicit in p̄ncipio arismetice sue q̄ oīa q̄ a p̄meua reꝝ origine ꝓcesserunt: rōne numeroꝝ formata sunt. hoc em̄ fuit p̄ncipale in aīa cōditoris exēplar et ex hoc prouenit q̄ arismetica precedit alias sciētias. sed constat q̄ nō solū q̄ntita atq̄ materialia sunt de numero conditoꝝ. ergo nō solū talia corpora sunt subā numeroꝝ. ¶ 11°. Comētator dicit 9° metha͛. comēto 7°. q̄ vnū in gn̄re sube est p̄ncipiū numeri sube. ⁊ vnū in gn̄re coloꝝ est p̄ncipiū numeri coloꝝ ⁊ sic de quolibet gn̄re. Sed hoc non esset veꝝ nisi numerus ⁊ vnū qd̄ est p̄ncipiū numeri possent in oīm gn̄re repiri. ergo idē qd̄ prius. Et si dicat̄ q̄ phus dicit illū numerū nō esse de gn̄re q̄ntitatis: ⁊ ꝑ ꝯn̄s vnū nō esse p̄ncipiū numeri. imo dicit q̄ rō mēsure derivat̄ in quolibet genere ab illo vno qd̄ est p̄ncipiū numeri. Dicēdū est q̄ ista derivatio nō est aliud q̄ quedā formalis participatio q2 numer⁹ ⁊ vnitas abstrahunt ab oīm determinata materia. et ideo dū applicant̄ ad colores: cōsurgit vnū in coloribus ⁊ numerus in eis ⁊ similr̄ in substātiis nō q̄ ibi reperiatur alius numerus a numero gn̄ris q̄ntitatis. ¶ 12° sic. Ubicūq̄ reperit̄ totū discretū ⁊ partes discrete: ibi est vere numer⁹ de gn̄re q̄ntitatis. q̄uis em̄ nūerositas in abstracto nō habeat partes imo respiciat discreta per modū sui adeq̄ti subi: nihilominꝰ numer⁹ cōcretive hꝫ partes discretas. Sed manifestū est q̄ in angelis est totū discretū ⁊ ptes discrete: denari⁹ em̄ angeloꝝ est quodā totū cōstitutū ex decē angelis ab īuicem discretis ⁊ distinctis nō continuis vel vnitis vt patꝫ. ergo vere est in ipis numer⁹ discreta q̄ntitas ⁊ vnitas que p̄ncipiat numeꝝ. hec ille in forma. ¶ Cōtra 3ᵃᵐ ꝯclusionē que ponit q̄ rō vnius est negativa: arguit Scotus sup̄ 4° metha͛. p̄° sic. Pure negativū vel p̄vativū inq̄tū hm̄oi: nō est extra nihil: sed vnū inq̄tū vnū vel formalis rō vni⁹ ꝓut prescindit ab ente ⁊ nō est eadē in p̄mo modo dicēdi per se: est extra nihil. ꝓbatur q2 vt sic vere affirmat̄ de suo substracto ī 2° modo dicēdi per se qd̄ est positivū. ¶ 2°. q2 rō formalis vni⁹ hꝫ rōnē p̄me mensure. ꝓbatur. q2 nō inquātū ens sed inquātū vnū: mēsura est. 10. metha͛. nulla aūt p̄vatio est p̄ma mēsura q2 vt sic est nō ens ⁊ maxime loquēdo de mensura intrinseca. ¶ 3°. q2 vnū sub formali rōne sua reperitur in diuinis. qd̄ ptꝫ q2 p̄mo ⁊ actualissime ē ibi etiā in abstracto qd̄ est ibi sūma vnitas. ¶ 4°. q2 vnū sub formali rōne vni⁹ ⁊ in abstracto: est p̄ncipiū multitudinis q̄ s̄m se ē positiva. q2 multitudo cōponit̄ ex vnitatib⁹. 10. metha͛. Dicetur forte q̄ nō rōne formali vnitatis sed rōne substracti imo ꝓprie nō cōponit̄ ex vnitatibus sed ex vnis. hoc nō valet. tū q2 vnū non est de gn̄re q̄ntitatis nisi q2 p̄ncipiū numeri. ergo eo modo quo est in gn̄re q̄titatis: eo modo est p̄ncipium numeri. tenet ꝯn̄a. q2 aīs est causa precisa ꝯn̄tis modo nō est de gn̄re q̄ntitatis quo ad substractum. q2 aliq̄n substantia aliq̄n accn̄tia numerantur. tū q2 dicēdo decē multitudines sicut Jacob tres turmas quādo turme cōstituūt numeꝝ ternariū: aut hoc est ratiōe vnitatis in qualibet existēte ⁊ sic habet ꝓpositū. aut rōne substracti: et sic nō solum ternarius sed nullus esset numerus. tum q2 s̄m responsionē nō apparet ratio cur vnū magis applicatur numero q̄ ipm̄ ens. ⁊ quātum ad substractū nō differūt. ¶ 5° sic. q2 omia vna reducūtur ad sūmū vnū. sed hoc nō est nisi q2 vnū dicit ꝑfectionē q2 nō oīa multa reducuntur ad sūmā multitudinē. ergo vnū magis ē positivū q̄ multitudo licet nō ita sit notum de eo. ¶ 6°. q2 habit⁹ p̄cedit p̄vationē maxime q̄n habit⁹ ē actu sicut multitudo. ⁊ potissime respectu

pure puationis sicut tu ponis rōnem vnius sed vnū sub rōne formali pcedit multitudinē q2 est pncipiū eius.10.metha͡c. Itē reperitur in simplr pmo. Itē ens inquātū ens pus est. ergo ꝛ passiones eius. ¶Cōtra 4^am^ ꝯclusionē arguit Aureolus ,pbādo ꝙ vltima vnitas nō sit forma numeri. Primo sic. Nulla forma alicui⁹ entis est voluntaria varia ꝛ incerta entis inquātum realis qualē tu ponis numerū. Sed constat ꝙ vltima vnitas i qua fit status terminus ꝛ distantia : est aliq̄d volūtariū variabile ꝛ icertū. quecūqȝ eñ ponatur vnitas terminās: ab ista pōt icipere numerans. et ita non erit vltima sed pma. vñ cum possit q̄libet vnitatē ponere pmam vel vltimā vel mediā sicut maluent: manifestū est ꝙ eē vltimam vnitatē est omino variabile volūtariū ꝛ incertū: ergo nō pōt esse forma numeri ,put est distantie etiā fundamētū. ¶2°. Ois forma est subiectiue in illo vbi totū dr̄ subiectiue esse. naȝ forma albedinis est subiectiue vbi ē albedo subiectiue. sed numerus est subiectiue in vnitatib⁹ oibus. vltima aūt vnitas nō est subiectiue i precedentibus. ergo illa vnitas nō est formalis in numero. ¶3°. aut forma numeri est certa distātia fūdata in vnitate vltima : aut ipa vnitas fundamentū aut aliq̄d cōstitutiuū ex vtroqȝ. Sed nō potest poni ꝙ ipa distantia. tū q2 est relatio numerus vero in pdicamēto quātitatis ꝛ in pdicamento absoluto. tū q2 talis distantia nō est i toto numero sed in vltima vnitate. nec pōt poni ꝙ vnitas que est fundamētū: sit forma numeri cum e que materialis sit sicut quēlibet aliaꝝ ꝛ iterum ea stante: semp maneret forma illius numeri etiā demptis ceteris vnitatibus nec potest fieri materialis adueniente alia vnitate. ex quo esset quid formale fm ,ppriā rōnē. Nec potest dari 3^m^. quasi aliq̄d constitutū ex hmōi vnitate et respectu distantie sit formale. tum q2 illud est ens per accñs numer⁹ aūt est forma simplr existens in pdicamēto. tū q2 tale q̄d esset relatiuū formalr ꝛ ita nō pōt esse forma numeri que est q̄d absolutū. ergo nullo modo vnitas pōt esse forma i numero. ¶4°. Illud quod nō est in numero imo sibi repugnat : nō pōt eē formale i eo sed talis distātia vel ordo nō est inter vnitates que sunt in numero. q̄uis eñ spēs numeroꝝ inter se ordinem habeāt fm pus ꝛ posterius sicut duo ꝛ quattuor: nichilominus vnus numer⁹ vtpote ternarius: nō respicit vnitates in q̄bus cōsistit fm pus ꝛ posterius: sed simul ꝛ absqȝ ordine. nō eñ q̄ intelligit ternitatē: cōcipit vnā vnitatem precedere alterā: sed absolute apprehendit vnitatē in tribus. ergo vltima vnitas nō est forma numeri ternarij cū ibi nō sit vltima vnitas nec pma. nec aliquis ordo. hec Aureolus. ¶Contra 5^am^ ꝯclusionē arguit Aureolus pmo ꝙ rō summe per istum modū nō excluditur a diuinis q̄uis eñ quelibet psona sit idiuisa: nichilominus cū dicūtur tres: circa illas apprehenditur summa certa eis cōpetens inquātū sunt idiuise vñ sensus est ꝙ ipe inquātū sunt distīcte: cōducuntur sub sūma ternarij sine pluri ꝛ pauciori. ¶2°. q2 magister sententiaꝝ nō sic accipit negationem sicut iste modus exponit. sed negationē summe. Cū eñ dicimus ꝙ persone sunt tres vel due: nō dualitatis aut trinitatis sūmā ponimus sed oppositū. s. singularitatē excludun⁹. vñ negationes istas nō intelligit eē i diuisionē rei in se sicut iste modus exponit. hec ille. ¶Cōtra eandē ꝯclusionē arguit Ochan. pmo q2 q̄n aliqua essentialiter distīgūtur sicut ꝛ alia ꝛ nō plus sūt eiusdem rōnis sicut alia : si illa alia nō faciūt aliquā rem vnā: nec illa faciūt. sed vnitates quātitatū cōtinuaꝝ ita distīguntur inter se sicut vnitates duoꝝ angeloꝝ ꝛ ita sunt eiusdē rōnis: et vnitates duoꝝ angeloꝝ nō faciūt vnā rem : ergo nec vnitates quantitatū continuaꝝ. ¶Preterea si numerus sit res vna: aut cōponitur ex quātitatibus vel ex subiectis vel vnitatibus superadditis que distīgūtur realr. Primū nō pōt dari q2 tūc aliqua res vnū numero ꝛ per se in genere: componeretur ex oibus hominibus ꝛ oibus asinis vel salti ex quātitatib⁹ eoꝝ quoꝝ vtrūqȝ est absurdum. Si detur 2^m^. Contra. sicut ille tres vnitates sunt tres: ita subiecta illaꝝ trium vnitatum sunt tria. et per ꝯñs nō plus possunt facere vnā rem ille vnitates q̄ȝ subiecta illaꝝ vnitatū. Preterea tūc nūq̄ȝ posset esse ternarius q̄n esset senarius q2 si sit ternarius: sunt tres vnitates: ꝛ si sunt tres vnitates: sunt tria subiecta que nō sūt tres vnitates. sed tres ꝛ tres sūt sex. et ita ipossibile est deum facere ternariū nisi faceret senarium. Ex isto seq̄tur vltra ꝙ i quo libet numero sunt ifinita numeri. probo. Accipio binariū: ille binarius est per istaȝ positionē alia res realr distincta a duabus vnitatibus. ergo sunt hic tres res realr distīcte: puta due vnitates ꝛ vnus binarius: sed tres res nō possūt esse sine ternario: ergo est hic ternarius distīctus realr a trib⁹ vnitatibus ex q̄bus componitur: ꝛ per ꝯñs sunt ibi quattuor ꝛ ita quaternarius. et vltra. ergo q̄narius ꝛ sic in ifinitū. Si dicatur ꝙ illa tria nō faciunt ternariū q̄ sit numerus distīctus ꝛ per se i diuiduū in alia spē: Contra. hoc non est dicere

nisi ad placitū q̄ ista faciūt talē numerum ⁊ aliā nō. ⁊ ita eadem facilitate dicā q̄ vnitates homi nū nō faciūt numerū ⁊ sic de alijs. Ideo nō videtur aliq̄ rō possibilis quare plus ille vnitates vel ille res quarū q̄libet est vna faciūt talem numerū: q̄ alie: ⁊ ita vel omīa distincta realiter quorum qḋlibet est vnū p se non cōponēs cū alio faciēt numerū talē: vel nullā. Et ipsi cōcedūt q̄ nō omnia. q2 nō substātie imateriales. ergo nulla ⁊ per ɔñs nec substātie materiales. ¶ Preterea arguit sic. quātā nō sunt absoluta distincta realiter a suis vnitatib9 tanq̄ ab absolutis ⁊ ipsa q̄nta nō faciūt vnū per se: ergo nec vnitates. ⁊ per ɔñs numerus cōpositus ex vnitatib9 nō erit aliquid p se vnū. Assumptū pbo q2 si vnitas quanti sit aliquod absolutū realit̄ distictum a quāto: ergo hic sunt duo absoluta realiter distincta. ergo sunt duo numero disticta vel specie vel magis q̄ numero. tūc arguo. Omne sbm qḋ seipso ⁊ nō per aliud distiguit̄ a suo accidēte realiter: se ipso ⁊ non p aliud poterit distingui ab alio q̄cunq̄. nec est maior ratio q̄ p aliud distiguatur ab vno: q̄ ab alio. Sed illud sbm se ipso distinguit̄ ab isto accidēte. ergo se ipso distinguit̄ ab alio. ergo se ipso ē vnū numero. Cōfirmat̄: istud sbm se ipso distiguitur ab ista vnitate: sed nichil distiguitur numeralit̄ ab alio: nec distingui pōt per aliq̄d nisi ipm p illud sit vnū numero: ergo hoc subiectū p se ipsum ē vnū numero. ergo nō per aliq̄d extrīsecū qḋ non ēst de essentia sua.

Quantū ad articulū. 3m. Primo notādum ē p̄ut S. Tho. docet pma. p. q. 30. ar. p° ad. 4m. et. ar. 2°. ad. 5m. q̄ numer9 est duplex. s. numer9 simplex vel absolut9. i. abstract9 a rebus vt duo ⁊ tria ⁊ quattuor. ⁊ ēst numer9 applicat9 reb9 q̄. s. est in reb9 numeratis vt duo homines ⁊ duo equi. pmus numer9. s. simplex vel abstract9: nō ēst nisi in acceptione intellect9 nri: non enī numerus abstract9 a reb9 numeratis est nisi in itellectu. numer9 aūt 2° modo. s. reb9 applicat9 est extra anımā. ⁊ iste subdiuidit̄ q2 quidam est numerus causat9 ex diuisione formali q̄ est p quasdam formas oppositas vel absolutas vel relatiuas quarū oppositio attēdit̄ inq̄m sunt diuisa p hoc q̄ vna nō est alia. huiōi enī diuisionē causat contradictio p̄ut hoc ens ⁊ illud dicūtur diuisa ex eo q̄ hoc ens nō est illud: ⁊ iste numerus trāscendit omne gen9 predicamētale. cōstituit̄ enī per vnū qḋ conuertit̄ cū ente. ⁊ hic numer9 inuenitur in reb9 materialibus ⁊ in reb9 imaterialibus. Ali9 est numer9 qui causat̄ ex diuisione continui. ⁊ quia cōtinuū est in determinato genē. s. quātitatis: talis numer9 non reperit̄ nisi in rebus materialibus ⁊ quantis ⁊ cōstituitur per vnum quod dicitur pncipium numeri.

¶ Secundo. Notādum est q̄ rō formalis vnius cōsistit in indiuisione prout phs docet. 10. methaf. vnum enī inq̄m vnū: est īdiuisibile. nā diuisibile inq̄m huiōi: esse nō pōt nisi in eo sint plura vnū. vnde ⁊ tot modis dicit̄ vnum quot modis dicitur indiuisibile p̄ut phs ibidem deducit. ⁊ ex ipsa ratione indiuisibilitatis consequtur quedā p̄prietas vni9. s. esse mēsuram vt ibi phs docet. ⁊ 5°. methaf. ⁊ multū expresse. S. Tho. ibi. lc. 6a. in cōmento. vnū enim inq̄m est indiuisibile: habet rōnem pme mēsure. nā in quolibet genere id quod est minimū ⁊ indiuisibile est metrum ⁊ mēsura omniū aliorum p̄ut ibidē phs pbat. mēsura autem pmo ⁊ p̄prie dicitur in quātitate eo q̄ mensura vt ibi phs inq̄t est illud quo quantitas rei cognoscitur ⁊ certificatur. ⁊ ex quātitate trāffertur nomen mēsure ad alia genera prout in eis reperit̄ aliquis modus quātitatis. Quātitas autem vt ibi phs dicit cognoscit̄ ⁊ certificatur aut vno aut numero: sicut dicimus vnus pes vnū stadiū tres vel quattuor pedes: ⁊ tria aut quattuor stadia. Sed quia numer9 p vnū constituit̄ ⁊ p vnum resolutorie cognoscit̄ ⁊ certificatur: ideo vnū in quātitate habet pmo ⁊ p̄prie rōnem mēsure: vnde nō est aliq̄d mēsurabile. numer9 autem est mēsura mēsurabilis p̄ut phs ait. 5°. methaf. capi. Quātū vero. et q̄uis in omnib9 specieb9 quātitatis sit dare aliquod vnum: in nulla tamē specie quātitatis est ipsum vnū simplicit̄ ⁊ formaliter. i. sub ratione formali vni9: nisi in quātitate discreta q̄ est numerus. nam numer9 p vnum inq̄m ē vnū simplicit̄ pluries resumptū cōstituit̄. nec enim esset numer9 nec numer9 esset quātitas discreta: nisi ex vnis inq̄m quodlibet est vnū: cōstaret. in alijs autē specieb9 quātitatis nō est formalit̄ ipsum vnum sed aliq̄d cui cōuenit esse vnū sicut dicim9 vnā magnitudinē vnam lineā vnū temp9 ⁊c. vnde ⁊ quātitas cōtinua p̄prie mēsurari non pōt nisi p quātitatē discretam. ⁊ pmo p vnū qḋ est ipsi9 pncipiū. mēsurat̄ enī longitudo vno pede vl' digito aut quocūq̄ alio vno ⁊ ɔsequēter duobus ⁊ trib9 ⁊c. p̄ut ibidē phs pbat. Sequit̄ ergo q̄ esse mēsuram pmo ⁊ p̄prie conuenit vni qḋ est pncipium numeri. ¶ Ex supradictis duob9 quē

conueniũt vni cẽ vz indiuisibile ꝛ esse mẽsurã: accipitur rõ distictionis vni⁹. s. in vnũ quod conuertit cũ ente ꝛ in vnũ qꝺ est ꝓncipiuz numeri. ex ꝓmo. s. esse indiuisibile accipit vnũ qꝺ cõuertitur cũ ente. est enim ei⁹ formalis ratio ꝛ repit in omni genere entis nã omne ens ꝛ oĩs natura habet in se indiuisionẽ. omne eni ens ꝓut. S. Tho. deducit ꝓma parte. q. xj^a. ar. ꝓmo in. c. aut est simplex aut cõpositũ. qꝺ autẽ est simplex in q̃tũ huiõi est indiuisum actu ꝛ potẽtia. qꝺ vero est cõpositum: nõ habet esse quãdiu partes ei⁹ sunt diuise. Sed postq̃ ipsum cõponũt ꝛ faciũt ipsum vnũ. vnde esse cuiuslibet rei cõsistit in indiuisione. ꝑpter qꝺ dionisius vltimo capitulo ꝺ diuinis nominib⁹ dicit ꝙ nichil existẽtium ẽ nõ participans vno. ꝛ phs. 4°. et. 10. metha^c. ꝓbat ꝙ ens ꝛ vnũ sunt idẽ ꝛ ꝙ vna est vtriusq̃ natura. vnde vt ibi dicit: idẽ est dictu vnus homo et ens homo. ¶ Ex secũdo vero quod est ꝓprietas vni⁹. s. esse mẽsuram: acapit vnũ quod ẽ ꝓncipium numeri. qm̃ vt supra declaratũ est: ratio mensure ꝓprie dicit in quantitate discreta q̃ est numerus: ꝛ per ꝯñs resolutorie ac ꝓmo cõuenit vni ꝑ quod ipsa quãtitas discreta q̃ est numer⁹ constituitur ꝛ certificat. nã vt dictũ est vnum in quãtitate aliquotiẽs sumptũ: reddit certum numerũ ꝛ ipsum indeterminata specie constituit. ꝛ propter hoc huiõi vnũ ꝓncipium numeri dicitur. istud autem vnuz non ꝯuertitur cum ente. neq̃ circuit omne gen⁹ entis sed est in determinato genere. s. quãtitatis proprie ꝛ per se loquendo predictam rationem distinctionis vnius assignat. S. Tho. i cõmẽto. sup. x°. metha^c. lec. 8^a. in. §. vnum vero esse minus aliquo ꝛc. et multũ expresse supra. li. 5°. lec. 6^a. §. vni vero eẽ. in cõmento. per quãdã tamẽ translationem vnuz qꝺ est ꝓncipium numeri dicit in alijs generibus entis ꝛ per ꝯñs numer⁹ cuius huiõi vnũ est ꝓncipium sm̃ ꝙ in ipsis est reperire aliquẽ modũ quãtitatis ꝓut accipi potest a pho. x°. li. metha^c. ꝛ a sancto Tho. ibi in cõmẽto. licet eni vt superius tactũ est omne ens ꝛ omnis natura sit per se aliquid vnum sm̃ ꝙ vnũ habet rõnem indiuisibilis in se ꝓut. s. ꝯuertit cum ente: non tamẽ per se conuenit omni enti ratio mẽsure sm̃ quã accipitur vnũ qꝺ est ꝓncipiũ numeri. vna enim qualitas sicut vna ꝟtus aut vna scientia: non dicit mensura prout mensura a metiendo dicitur: nisi secundum ꝙ in qualitate est aliquem moduz quãtitatis discrete acapere vt quia vel sunt plures qualitates actu quaruz multitudo per vnũ in qualitate mensuratur eo ꝙ sint in aliquo numero. numerus autem ad quãtitatem pertinet proprie vel translatiue. vel etiam si q̃litas accipitur ꝓut habet modum continuitatis. s. sm̃ extensionem vel intẽsionẽ: mẽsurari non dr̃ nisi secundum ꝙ in ipsa extẽsione vel intẽsione est accipere plura actu que ibi erant in potẽtia sicut ꝛ quantitas continua in qua nõ sunt partes in actu sed in potentia: mensurari non potest ꝑ vnã quantitatẽ nisi in ipsa accipiãtur plures partes in mensurando per reiterationem vni⁹ sicut vnius digiti vel palmi aut pedis vel stadij. vl' cuiuscũq̃ alterius accepti vt vnũ. Unde in quocũq̃ genere entis volum⁹ mensuram designare: vtimur dictionib⁹ quãtitatem significantib⁹ sicut tot: quot: tãtũ: quãtũ: multũ: paucũ: magnũ et paruũ: vnũ ꝛ numerus. ¶ Aduertẽdũ tamen ꝙ mensura dupliciť transfert a quãtitate ad alia genera sm̃ duo q̃ conueniũt mẽsure. vnũ est metiri seu mẽsurare illud cui⁹ dicitur esse mensura sm̃ quã mensurationem cognoscit ipsius mẽsurati quãtitas. ꝛ huiõi translatio est de q̃ nunc proxime diximus. Aliud quod conuenit mensure est ꝙ per ipsã habeatur noticia ꝛ certificatio rei mẽsurate ꝛ hoc 2^m consequitur ex primo: et quantũ ad hoc fit translatio mensure a quãtitate ad omne illud quod in alijs generib⁹ est principiũ ꝛ ratio cognitionis. siue cognoscat rei quãtitas: siue quodcũq̃ aliud sicut albũ dicit mensura aliorũ colorũ ꝛ sba est mẽsura accidentiũ. et iste modus translationis est min⁹ ꝓpri⁹ ꝛ magis remotus: vterq̃ tamẽ modus sumit a pho. 10. metha^c. ¶ Ex supradictis infertur primo ꝙ vnum quod est ꝓncipiũ numeri: in duob⁹ differt ab vno quod conuertit cum ente. primo quia dicit in diuisionem indeterminato genere entis scilicet in continuo ex cui⁹ diuisione causat. Secundo quia vnũ quod est principiuz numeri dicit aliquotam partem toti⁹ discreti eo ꝙ in quãtum huiõi: habet rationem mensure per hoc ꝙ aliquotiens resumpta mẽsurat numerum. vnuz vero quod conuertitur cum ente dicit indiuisionem absolute et in omni ente: ꝛ non dicit de per se aliquotam partem discreti eo ꝙ consequitur omne ens neq̃ habet per se loquẽdo rationem mensure. ¶ 2°. infertur ꝙ numer⁹ ꝓprie ꝛ secundũ intentionẽ phi est in genere quantitatis. vnde ꝛ ponitur a philosofo species quantitatis: in alijs autem generibus a quantitate: ẽdare multitudinem vt substantiarum qualitatum actionum relationum ꝛc. Sed non numerũ ꝓprie loquẽdo nisi translatiue per quandam assimilationem quemadmodum dictuz est de vno

quod est principium numeri inq̃m.s. in alijs generibus entis est accipere aliquem modũ quantitatis discrete et mensurationis per vnum sicut dicim⁹ tres a[n]i[m]as aut tres vel quattuor angelos siue albedines et sic d[e] ceteris. vnde ꝓprie loquẽdo numer⁹ se habet ad multitudinẽ prout etiam ph[ilosophu]s dicit. 10. methaꝑ. sicut inferi⁹ ad superius. est enim multitudo quasi genus numeri eo ꝙ numerus est multitudo indeterminato genere. s. quãtitatis. numer⁹ nãq[ue] est multitudo mẽsurabilis per vnũ prout ibidẽ ph[ilosophu]s dicit. mensura aũt vt dictũ est ꝓprie et p[ri]mo ad quãtitatem pertinet. multitudo aũt ƒm suã rõnem nõ aliud importat q̃ entia diuisa ꝓut. S. Tho. ibi dicit. itaq[ue] numer⁹ quẽadmodũ et vnũ quod est eius principiũ in duob⁹ differt a multitudine q̃ opponitur vni trãscendẽti. p[ri]mo quia numer⁹ importat diuisionẽ et distinctionẽ indeterminato genere quãtitatis. causatur enim ex diuisione continui. Secũdo quia numer⁹ dicit multitudinẽ p[er] vnum mensuratã siue mẽsurabilẽ. multitudo vero dicit diuisionem absolute nõ cõtractã ad aliquod gen⁹ nec in sua ratione importat rõnẽ mẽsurati aut mẽsurabilis. vnde. S. Tho. p[ri]ma. p. q. 30. ar. 3°. in. c. dicit ꝙ duplex est diuisio: vna materialis q̃ fit ƒm diuisionẽ continuam et hãc consequit[ur] numer⁹ q̃ est species quantitatis: alia est diuisio formalis q̃ fit per oppositas vel diuersas formas et hanc diuisionẽ sequit[ur] multitudo q̃ nõ est in aliquo genere. Aduertẽdũ tamen ꝙ licet in quolibet genere et specie entium sit dare speciale vnũ qđ cõtrahit vnum quod ꝯuertitur cũ ente: non tamẽ ƒm modũ loquẽdi ph[ilosoph]orum et theologo[rum] sortit[ur] speciale nomen sicut vnum in quãtitate in qua dicit[ur] esse vnũ quod est principium numeri. dicit[ur] nãq[ue] vnũ a ph[ilosoph]o et theologis dupliciter precise. s. vnum qđ conuertit[ur] cum ente quod reperit[ur] cõmuniter in omnib⁹ generib⁹ et speciẽb⁹ entis: et vnũ quod est principium numeri quod reperitur in solo genere quãtitatis. cuius ratio est q[uonia]m vnum opponitur multitudini et diuisioni: multitudo autem et diuisio habet specialem rationem in quantitate. nam multitudo in quãtitate causatur ex diuisione cõtinui cuius diuisio est materialis. vnde multitudo ex tali diuisione causata est plurium secũdum numerum. s. quorũ quodlibet est singulare et vnum numero. In alijs autem generib⁹ et specieb⁹ entis: est vna cõmunis ratio diuisiõis et multitudinis scilicet formalis et specifica. nã et si in genere substantie aut qualitatis et sic de ceteris predicamentis sint plura indiuidua differentia solo numero: illud est ratione quãtitatis q̃ est principium diuisionis materie ƒm quam accipit[ur] pluritas indiuiduorũ. omnis enim pluritas in quocunq[ue] genere et specie entis seclusa quantitate: est formalis et specifica. non enim sine materia et quantitate possunt esse plura indiuidua in reb⁹ creatis sub eadem specie prout sanct⁹ Tho efficaciter probat in plurib⁹ locis. vnde in substantijs separatis a materia et quantitate vt in angelis: non sunt plura supposita differẽtia solo numero. ¶ Alia ratio et magis propria ac de propinquo tangẽs causam p[re]dicte distictionis vni⁹ assignari potest. quoniã vt ex superiorib⁹ patet: vni duo conueniũt. vnum ƒm sui formalem rationem. s. esse in se idiuisum et aliud vt eius proprietas. s. esse mensuram. a primo accipitur vnũ quod conuertitur cum entea 2° vero. s. a ratione mensure: accipitur vnum quod est principiũ numeri et quia prima ratio vnius. s. esse indiuisibile est cõmunis omnib⁹ generib⁹ et speciebus entis: nam substantia dicitur vna quia in se est indiuisa: et qualitas dicitur vna quia in se est indiuisa et eodẽ modo vnus homo vna albedo et sic de ceteris rebus: adeo non alio et alio modo dicitur vnum in alijs predicamentis a quantitate sed secundum vnam et eandem rationem que est ratio vnius quod conuertitur cum ente In quantitate autem preter rationem cõmunem vnius. s. indiuisibilitatis: est et ratio specialis vnius. s. ratio mensure a qua vt dictum est accipitur vnu[m] quod est principium numeri. ratio enim mẽsure vt ph[ilosophu]s probat. 10. methafisice: quãtitati debetur. Patet igitur ex dictis ratio quare duobus modis precise dicitur vnum. s. secundum ꝙ conuertitur cum ente et ƒm ꝙ est principium numeri: et quare in alijs generibus a quantitate non reperit[ur] specialis ratio vnius. ¶ Sed contra id quod dictum est de vno quod est principium numeri ꝙ. s. dicat specialem rationẽ vni⁹. s. rationem mẽsure: arguunt aliqui. Primo quia mensura siue mensuratio relationem importat et ex relatione non constituitur absolutum. cum autem numerus constituatur per vnũ quod est principium numeri: videtur ꝙ huiusmodi vnum non importet formaliter rationem mẽsure. ¶ Secũdo quia mensura non refertur ad mensuratũ p[er] aliquid quod sit in mensura. nam ex eo ꝙ aliquid est mensura secundum ꝙ huiusmodi: nichil in se positiuũ habet propter quod ph[ilosophu]s dicit. 10. methafisice vnum qđ est principium numeri opponi numero sicut scibile opponitur scientie: nichil autẽ est in scibili ex eo ꝙ refertur ad scientiam igitur

illud positiuū quod addit vnū qđ est pͥncipium numeri supra ens: nō est in ipso vno. Sed nichil contrahit ad speciale genꝰ entis nisi per aliqđ qđ ē in ipso. ergo vnū qđ est principiū numeri nō addit supra ens rationem mensure per quam cōtrahat ad genꝰ entis. ¶ Tertio qꝛ illud qđ additur inferiꝰ supra superiꝰ: est constitutiuū inferioris sed mensura non est qđ constitutiuū vnius: sed q̄dam eius proprietas. ergo ꝛc. ¶ Sed ad ista argumēta respōdet̄. Ad primū dicit̄ qꝫ vnū quod est principiū numeri non dicit̄ esse mensura quasi id qđ est seu substantia eiꝰ consistat i hoc qđ est esse mensurā. Sed est substantialiter aliquid absolutū. s. q̄ꝫm continuū quod cōsequitur relatio mensure. vnde huiꝰmoi vnū non cōstituit numerū ex ea parte q̄ relationem importat sed ex ea parte qua est q̄ꝫm ꝛ continuū. numerus enim cōstituit̄ ex pluribꝰ quorū quodlibet est aliqđ continuū. ¶ Ad .2m. dicit̄ qꝫ arguens fallitur putans qꝫ mensura quocūqꝫ modo accepta referat̄ ad mensuratū non per aliquid sui sed per aliqđ quod sit in mensurato. qđ non est vniuersaliter verū. nam vt sanctꝰ Tho. dicit .5°. libro methaf. lectione .15a. in pͥncipio. mēsura q̄ reffertur ad mensuratum vel mensurabile non per aliqđ quod in ea sit ꝫ relatione rationis per id quod est in mensurato: est mēsura cē ꝛ veritatꝭ pertinens ad .3m. modum relatiuorꝫ de quibꝰ ibi phs tractat. secūdum quem modū scibile quod est mensura scientie ꝛ sensibile sensus: refferūtur ad scientiam ꝛ sensum non p aliquid qđ in eis sit sed relatione rationis. mensura autem accepta fm quantitatem: pertinet ad primū modum in quo vtrūqꝫ relatiuorū refferatur ad aliud relatione reali per id quod est in ipso prout philosophus parū infra in eadem lectione docet. ꝛ ad istum modū pertinet qꝫ vnū quod est principiū numeri est mensura numeri prout ibi phs deducit. ¶ Ad .3m. dicit̄ primo qꝫ maior propositio non est vniuersaliter vera. nō enim inferiꝰ addit ad superiꝰ illud precise quod est ipsius constitutiuū sed etiam ꝓprietates et alia que non sunt rei cōstitutiua. sicut homo nō solum addit ad animal: rationale quod est hominis constitutiuū: sed etiam risibile beatificabile ꝛ nauigabile ꝛc. Dicitur 2° qꝫ vnum qđ ē pͥncipium numeri non solum addit ad ens transcendenter sumptū rationem mensure que ē eiꝰ proprietas: sed etiam rationem quanti cōtinui quod est qđ positiuum absolutū. non enim quocunqꝫ modo vnum est constituens ꝛ mensurās numerū: sed vnū pertinens ad quantitatē discretam quod est quid q̄ꝫm ꝛ continuū. ¶ Aduertendum tamen qꝫ enti non potest aliqđ addi quasi extraneum nec per modum quo differentia addit̄ generi prout sanctꝰ Tho. docet de veritate. q. pͥma articulo primo. in. c. nam quelibꝫ natura essentialiter est ens. Sed secundū hoc aliqua dicūt̄ addere supra ens: inq̄ꝫm exprimūt modū generalem vel specialem ipsiꝰ entis qui nomine entis non exprimit̄ ꝛ secūdūꝫ diuersos modos speciales: accipiunt̄ diuersa rerꝫ genera

¶ Tertio. Notandū est qꝫ numerꝰ dicitur vnꝰ non solū vnitate aggregationis vel coaceruationis sicut vnitas aceruī lapidūꝫ prout habet̄ a pho. 8°. li. methaf. Sed est vnꝰ vnitate fm speciem. nam quilibet numerꝰ est vna species quam sortit̄ ab vltima vnitate q̄ est terminꝰ ꝛ complementuꝫ talis numeri prout sanctꝰ Tho. ait ibidem in cōmento vnde numerꝰ non est ipse vnitates ex q̄bus constat. sed est quoddā compositū ex illis sicut corpꝰ non est materia ꝛ forma ex quibꝰ cōponitur sed quoddā ex illis compositū ꝓut phs docet in fine septimi methaf. ¶ Ad cuiꝰ intellectum considerandū est qꝫ numerꝰ est q̄ddaꝫ in actu completū fm suam spēm. vnitates autēꝫ in numero sunt in potētia q̄ꝫm ad ꝓprias actualitates. non enim in numero singule vnitates: habent singulos actꝰ quēadmodū quādo seorsum extra numerū sunt ꝓut phs docet. 7°. methafisice. et sanctꝰ Tho. ibidem exponit. lec. 13°. non enim in numero ternario sunt tres actualitates triū vnitatū: nec in quaternario sunt quattuor actualitates ꝛ sic de ceteris numeris quēadmodū in aceruo lapidū tot sunt actualitates quot sunt lapides. sed est in quolibet numero quantūcūqꝫ ex pluribꝰ vnitatibꝰ compositꝰ sit: vna tm̄ actualitas q̄ est totiꝰ numeri propter qua actualitate ipse vnitates ex quibꝰ numerꝰ constat dicūtur actu existere. sicut etiam in cōposito non est vna actualitas materie ꝛ alia actualitas forme sed vtriusqꝫ est vna actualitas quam habet a toto composito quod proprie ꝛ per se actu existit. vnitates igit̄ in numero sūt in potentia respectu actꝰ quem singula vnitatum seorsum ab alijs nata est habere. ꝛ quia ex pluribꝰ in potentia fit vnū per se ꝓut phs dicit loco preallegato. 7°. methaf. ideo numerus est aliqđ vnum per se ꝛ per consequēs non est ipse vnitates. qꝛ enī aceruꝰ lapidū non est aliud q̄ ipse lapides in vno loco aggregati: ideo nō est vnum per se sed per accidens eo qꝫ non est propter totiꝰ aceruī vna actualitas ꝫ plures actua-

63

litates fm multitudinē lapidū. ex pluribus siquidem actu existētibus:nō fit vnum per se sed per accidens ꝓut ibidē phs docet. ¶Ex quibus infertur fm qd notat. S. Tho. io. li. metha. in commento. lc. 4. q due vnitates in ternario: non sunt binarius nec binariū constituūt ꝛ per consequens neqꝫ in numero ternario est numerus binarius fm q binarius est qd dā totū speciē ꝛ formā determinatam habēs. Sed due vnitates in numero ternario: sunt pars materialis ipsius ꝛ idē dicendū est de quaternario ꝛ alijs numeris. ppter qd phs dicit. 4°. metha. q senarius nō est bis tria sꝫ est semel sex vnde falsa est imaginatio quorundā dicētium q in numero senario est realiter ꝛ actualiter numerus ternarius et quaternarius ꝛ quinarius ꝛ vniuersaliter i maiori numero: minor. omnis enī numerus suā habet actualitatē. vnde si in maiori numero vt in senario eēnt realiter numeri miores vt ternarius ꝛ quaternarius: numerus senarius eēt vnū per accidēs ꝛ similiter omnes numeri maiores binario: qd est cōtra phm in locis supra allegatis. ¶Cōcludamus igitur q numerus est aliqd vnū ꝑ se speciē habēs quā sortitur vt dictam est ab vltima vnitate. Aduertēdum tamē q vltima vnitas dupliciter accipi pōt. vno modo absolute fm id quod est in se: et isto modo non habet aliqd plus qꝫ cetere vnitates in aliquo numero. Sed est pars materialis ipsius sicut ꝛ alie vnitates. Alio modo vltima vnitas in numero potest accipi inqꝫm est terminus ꝛ complemētum in constitutione numeri ꝛ isto modo vltima vnitas est dans formā ꝛ speciem numero. ꝛ ex hac distinctione patet solutio ad istantiam quā aliqui min9 considerantes obiciunt. arguūt enim sic. quecūqꝫ vnitas in numero ponatur vltima: ab ipsa poterit numerans incipere ꝛ per ꝯsequens que erat vltima fit prima. Sed prima fm te non dat speciem: ergo nec vltima que manēte eodē numero fit prima vt in casu dato. ¶Ista inquam instātia facile soluitur per pmissa. qm̄ vt dictū est vltima vnitas non dat speciem numero inqꝫm vnitas nec inqꝫm hec vnitas materialiter sumpta. Sed inqꝫm est terminus ꝛ complementū in constitutione numeri. Unde quelibet vnitas a numerante ponatur vt terminās ꝛ complens numerū: illa est vltima formaliter. ꝛ licet vnitates in numero variari possint qꝫm ad ordinem: species tamē ꝛ forma numeri inuariabilis est. quoniam semper accipitur ab vltima vnitate que terminat ꝛ dat cōplemētum numero. quecūqꝫ vnitas materialiter sumpta sit illa. Et huius signū esse potest qm̄ quecūqꝫ vnitas auferatur a ternario: non manet ternarius sed binarius. ergo illa erat tertia et vltima ꝛ idē est in singulis numeris. q̄cūqꝫ enī vnitas auferatur a quaternario: nō iā manet q̄ternarius sꝫ ternarius. ergo illa vnitas ablata: erat q̄rta ꝛ vltima dans speciē quaternario. non tamē cum dicitur q vltima vnitas dat speciē numero: ita intelligendū est quasi vltima vnitas sit ipsa species numeri sed dicitur numerus speciem sortiri ab vltima vnitate: inqꝫm ex vnione ꝛ ordine ipsius ad precedētes vnitates fm q est ipsarū terminus ꝛ complemētum: resultat species numeri quēadmodū ex vnione forme ad materiā resultat species composita. vnde vltima vnitas hēt rationem in numero: forme partis nō forme totius que designatur nomine cōplectēte ꝛ vltimā ꝛ precedētes vnitates sicut est dualitas ternitas quaternitas vel binarius ternarius senarius ꝛ sic de ceteris speciebus numeri.

Quantū ad articulū 4m respondēdū est ad argumēta. ꝛ qdem ad pmū Gregorij cōtra pmam ꝯclusionē negatur cōsequentia: ꝛ ad eius probationem dicitur q procedit de cōnumeratione vel de numero large dicto ꝛ trāslatiue d quo dictum est in 2° notabili q pōt dari in quolibet genere entis. numerus tamē ꝛ vnū qd est pncipium numeri fm q ꝓprie accipiūtur nō sunt extra genus quantitatis ꝓut ibi deductū fuit. ¶Ad 2m dicitur q procedit de vnitate transcendēte q̄ conuenit cum ente q̄ non addit aliqd positiuū supra rē que dicitur vna: nō de vnitate q̄ est pncipium numeri q̄ nō reperitur in rebus imaterialibus sicut sunt anime ꝛ angeli de quorū vnitate ꝛ entitate arguēs loquitur. vñ nō est ad ꝓpositū nr̄m ꝛ per ꝯñs nec respōsio ibi data cū suis obstācijs ¶Ad. 3m. negatur ꝯña si antecedēs verū est. nam in eo capitur diuisio formalis. In ꝯsequēte vero capitur vnū quod ē pncipiū numeri qd importat indiuisionē quātitatiuā. si aūt arguēs loquatur in antecedēte etiā de indiuisione quātitatiua: antecedēs est falsum. verū est tamē q vnū qd est pncipium numeri licet sit indiuisū actu: est tamē potētia diuisibile accipitur enī ꝑ diuisionem ꝯtinui ꝛ ꝑ ꝯñs est qd ꝯtinuū ac ꝑ hoc diuisibile ꝓut phs dicit. 5°. metha. ¶Ad. 4m. dicitur q in illo casu ex duabus aquis fit vna aq̄ ꝑ vnam aliquam entitatē supadditā substātie aque. s. ꝑ quātitatē ꝯtinuam vel ꝑ ꝯtinuitatē quātitatis: ꝛ cū queritur de existētia huius entitatis: dicimus q

illa vnitas cōtinuitatis est in totā aquā. ¶Et ad
primū in cōtrariū dī ꝙ uno ex ipsa ꝯiūctione a-
quarum ꝑ se causat illa entitas totius aque.s.
ꝯtinuitas. nō est tamē imaginādū sicut videt ar-
guēs somniare ꝙ talis entitas in ipsa aquarum
cōniūctione ꝑcurrat ⁊ diffundat ꝑ totā aquā sed
quia i ipsa ꝯiūctione aquarū quātitas vniꝰ aq̄:
cōtinuat quātitati alteriꝰ ⁊ fit vna quātitas cō
tinua q̄ erāt due sicut quādo due tabule cōiun-
gunt aliquo colligāte ipsa tabularū cōtiguitas
non est aliq̄ entitas diffundēs se ꝑ ambas sup̄fi
cies tabularū: sed ex ipsa colligatione ꝑ se cau
satur. verū est tamē ꝙ ex hm̄oi colligatione ta-
bularū nō causat tāta vnitas quātitatū ipsarū
sicut causat in cōiunctione aquarū ex qua fit v-
nitas cōtinuitatis. ⁊ tamē q̄ꝫ ad hoc est simile
quia sicut ex ipsa colligatione tabularū due q̄n
titates ꝯtiguant: ita ex sola ꝯiūctione aquarū
causat vnitas duarū quātitatū.s. ꝯtinuitas. nec
est incōueniēs sicut arguēs putat ꝙ ex sola con-
iunctione sine aliqua alia mutatione vel altera
tione causet vnitas.i. cōtinuitas duarū aquarū
prius seorsum existētiū. sicut nō est incōueniēs
ꝙ ex sola diuisiōe sine aliq̄ alia alteratione vnū
corpꝰ animatū et sensibile siue vnū animal fiet
duo animalia quēadmodū cōtingit in animali-
bus anulosis ꝓut phs dicit 2° de anima: ⁊ ꝑ so-
lam diuisionē ex vna tabula fiūt due. vn̄ si mille
aphi addant mari nō est imaginādum ꝙ ꝑ cō-
iunctionem aque cuiuslibet: diffundat aliq̄ enti-
tas absoluta ꝑ totū mare sicut videt arguēs de
sipere. sed ꝑ solā cōiunctionē aquarū fit cōtinui
tas ⁊ vnitas ipsarū ⁊ maris nulla alia alteratio
ne vel mutatiōe facta in mari. ⁊ cū querit ꝑ quā
coniūctionem illarū aquarū: dicimus ꝙ ꝑ singu
las cōiunctiones aquarū fit continuitas maris
ad singulas aquas. ¶Cū autē 2° arguēs obicit de
partibus illiꝰ entitatis ꝑ quid sint vnū: dicimus
ꝙ illa entitas.s. vnitas vel cōtinuitas duarum
aquarū causata ꝑ ipsarū cōiunctionē: nō habet
partes in actu. Sed ē quoddā totū cōtinuū qđ
per se ⁊ inq̄ꝫ cōtinuū: est vnū in actu. ¶Cū au
tem vlterius arguit ꝙ illa entitas.s. vnitas vel
cōtinuitas nō sit causata in ipsa aquarū coniū-
ctione ex eo ꝙ nec respectꝰ neq̄ sup̄ficies ē en-
titas fm se distincta ab absolutis: dicimꝰ ꝙ q̄c-
quid sit illa entitas assumptū tn̄ est falsū nec ip
se ꝓbat. quod aūt 2° arguit per q̄d partes talis
sup̄ficiei si ponit sunt vnū: dicimꝰ sicut dictū est
ꝙ post cōiunctionē aquarū ipsa sup̄ficies ꝯtinua
non habet partes in actu: sed quia obiectio con
tra vnitatem partiū quā arguēs subiūgit proce
dit etiā contra totū ꝯtinuū q2.s. si se ipso ē vnū
eadē ratione ipsa substantia aque se ipsa ē vna
⁊ non per aliq̄d additū respōdemus ad hoc ꝙ
substātia aque quadā vnitate.s. formali ⁊ q̄ con
uertitur cum ente: se ipsa est vna et non ꝑ aliq̄d
additū positiuū. sed vnitate quātitatiua ⁊ cōti-
nuitatis: nō est se ipsa vna sed ꝑ aliq̄d positiuū
additū. nec quātū ad hm̄oi vnitatē: est similes
substātia aque ⁊ de toto cōtinuo cui ꝑ se ꝯuenit
esse vnū. Quod aūt vltimo arguēs verba mul
tiplicat faciēs duas cōiūctiones aquarū duarū:
vanū est. due enim aque vna sola coniūctione
vniunt nō pluri. ¶Ad. 5m. dicit ꝙ minor est fal
sa. nā in diuisione cōtinui: cuilibet parti nouū ac
quirit esse ⁊ nouꝰ actus ⁊ noua vnitas trāscen-
dēs ⁊ noua vnitas de genere quātitatis.s. cōti-
nuitas. ¶Ad. 6m. dicitur ꝙ entitas sup̄addita
qua asinꝰ singulis est vnꝰ vnitate de qua loqui-
mur nō est quāta dimēsiue sed est quantitas di
mensiua materialiter ⁊ ꝑ cōsequēs est accidēs.
neq̄ valet huiꝰ improbatio. nā nulla ratione cō
sequit ꝙ illa vnitas sit in aliq̄ parte determina-
ta sed est in toto asino ac per hoc cauda cū ca-
pite ⁊ omnes partes asini: sunt vnū vnitate cō-
tinuitatis. neq̄ iterū sequit vt arguens infert ꝙ
talis vnitas esset multa etiā si ꝓprie diceret quā
tum dimēsiuū nō enim inq̄ꝫ dimēsiuū cōtinuū
est multa nec habet multas partes nisi in potē-
tia imo est vnū precise ⁊ indiuisum actu licet sit
diuisibile. ¶Ad. 7m. cū suis cōfirmationibꝰ dica-
tur ꝙ nō est ad ꝓpositū nr̄m. nam cōclusio ista
loquitur de vnitate pertinēte ad genꝰ quātita-
tis q̄ est principiū numeri que in substātijs sepa
ratis nō reperitur sed vnitas transcēdens ⁊ for
malis que vt sepe dictū est non addit aliq̄d po
sitiuum ad rem que dicit vna. ¶Ad argumēta
2° loco facta ad primū negatur antecedens et
ad eius probationem negat assumptū loquen-
do de vno quod est principiū numeri. ⁊ ad con
firmationem dicit ꝙ si vnum duorū accipiatur
pro subiecto seorsum ab vnitate continuitatis
que sibi inheret: sic vnū duorum ⁊ ipsorū duali-
tas sunt due entitates ⁊ quelibet vna. prima.s.
subiectū q̄ꝫ ad quid ē: vnitate formali. alia.s.
dualitas seu binarius numerꝰ vnitate quātita-
tiua que.s. est principiū numeri: que entitates ꝓprie
loquendo nō continētur vno numero. nō enim
cōmensurant ea q̄ sunt diuersoꝝ generū prout
phs dicit. 10. methafisice. vnde non proprie di-
cuntur due nisi forte numero abstracto a rebus
qui est in anima. Si autem vnum duorum acci
piatur pro subiecto cū continuitate inherente:

sic vnū duorū τ ipsa dualitas nō sunt due entitates omnino realiter distincte. nā dualitas includit in se illud vnum tanq̄ partem sui. nec enim dualitas ipsa accipiēdo numerū numeratū de q̄ nunc loquimur est aliud realiter ab ipsis duob⁹ τ per cōsequēs vnū illorum duorū non est alia entitas realiter distincta ab ipsa dualitate. vnde arguēs decipitur i suo processu putās q dualitas sit alia entitas realiter disticta a duobus τ a quolibet ipsorum qd falsum est nisi loquendo de dualitate vl' numero numerāte qui in rebus nō est sed in itellectu de quo nō loquimur in pposito. ¶Ad. 2m. dicit q numer⁹ est entitas cōposita indiuisa actu diuisibilis tamē potentia. τ habet partes nō continuas sed discretas τ iste sunt vnitates. τ cum vlterius queritur an ipe vnitates seipsis sunt numer⁹ an per aliquod additum: dicimus q vnitates in numero nō sūt numerus sed partes numeri, put deductum fuit i 3°. notabili. τ ita qstio nō habz locū. τ si etiā vnitates essent numer⁹: non inde sequeretur ppositum arguētis. qm̄ vnitates de genere quantitatis d quib⁹ hic loquimur: aliquid positiuū addunt supra res q̄ dicunt vne, put in 2° notabili declaratū fuit. ¶Ad. 3m. dicit q quicqd sit d auctoritatib⁹ cōmentatoris qm̄ ipse potuit sequi opinionem suā: tamē ex auctoritate phi non pbatur ppositum arguentis nam phs loquitur d numero quantū ad suū materiale si genitiu⁹ accipiatur in trāsitiue. Si autem accipiatur transitiue quod magis videtur fm intentionem phi: pluralitas est quasi nomē speciei sicut ternitas vel dualitas τ q arguēs exponat auctoritatem phi contra eius intentionem τ doctrinaz: supra probatū fuit ex dictis phi in 3° notabili. possūt τ auctoritates cōmentatoris exponi q in eis fit predicatio per causam materialē non explicatē totam numeri qditatem. quod aūt vltimo īfert arguens patet esse falsum ex supra dictis in. 3°. notabili. ¶Ad primū eorum que 3° loco obiecta sunt dicitur q maior est falsa. nam in vno albo acquirit realitas similitudinis per hoc soluz q fit cum alio albo. τ per hoc q vna vocis nota profertur in alia nota vocis: in qualibet earū resultat dulcis melodia quam vna per se non haberet nisi in alia fieret τ multa similia dari possunt. ¶Ad. 2m. dicitur primo q numer⁹ nō est accidens simplex τ indiuisibile sicut vnitas vel punctus sed est quodam totum compositū ex pluribus. potest tamen dici simplex ex eo q sortitur vnam speciem. τ est vnum totum no plura in actu formaliter τ per se loquendo. nec est inconueniens q vnum accidēs quod est totum discretum sit in pluribus τ diuersis subiectis fm diuersas sui partes τ hoc sanct⁹ Tho. expresse tenet de numero. primo sententiarū distin. 37. q. 2ª. ar. 2°. ad argumēta. et pma parte. q. 8ª. ar. 4°. ad. 2m. nam talis est natura totius discreti τ per ista patet q alia q̄ arguens multiplicat: nō tangūt ppositum sed pcedūt fm eius falsā imaginationē. ¶Ad. 3m. dicit q numerus ē vna forma qualis dicta est in proxima solutione. nec tamen bifiōi vnitas forme: est vnitas q̄ est pricipium numeri sed est vnitas trāscendens q̄ conuertitur cum ente fm q vnūquodqz quātū hēt de entitate: tantū habet de vnitate. verūtamē materialiter numer⁹ est habens plures partes .s. plura continua: nec est impossibile vt arguēs putat nec adhuc inconueniēs q in cōtinuo sint due quātitates formaliter loquendo. s. continuitas τ vnitas que est pars τ principium numeri cum ista formalit sint quātitates alterius τ alterius rationis queadmodū in eodē ptinuo sūt τ linea τ suphcies τ lōngitudo τ latitudo. imo τ in numero de genere quantitatis oportet q pars numeri sit aliquid cōtinuū cū numer⁹ causetur ex diuisione cōtinui cuius q̄libet pars diuisa: est quid cōtinuū vt probatur. 4°. et. 6°. phicorum ¶Ad. 4m. dicit pmo q maior est falsa vniuersaliter sumpta loquēdo de forma discrete nature qualis est numer⁹. Dicit 2° q numer⁹ nō facit continua actu diuisa sed diuisio continui et q̄ numerus causatur. nec ē verū q in numero sint continua diuisa in actu quātū ad pprias actualitates diuisorū put dictum fuit in 3° notabili. ¶Ad. 5m. negat consequētia τ ad eius pbationem dicim⁹ q dualitas duarū dualitatum. s. lapidum τ lignorū nō est aliquid reale: sed fm rōnem. est enim dualitas abstracta p intellectū accepta τ cū infertur q pari ratione non fuit realis dualitas lapidum τ lignoꝝ: negat cōsequentia. nō enim est simile quoniā dualitas lapidum τ dualitas lignorū nō aliud est q̄ duo lapides τ duo ligna que important quātitates ptinuas que sunt aliquid superadditum rebus ipsis que ponunt due: dualitas autem dualitatum est numerus abstract⁹ a rebus per consideratione intellectus acceptus vt dictum est vnde patet q arguens deceptus est putans q sicut numerus rerum est numerus realis ita numerus sup ipm replicatus sit realis quod est falsum: quoniā ipsa replicatio fit p op⁹ rationis. ¶Ad. 6m. patet responsio per idem: fundatur enim in hoc falso q. s. numerus numeri τ numerus supra seipsum

replicatus: habeant eandē rationem ꝛ idem sit iudicium de vtroq;. ¶Ad. 7m. dicimus q̄ maior propositio est vera de replicatione reali: numerus autem replicatur super se ipsum replicatione secundum rationem prout dictum est. ¶Ad 8m. negatur maior si vniuersaliter accipiatur. nam fundamentum et parietes non necessario recipiunt in se mutationem ex adiunctione ipsius tecti ꝛ tamen inde resultat forma domus q̄ est aliquid reale extra animam ꝛ iterum ad solam tecti subtractionē si subtiliter deponatur: deperdit forma realis domus sine mutatione parietū ꝛ fundamētū. ꝛ idē patet circa figuras. linea enim que prius fuit pars trianguli sine vlla sui mutatione pōt fieri pars quadrāguli vel alterius figure ad protractionem aliarū linearū ꝛ idem iudiciū est de numeris. vnde maior propositio habet locū in trāsmutationib⁹ naturalibus in quib⁹ forma nō potest recipi nisi in materia nuda vel saltē de nouo disposita. ¶Ad. 9m dicitur ad maiorē q̄ non est vera de accidentibus discretis nā in ipso idē numero accidēs potest esse in plurib⁹ quātūcūq; distantib⁹ prout dictū fuit ad 2m. vnde hm̄oi argumentum magis est inducēs ad quādam admirationē q̄ad veram ipugnationē. Auctoritas aūt phi nō facit ad ppositū arguētis nā phs loquitur de identitate specifica nō numerali quam nos esse dicimus aliā ꝛ aliā decem hominum ꝛ decem equorum. ¶Ad argumenta Aureoli contra eandē conclusionem dicitur ad primū q̄ ꝯsequentia ē falsa ꝛ ad eius probationem patet respōsio per ea que dicta sunt ad 5m. ꝛ. 6m Scoti. Responsio autem recitata ab arguēte: substineri potest quāuis non necessario ea indigeamus. vnde ad primam ei⁹ improbationem dicimus q̄ maior propositio veritatem habet de forma partis nō de forma totius qualis est numer⁹. forma nāq; totius includit in se et materiam ꝛ formā partialē sicut humanitas cōplectitur et corpus et aīam. vñ falsum ē q̄d ternitas nō includat tres vnitates licet eas includat sub forma totius. ꝛ p idem patet responsio ad 2m. licet enim totitas ac tātitas distinctorum nō sit aliquid distinctum et distinctis: est tñ aliquid cōpositum ex distictis ꝛ hoc sufficiat ad propositum nostrum. ¶Ad. 3m negatur consequentia. non enim est idem dicere compositum ꝛ compositionem ꝛ numerum ꝛ numerationem. nam compositum et numerus sunt res permanentes: compositio autem ꝛ numeratio sunt motus ꝛ actiones que transeunt vnde potest quis componere seu ꝯiungere aut numerare vnitates: sine cognitione aut etiā aduertentia numeri inde resultantis. esset autem recta consequētia sic. Si compositum esset formaliter numer⁹. impossibile esset intelligere cōpositum ex vnitatibus absq; numero. vnde processus arguentis fundatus super prima consequentia null⁹ est. ¶Ad ea que inducit pro 2° deffectu ad primū dicitur q̄ quamuis quelibet vnitatum quantū ad suū materiale sit quod continuū: formaliter tamen vnitates in numero sunt discrete ex quo sequitur q̄ numerus qui est aliquid compositum ex vnitatibus: includat in se ꝛ continuum ꝛ discretum. continuum circa quamlibet vnitatem: discretum vero in pluribus vnitatibus. vnde numerus non ponit aliquid numerabile contra vnitates cum ipsas includat vt pote aliquid ex illis compositū. ¶Ad 2m. dicitur quod conclusio non sequitur ex premissis. nā numerus vnitatum includitur in denario lapidum ꝛ in denario lignorum. imo nō ē alius numerus. denarius enim vnitatum lapidum: est ipse denarius lapidum: ꝛ denarius vnitatum lignorū: ē ipse denarius lignorū. vnde argumentū. nichil concludit. ¶Ad. 3m. dicit q̄ auctoritates phi nō sic intelligende sunt q̄si substantia composita sit tertia et omnino distincta ꝛ separata a materia ꝛ forma q̄madmodū vnus angelus distinguitur ab alio ꝛ vna substantia composita distinguitur ab alia suba cōposita. sed dicitur suba composita. 3a. ꝛ distincta a materia et forma q2 non est materia nec forma nec mā ꝛ forma simul sumpta ꝛ tñ est aliqd ex materia et forma compositum: ita q̄ materia ꝛ forma sunt aliquid substantie cōposite. s. partes eius ꝛ ppt hoc non est cōnumerabilis illis. non enim dicimus si proprie loq̄mur quod compositum et mā et forma ex quibus componitur sunt realit' tres substātie aut tria entia nisi per operationem intelectus qui pōt separe. i. sepatum intelligere ea q̄ in re coniuncta sunt. ꝛ nō dicit' q2 ex materia ꝛ forma fit vnū per se ꝛ generalit' ex potentia et actu vnū verū ē dicere mā et forma et cōpositum sunt vnū quid per se prout phs dicit. 7°. metha. ꝛ multum expresse in fine octaui vbi cū numerus sit cōpositus ex vnitatibus ꝛ vnitates sint aliqd numeri quia partes eius: sequitur q̄ nō sit illis cōnumerabilis quamuis numerus non sit idem q̄ vnitates. Jlla enim nō eadē vel distincta ab inuicem sunt cōnumerabilia: quorū vnū nō est aliud nec aliquid ei⁹. ¶Ad 2m. principale patet

albedines numerales et illa cōmunis. ¶ Tum quia non esset nisi vna similitudo in duabus albedinibus indiuiduis pro eo q albedo cōmunis non est nisi vna. hec autem fundaret similitudinē in vtraque. vnde sic eadem cōmunis albedo particularis et albedo cōmunis sunt duo cōceptus. et ita nō apparet quomodo vnā simplicē habitudinem possit intellectus fundare sup vtrūque cōceptum. ¶ Tū qr nō apphēdens albedinē in cōmuni: potest iudicare similitudinem inter aliqua sicut patet de imaginatione et sensu interiori. Nec pt dici. 2m. mēbrū huius stati facte diuisionis qr relatio nō exigit nisi fundamentum et terminū. Si igit̄ cōceptus albedinis in cōmuni non exigatur vt fundamētum similitudinis nec etiam vt terminus: nullo modo exigit̄ ad respectū similitudinis. ergo nullo modo fundat̄ sup vnitate rationis specifica. 3°. contra idē mēbrū. qr si vnitas rationis est fundamētū talium relationū: patet manifeste illas relationes nō esse reales. Si vero. 3°. dicat̄ q hmōi relationes fundant̄ sup qlitatib9 indiuidualib9 inqūm sunt cōformes hoc nō valet. Tū qr cōformitas et similitudo idem sunt. idē autē nō est sui ipsius fundamētum. Tū qr cōformitas importat relationē. et ideo dato q esset aliud a sllitudie: adhuc restaret questio sup quo fundaret̄ hmōi cōformitas. ¶ 6°. nā hmōi nō dicunt aliqd positiuū. ergo nō sunt relatiōes reales. antecedēs pbat̄ qr phs dicit. x°. metha. q equale opponit̄ magno et paruo sicut puationes due. Est enī equale qd nec est mai9 nec minus. Sz hoc nō esset si diceret aliqd positiuum. ¶ Cōtra. 2am. ptem. 2e. ɔclusiōis arguit sic Aureolus. Equalitatē inqt esse relationē rōnis i diuinis: pōt dupliciter intelligi. pmo modo q sit sicut relatio eiusdē ad seipsum q dicitur idētitas. vt vidētur inquit positores hui9 opiniōis intelligere. in q quidē itellectu ipossibile est q sint relationes rōnis. hoc modo. Illa q hñt terminos realit̄ distictos et nō eundē bis sumptū: nō sūt relatiua eo modo quo idē refferr̄ ad se. phs enim 5°. metha. dicit q in relatione idētitatis idē bis sumit̄. sed termini eqlitatis sunt psone realit̄ distincte. nec sunt vn9 et idē termin9 bis sumptus. igit̄ eqlitas et similitudo nō sunt relatiōes rōnis p hunc modū. ¶ 2°. sic. In relationibus rōnis q sunt p hūc modū: idē refferr̄ ad se. sz in diuinis nō est sic. pat̄ enim nō est eqlis sibi sz filio. nec etiā est filis sibi simlit̄. nec eētia ē eqlis aut similis eētie. igit̄ similitudo nō ē relatio rōnis inter eundē terminū bis acceptū. ¶ 2°. sic. Hy- lari9 dicit. 3°. d tri. q similitudo nō sit eiusdem ad se. id est q aliqs sit similis aut eqlis sibi. sed si esset relatio rōnis scdm illum modū quo itellectus vtitur bis eodē: ppter aliqd posset dici simile sibi ipsi. igit̄. ¶ 3°. sic. In talib9 relationib9 neutrū extremorū includit aliqd reale distictum. sed sz istos similitudo icludit i suo intellectu pprietatem distiguētē et ecntie vnitatē. igit̄ nō est de illis rōnib9 in quib9 intellect9 vtitur bis eodem. ¶ Alio modo inqt pōt itelligi q similitudo et eqlitas sint relationes rōnis p eo q nō sunt actu i re sine ope itellect9. sed sunt i potētia in diuis psonis: et i actū reducunt̄ p intellectum. et adhuc hoc dicit ipse ē impossibile. nullum enim inquit complebile per intellectum: est in diuinis personis. alioquin diuina essentia esset quo ad aliqd incompleta et in potētia aliqd compleri per itellectum expectās et ad actū reduci qd omnino poni non pōt. Itē licet idē possit idētificari sibi ipsi tamē nullo modo pōt sibi ipsi coequari aut conformari. aut cōuenire: cui9 ratio est. qr cōformitas cōuenietia et adequatio nomināt relationes quas ponit intellect9 int̄ duas qlitates aut quātitates ad minus numeraliter distictas. nūqz. n. intellectus quātūcūque concipiat bis sortem: cōcipit q sortes conueniat cum seipso. aut q equetur sibi ipsi vel q assimuletur et tamen concipit q identificetur. cui9 ratio est. quia idētitas importat ibi vnitatem absolutam. sunt enim ibi tres conceptus. duo quidem prout bis sumitur. tertius vero est realitas sortis in qua pmi duo conceptus intelliguntur indistincti. non sic autem est de conuenientia que est quedam vnitas relatiua in qua non signatur q duo conceptus sortis incidant in vnam realitatem sed ponitur inter illos duos conceptus indistinctio relatiua q tamen exigit extrema distingui. sic igitur nō potest intellectus statuere conformitatem vel adequationem aut huiusmodi aliquid: nisi inter distincta. sed pater et filius sunt indistincti in magnitudine et natura numeraliter. ergo nō potest intellectus ponere inter illos relationem conuenientie aut conformitatis aut equalitatis. sz concipit q personas conuenire non dicitur relatiue sed absolute vnitatem nature habere. et p consequens similitudo conformitas. equalitas. conuenientia non important relationem realē nec rōnis in diuinis. hec ille. ¶ Cōtra eandē ptē arguūt Scot9 et alij eius seqces, pbando q eqlitas et similitudo in diuinis sint relatiōes reales. pmo qr vbi cōcurrūt oīa exigita ad relationem

reale. ibi oportet poni relationē realē. sꝫ quattuor requirūtur et sufficiūt ad relationē realez. Primū ē q extrema sint disticta et nō eiusdē ad se nō est relatio realis. 2m. q vtrūqꝫ extremum sit reale. et ob hoc distinctio nō ē relatio realis qr alterū extremorū ē nō ens. 3m. quod q ex natura rei oriatur illa respectus in fundamēto et propter hoc inter deū et creaturā nō est relatio realis licet vtrunqꝫ extremū sit reale et realiter distinctū ab alio. 4m. vero q i termino sit rō ad quā possit relatio terminari. Ista aūt quattuor cōcurrūt i deo respectu similitudinis et equalitatis qr et extrema sunt distincta realiter et ex natura rei cōsurgit similitudo et equalitas inter illa et quodlibet ē suppositū ita vt possit terminare huiusmodi respectū. ergo nō apparet quin similitudo et equalitas sint relationes reales in deo. ℭ2o. Si iste habitudines nō sint reales i deo hoc nō ē propter aliud nisi qr fundamētū ē vnū et idē in tribus personis. eadem enim est magnitudo numero. propter quod equalitas nō videtur relatio realis. Sꝫ manifestuz ē q hoc nō impedit. qr idē ē fundamētū relationū originis in diuinis. s. essentia et nichilominus sunt reales. ergo nec identitas fundamēti impediet quin equalitas et similitudo sint relatiōes reales. ℭ3o. qr Augustinus dicit. 6o. de tri. ca. vlto. q prima equalitas et prima similitudo est i filio sed nō esset prima nisi eēt realis. nulla enim similitudo rōnis ē prima cū ens reale sit prius ente rōnis. igitur idē quod prius. ℭ4o. Illud quod est in filio ex vi productiōis: necessario ē reale qr nullū ens rōnis inest sibi ex vi sue productionis que est realissima. Sꝫ Augustinus dicit. 3o. contra Maximinuz q ideo nō ē pater maior filio: qr equalē genuit. ergo equalitas ē realis in filio et ex vi sue productionis ℭ5o. Sicut se habet magnitudo dimēsiua ad equalitatē proportionalē sibi: sic magnitudo virtualis ad equalitatē sibi correspondentē. Sed equalitas est realis proprietas magnitudinis dimēsiue vbicūqꝫ existat qr propriū est quantitatis secundum eā equale vel inequale dici. ergo vbicunqꝫ magnitudo perfectionalis et virtualis: ibi erit equalitas relatio realis: et per cōsequens equalitas et similitudo inter personas diuinas erit relatio realis. ℭ6o. Ad rōnem realis similitudinis seu equalitatis sufficit suppositorū distictio absqꝫ distictiōe fundamēti. sicut patet. qr si esset vna albedo i duabus superficiebus: ille forēt realissime similes etiā plusqꝫ modo cū albedies numeraliter i superficiebus distinguntur. Sꝫ i diuinis supposita sunt disticta realiter quantūcūqꝫ fundamētū similitudinis et equalitatis sit vnū. ergo similitudo et equalitas sūt ibi relationes reales. ℭ7o. Si illud quod minus videretur inesse inest et illud quod magis. Sꝫ minus videretur q paternitas et filiatio eēnt relationes reales stante idētitate fundamēti qr sunt alterius rōnis nec sunt relationes equiparantie imo vna ē suppositionis et alia suppositionis et tamen stat realitas earum cū idētitate fundamēti. ergo multo fortius similitudo poterit esse relatio realis i patre respectu filij et econuerso cū sint relationes equiparantie et vnius rōnis et similiter equalitas. Cōfirmatur qr similitudo et equalitas habent supposita per disticta quod nō habent paternitas et filiatio. et secundum hoc videntur in deo habere plures causas sue realitatis quam paternitas et filiatio. ℭ8o. In deo est ex natura rei omnis perfectio simpliciter secundum Anselmū monol. 15o. sꝫ equalitas est perfectio simpliciter secundum illud Augustini de quātitate aie. ca. 7o. dicentis. q inequalitati: equalitatē iure preponis. nec quisqꝫ omnino est vt opinor humano sensu preditus: cui non id videatur. nec pōt dici q loquatur de fundamēto et nō de relatione. qr infra. ca. 9o. dicit q nullo modo quātitas sed illa de qua superius egimus equalitas: huius excelentie causa est. ergo relatio equalitatis est in deo ex natura rei.

Quantū ad articulū. 3m.

Primo notādū q equalitas de principali significato significat relationē inter duo habēna vnā quātitatē. et qr relatio siue sit realis siue rōnis ē aliquid positiuū: sequitur q equalitas ac per hoc et equale dicit in principali significato aliquid positiuū. fundamētū aūt equalitatis secundum omnes ē quātitas vna vl molis et dimēsiua: vel virtualis aut perfectionalis. ita q vnitas sit ipsi quantitati rō formalis q sit fundamētū equalitatis. vt sic cōpletū et totale fūdamētū equalitatis in vtroqꝫ extremorū equaliū: sit quātitas vna nō quidem vnitate numerali aut specifica quātitatis secundum q ē quātitas absolute sꝫ vnitate cōmēsurationis dicte per priuationē maioris et minoris. equale. n. formaliter loquēdo prout philosophus inquit. 10o. metha. opponitur priuatiue maiori et minori. aliter tamen huiusmodi cōmēsuratio quā importat equalitas accipiēda ē in diuinis et aliter in creaturis. dicūtur. n. i creaturis duo equalia: qr habent vnā quātitatē secundum cōmēsurationē. i. qr vtriusqꝫ quātitas ē sibi inuicē cōmēsurabilis. nō solū qr quātitas vnius nō ē maior aut minor quātitate alterius nec econuerso secundum q cōmēsuratio dicitur priuatiue: sꝫ etiā qr quantitas vnius ē mēsura quātitatis alterius et econuerso. In diuinis aūt qr tres persone imēse sunt et infinite: necqꝫ a seipsis neqꝫ ab alio mēsurari possunt. vnde cōmēsuratio quam importat equalitas in diuinis secundum q tres persone dicuntur equales vel quecunqꝫ eorum que in deo sunt: nō accipitur positiue quasi mensura vnius sit mensura alterius sed priuatiue

quia .s. quātitas virtutis aut perfectionis vnius non est maior neq̧ minor quantitate alterius.

¶ Secūdo. Notādū est q̄ sicut relatio hēt a suo fūdamento q̄ sit ens reale: ita a fundamēto suo hēt q̄ sit aliqd vnū ī rex nā seu q̄ sit res vna quā ab eodē aliqd hēt q̄ sit ens ⁊ vnū .ꝑut phs docet .4°. et 7°. metha^r. ⁊ ex hoc inferf q̄ sup vnū fundamētū fm vnā rōnē fundādi: nō possūt plures relationes reales fūdari q̄uis possit ītellect⁹ fz idē fundamētū plures respect⁹ ꝯsiderare ad plura. ⁊ inde ē q̄ in vno filio est vna tm̄ realis filiatio q̄ reffert ad pr̄em ⁊ matrē. qm̄ vnū ē fundamētū sue filiationis .s. vna natiuitas q̄ ex pr̄e ⁊ matre nascif. ⁊ in magistro vna tm̄ realis relatio ē ad plures discipulos ꝑpt vnitatē doctrine in q̄ fundaf licz respect⁹ rōnis sint plures. Ex q̄bus seq̄f q̄ cū vna numero sit quātitas ī vno sbo vl̄ supposito: vna erit eq̄litas realis ad oīes q̄bus dr̄ eq̄le q̄uis respect⁹ rōnis possint eē plures. si eni relatio realis eq̄litatis aut sīlitudinis multiplicaref ad multitudinē eox q̄b⁹ aliqd dr̄ eq̄le vel simile: in vno eq̄li essent q̄si īfinite eq̄litates reales q̄b⁹ fere ad oīes res ⁊ ad oīes rex ꝯditiones ac ꝓꝓrietates cōparari pōt. Accipiūf ista ex dict̄. S. Tho. ꝓserti. 3°. li. s̄c. d. 8ª. ar. 5°. ⁊ 3ª. p. q. 35. ar. 5°. Itē q̄olz p°. ar. 2°. ⁊ q̄olz. 9°. arti. 4°. ¶ Aduertēdū tm̄ q̄ vnitas ⁊ pluralitas relationis fm aliā ⁊ aliā rōnē ex trib⁹ causari pōt .s. ex supposit̄ ex fundamēt̄ ⁊ ex terminis. ex suppositis accipif vnitas ⁊ pluralitas relatiōis mālr ⁊ fz numerū. sicut ī duob⁹ filijs sunt due filiationes numero ad vnū pr̄ez licet gemelli vna natiuitate nati fuissēt. ⁊ in vno pr̄e est vna p̄nitas numero ad plures filios plrib⁹ natiuitatib⁹ ortos. ex fundamētis vero sumif vnitas ⁊ pluralitas relationū q̄z^m ad eax realitatē sic eq̄litas ⁊ sīlitudo sunt relationes distīcte realr etiā si sint in eodē supposito eo q̄ fundamēta sūt realr distīcta .s. quātitas ⁊ q̄litas. ⁊ p̄nitas ⁊ spiratio actiua ī deo pr̄e licz sint due relatiōes reales: hūt tm̄ vnā ⁊ eandē realitatē ꝑpt vnā ⁊ eandē realitatē fundamēti. gn̄ari eni ⁊ spirare po^a gn̄atiua ⁊ spiratiua sunt penit⁹ eadē res. ⁊ in creatur̄ est vna tm̄ realitas eq̄litans ī vno ad plures sibi eq̄les ꝑpt vnā realitatē fundamēti .s. vni⁹ q̄ntitat̄. ex terminis vero sumif vnitas ⁊ pluralitas relationis q̄z^m ad ei⁹ formalē ⁊ q̄ditatiuā rōnem quēadmodū sīlitudo ⁊ dissīlitudo sūt relationes diuerse eo q̄ sunt ad diuersos termīos lz sint ī vno supposito vt gr̄a exēpli ad albū ⁊ nigrū ⁊ in diuinis p̄nitas ⁊ spiratio actiua lz sint oīno eadē res: sūt tm̄ due relatiōes specifice distincte eo q̄ sūt ad distīctos terminos .s. ad filiū ⁊ spm̄ scm̄. Sciēdū tm̄ q̄ nō q̄cūq̧ pluritas terminorū causat pluritatē relationū q̄z^m ad eax formalē ⁊ q̄ditatiuā rōnē: s̄z pluritas formalis ⁊ specifica terminox. licz .n. plures sint filij vni⁹ pr̄is ad q̄s tanq̧ ad terminos ip̄e pr̄ reffert: nō tm̄ in patre sunt plures relatiōes q̄ditatiue p̄nitat̄ sed vna tm̄ eo q̄ ip̄i plures filij nō sūt plures termini aut extrema pluralitate specifica s̄z numeralr tm̄ eo q̄ vna ⁊ eadē rōne formali oēs refferanf ad vnū pr̄em: nisi forte q̄dam eox sint adoptiui alij naturales.

¶ Tertio. Notādū est ꝑut phs tradit ī p̄dicamētis q̄ ꝓꝓrium relatiuox ē dici ad ꝯuertētiā: q̄d ītelligēdū ē si accipiātur s̄z formā relatiōis. i. inq̄z^m relatiua sūt. dr̄ eni pr̄ filij ⁊ fili⁹ pr̄is. ⁊ fuus dn̄i ⁊ dn̄s fui. sic ⁊ d̄ ceteris relatiuis q̄b⁹ relatiua denoīatio ipositā ē ⁊ inde ē q̄ relatiua mutuo se exigūt. hūoi aūt exigētia dupl̄r pōt intelligi. vno modo q̄z^m ad simplicē hītudinē vni⁹ relatiui ad alteꝝ. alio modo pōt ītelligi exigētia depēdētie vl̄ vni⁹ ad alteꝝ vel vtriusq̧ extremox adīuicez. Primus mod⁹ exigētie ē int̄ oīa relatiua siue sint relatiua realia siue rōnis tm̄ siue vnū relatiuū sit reale ⁊ alteꝝ rōnis. q̄z eni relatio ē ordo et hītudo vni⁹ ad alteꝝ: necessario oīs relatio exigit alteꝝ a q̄ sit ⁊ alteꝝ ad q̄d terminef ac p hoc alteꝝ relatiuox exigit alteꝝ ⁊ ecōuerso. vn̄ oīe relatiuū inq̄z^m hūoi: ē correlatiuū. scd̄us mod⁹ exigētie .s. depēdētie est īter relatiua quox vnū depēdet ab alio ex nā sui fundamēti inq̄z^m .s. fundamētū vni⁹ ē rō vel causa fundamēti alteri⁹ non absolute inq̄z res ē s̄z q̄z^m ad hoc q̄d ē esse fundamētū ⁊ hūoi coexigētia est ī oib⁹ relatiuis q̄ ad sua correlatiua realr refferūf. nā vt S. Tho. in dr̄. 2°. li. s̄ gē. ca. 12°. omne relatiuū ex eo q̄ hoc ipm̄ q̄d ē est ad aliud: ab ipso depēdet. neq̧ ē neq̧ ītelligi pōt sine illo. eādē sententiā ponit d̄ po^a dei. q. 3ª. ar. p°. ad. 9^m. Itē s̄ gen. li. 4°. ca. 14°. Q̄d aūt dictū ē de depēdētia relationū realium vel relatiuox: accipiēdū est in creaturis. nā relationes reales ꝑsonax adīuicē in diuinis nullaz important depēdentiam aut causalitatē sed ordinem tantūmodo originis. nisi forte depēdētia intelligatur in sola denominatione relatiua qua dicitur paf filij ⁊ fili⁹ pr̄is q̄ denoīatio ꝯseq̄tur relatiuox ītelligētiā. q̄z eni vnū relatiuox intelligi nō pōt sine alio ꝯseq̄f q̄ vnū denoīef ad alterū ⁊ ecōuerso. hūoi aūt depēdētia cōmuniter dicta q̄ ꝯsistit ī hoc q̄d ē dici ad ꝯuertētiā ī oīb⁹ relatiuis gn̄alr repif. ¶ Aduertēdū tm̄ q̄ vbi sup̄ dicebaf ī assignādo rōnē depēdētie relatiuo

rū ex nā fundamēti: ꝙ fūdamētū vni⁹ ē causa vł rō fundamēti alteri⁹: notant ꝗ additū est. q̄ȝ^m ad hoc ꝙ ē eē fundamētū vt cōprehēdat gnāalis rō depēdētie i oībꝫ ꝗ realr refferunt. nā nō necessario reqrit ad dpēdētiā relatiuoꝝ ꝙ fūdamētū vni⁹ sit causa vł rō fundamēti alteri⁹ q̄ȝ^m ad ꝓprias eoꝝ nās. sicut exēpli grā i duobꝫ eqlibꝫ int q̄ ē mutua realis relatio nō necessario reqrit ꝙ quātitas vni⁹ sit causa vel rō quātitatꝫ alterius q̄ȝ^m ad sui nām vł q̄ȝ^m ad ei⁹ eē rāle. Sȝ necesse est ꝛ ꝓuenit quātitati ex sua nā ꝙ exīs i vno sbo sit causa ꝛ rō ꝙ quātitas i altero que nec maior nec minor illa ē: fundet i ꝓpo sbo relationē eqlitatis. ꝛ idē itelligēdū ē d fundamēto silitudinis. nisi enim vtraqȝ quantitas esset: neutra esset actu fundamētū eqlitatꝫ i sbo ꝓpo. ꝛ ꝓpt hoc dictū ē ꝙ fūdamētuȝ vni⁹ depēdet ex fundamēto alteri⁹ ꝛ ccōuerso. Verū ētn̄ ꝙ iste mod⁹ dpēdētie ē a causa sine q̄ nō. Sȝ sciēdū ꝓut. S.tho. docet d po^a dei. q. vł mā. 7^a. ar. x^o. i. c. ꝙ i oībꝫ relatiuis q̄ realr refferūtur: ē dare depēdētiā fūdamēti a fūdamēto ſȝ aliqd realr sibi ꝯueniēs siue int relatiua sit relatio mutua siue nō sit mutua. In relatiōibꝫ siquidē sup quātitatē fūdatꝫ: fūdamētū vni⁹ depēdet ex fūdamēto alteri⁹ eo ꝙ vna quātitas ordinē ꝛ depēdētiā hēt ad aliā quātitatē ſȝ rōnē mēsure ꝛ mēsurati toti⁹ ꝛ ꝑtis ꝛ aliorꝫ q̄ quātitatē ꝯsequūt. In relatiōibꝫ aūt fundatꝫ sup actione ꝛ passione licȝ nō sit semp mutuus ordo ex vtraqȝ pte: opȝ tn̄ patiēs ꝛ motū aut causatū ordinē ꝛ depēdētiā hr̄e ad mouēs agēs ꝛ cāȝ eo ꝙ effect⁹ a cā pficiat ꝛ dpēdeat ac p hoc ordiat ad ipāȝ sicᵗ ad suū ~~pfectiuum~~ agētia āt ꝛ mouētia vł ēt cause: aliūde hñt ordinē ꝛ dpēdētiā ad suos effect⁹ ꝛ ad mota ꝛ causata q̄d ꝯtigit i agētibꝫ vniuocis q̄ p ꝓpāȝ actionē eē ꝑpetuū sue spēi ꝯseruāt ex q̄ ꝓuenit eis bonuȝ ꝛ ꝑfectio. Itē i agētibꝫ q̄ mota mouēt. nā ex ipso motu ordināt ad effect⁹ ꝓducēdos: ꝛ gn̄alr illud ꝯtigit in oībꝫ agētibꝫ ꝛ causis qbꝫ aliqd bonū ꝓuenit ex suis effectibꝫ actionibꝫ ꝛ ꝓductiōibꝫ. ptȝ igit ex pmissis ꝙ iter fūdamēta relationū realiū ē exigētia depēdētie vno mō ſȝ causā sine q̄ non alio alio mō ſm aliquā rōnē efficiētie. d relatiōibꝫ sup q̄litate fundatis nō ē hic facta mētio spālis eo ꝙ reducūt ad relatiōes sup quātitate fundatas. qm̄ rō formalis fūdamēti relatiōis sup q̄litate fundate ē aliqd hñs rōnē quātitatꝫ vł eius qd ad quātitatē ptiet sicut vnitas ꝛ multitudo. silitudo nāqȝ fundat sup vnitate q̄litatꝫ. dissimilitudo vero fundat sup diuersitate que sine multitudine nō est. ꝛ propterea phs. 5°. metha^e. int modos relatiuoꝝ nō posuit relatiua ſȝ q̄litatē.

¶ Quarto. Notādū ē ꝓpt argumēta Scoti ꝙ sicut dictū fuit i p^o notabili pcedētꝫ disti. ad hoc ꝙ iter aliq̄ sit mutua realis relatio reqrit ꝙ sint distīcta realr ſȝ eē relatiuū. hoc aūt ꝯtigit qn̄ fundamēta relatiōis ex pte vtriusqȝ extremi hñt aliquā inter se distīctionē realē saltē numericā. nā sic eadē res numero nō hēt ordinē vł hitudinē realē ad seipāȝ: ita neqȝ pōt causare aut fūdare realē relationeȝ in extremis: ꝛ p ꝯns neqȝ extrema realr distīcta. ex qbꝫ iferꝫ ꝙ qꝛ in deo vnū ꝛ idē numero ē fundamētū eqlitatꝫ i tribꝫ psonis. s. ēētie diuine magnitudo v̄tutꝫ ꝛ pfectiōis: ꝙ tres psone nō sūt extrema relatiua eqlitatꝫ realr distīcta: ac p hoc neqȝ eqlitas in diuinis ē relatio realis sed rōnis tm̄. Idē dicēdū ē d relatione silitudinis. ꝛ ista videt fuisse mēs. S. tho i p^o. ar. hui⁹ disti. vbi dicit ꝙ qꝛ eēntia diuina q̄ ē fundamētū eqlitatꝫ triū psonaꝝ est vna ꝛ eadē numero i tribꝫ psonis: ideo eqlitas nō hēt ex pte eēntie ꝙ sit relatio realis. nam idē ad seipȝ nō refferꝫ relatione reali. non. n. efficax eēt hmōi ꝓbatio nisi idētitas fundamēti argueret extremoꝝ idētitatē. nā in diuini eēntia nō ē id qd ꝓpe refferꝫ relatione eqlitatꝫ: Sȝ ē fundamētū eqlitatꝫ. ꝛ ita nō videreꝫ eē ad ꝓpositū maxima illa quā. S. tho. adducit. s. ꝙ idem ad seipm nō refferꝫ relatiōe reali. vn̄ videt ꝙ. S. do. accipit ibi refferri ꝓ fundare relationē. ita vt sit d ꝯ idē nō refferꝫ ad seipm realr: sensus sit i ꝓposito ad qd iducit: ꝙ idē oīo fundamētū i vtroqȝ relatiuoꝝ nō fūdat relationē realē. eo ꝙ identitas realis fundamēti i vtroqȝ extremoꝝ causat ipoꝝ idētitatē realē q̄ȝ^m ad eē relatiuū: dum tn̄ vtriusqȝ fundamētū sit oīo eadē res numero. ꝛ p ꝯns seqꝫ ꝙ relatio int illa ē sic relatio eiusdem ad seipȝ. vn̄ ꝛ i p^a. p. q. 42. ar. p^o. ad. 4^m. S. do. eandē rōnē assignās inagio ꝓpe loquꝫ ē. ait. n. ꝙ qꝛ psone diuine sunt vni⁹ magnitudinis ꝛ eēntie: seqꝫ ꝙ eqlitas q̄ sibi inuicē sunt eqles: nō ē relatio realis qꝛ idē ad seipȝ nō refferꝫ relatione reali. itelligēs p idē ad seipȝ ipās psonas ad se inuicē eqles eo ꝙ sint eiusdē magnitudinis ꝛ eēntie. tanqȝ vnū ꝛ idē numero fundamētū efficiat ipa relatiua eē vnū ꝛ idē relatiuū. ¶ Neqȝ valet quorūdā īstātia arguūt eni sic. Si vnitas generica aut specifica quātitatis vel q̄litatis fundat in creaturis realē equalitatis ꝛ silitudinis relationē: a fortiori vnitas numerica fundabit i deo reales eqlitatis ꝛ silitudinis relationes. ista certe instātia nullā hēt efficaciā qꝛ ad realē eqlitatis vel similitudinis relationē: nō sufficit vnitas fundamēti ſȝ reqrit vlteri⁹ extremoꝝ realis distinctio. nā ſȝ phm̄ in pdicamētis similitudo est

rerū differētiū eadē ęq̄litas. ꝛ pari modo ęq̄litas est rerū differētiū eadē quātitas. nō enī ꝓprie dicitur aliqd sibi simile vel ęq̄le ſ3 idē. hm̄oi aūt distictio extremoꝝ: eē debet inq̄3m relatiua sūt eo ꝙ relatiuū ad aliud dicitˀ. Idē aūt fundamētū3 numero in vtroq3 extremoꝝ: facit illa esse idem realiť extremū relatiuū ꝛ p ꝯñs ꝙ relatio ipa: ratiōis sit nō realis q2 idē ad se ipm nō refferitur reali relatione. Qd aūt eēntia dīna sit omnino idē fundamētū ęq̄litatis i oībus psonis dīnis nō differēs re aut rōne: manifestū3 est qm̄ sicut eadē eēntia numero ē in trib9 psonis: ita eadē3 omnīno eēntie magnitudo ꝛ pfectio ē in singulis ꝛ in trib9 simul psonis ſ3 quā rōnē fundatˀ relatiōnē equalitatis in singulis ꝛ in oīb9 simul psonis. ꝛ preterea ꝓut. S. Tho. arguit p°. sen. d. 19°. q. pª. ar. p°. ad. 4m. cōmēsuratio nō est vni9 quātitatis ad se sed duaꝝ adinuicē ꝛ nulla aliq̄ magnitudo pōt esse ęq̄lis sibi. cū aūt vnitas supra quā fundaťˀ ęq̄litas sit vnitas cōmēsurationis: oportet ad hoc ꝙ ęq̄litas sit relatio realis ꝙ fundeťˀ sup vnitate cōmēsurationis duaꝝ quātitatum qd nō daťˀ in dīnio vbi ē nō solū vna numero quātitas ꝛ magnitudo in trib9 psonis: ſ3 etiā est in illis fm̄ eandem rationem fundandi equalitatis relationem.

Quantū ad articulū. 4m. respōdēdū est ad argumēta aduersarioꝝ. ꝛ q̄dem ad pmū Aureoli ꝯ pmā ꝯclusionē ptz rñsio p ea q̄ dicta sūt in pmo notabili ꝛ sup dī. 19ª. ꝛ p eadē3 ptz rñsio ad 2m. q̄bo enī ꝓcedūt ex falsa imaginatiōe nō. n. vt ibi dictū ē: fundamētū ęq̄litatis ē vnitas quātitatis absolute accepte. i. ſ3 rōnem quātitatis sicut arguēs putat. Sz est vnitas cōmēsuratiōis duaꝝ quātitatū numero differētiū. neq3 ē incōueniēs ꝙ ad relationē ęq̄litatis ꝯcurrāt tria q̄ꝛ sint tres cōcept9 imo ꝛ ꝯcurrūt q̄tuor. s. sbiˀ. n. fundamētū termin9 ꝛ ipsa relatio. ¶ Ad argumenta ꝯtra pmā partē 2e ꝯclusionis. ad argumētū3 Aureoli ptz rñsio p ea q̄ dicta sunt in 2° notabili ex dictis. S. Tho. vñ solutio ibi data bona est neq3 valet iprobatio nā in illo casu corrupto. s. vno termino difformi: corrūpiťˀ vel magis desinit eē respect9 rōnis q̄ erat specialiť ad illū terminū manet in facie vni9 hoīs vna realis difformitas ad ceteras facies alioꝝ. ¶ Ad argumēta Durādi ad pmū ptz rñsio sicut ad pmū Aureoli ꝯ pmā ꝯclusionē. ¶ Ad. 2m. negaťˀ assūptū qm̄ silitudo ē inť extrema distīcta realiť qd reqritur ad relationē realē ꝓut ptz ex p° notabili. idētitas aūt hēt extrema distīcta fm̄ rōnē tm̄. ¶ Ad 3m. dr ꝙ assūptū ē falsū ꝓut ptz ex. 3°. ꝛ. 4°. notabili. ¶ Ad. 4m. dr ꝙ licet phs. 5°. metha. nō posuerit i p° modo exēpla ęq̄litatis: ꝯprehēdit tñ relationē ęq̄litatis ꝛ ineq̄litatis sub p° mēbro distīctionis qd dr modo numeri ptinēs ad quātitatē sup cui9 vnitate fundaťˀ ęq̄litas. ¶ Ad. 5m. ptz rñsio p ea q̄ dicta sunt ad pmū Aureoli. ꝛ ad. 3m mēbrū sue diuisiōis: qd āpliˀ iducťˀ in hoc argumēto: dicimus ꝙ ęq̄litas mutua. i. ex vtraq3 pte nō est vna relatio numero ſ3 due relatiōes ꝛ fundaťˀ sup duas quātitates extremoꝝ fm̄ ꝙ sunt vnū cōmēsurationē ꝛ pari modo d silitudīe duorū extremoꝝ dicēdū est ꝙ. s. nō ē vna numero ſ3 due inq̄3m sūt vnū ꝓportione. ¶ Ad. 6m. negaťˀ assūptū nā sicut patuit in p° notabili. licet vnitas cōmēsurationis aut ꝓportiōis q̄ ē fundamētū ęq̄litatis aut silitudinis dicaťˀ pūatiue: ipsa tñ relatio ęq̄litatis ꝛ silitudinis positiue dr. ¶ Ad oīa argumēta Aureoli ꝯ. 2am. ptē. 2e. ꝯclusionis dr ꝙ idētitas psonaꝝ ęq̄liū quā nos ponimus in dīnis: nō est ꝓpe loquēdo idētitas q̄ idē suppositū ē sibi ipi idē cū dīne psone distīguaťˀ supposito ſ3 ē idētitas q̄ ea q̄ hnt vnā ꝛ eādē rōnē3 relatiui dicitur idē relatiuū. ꝛ tunc dicim9 ad minorē ꝙ licet psone dīne sint distīcte psone ꝛ distīcta supposita: sunt tñ idē termin9 ꝛ idē extremū relationis ęq̄litatis ꝓpť idē numero fundamentū ꝓut pleni9 deductū fuit in. 4°. notabili vñ argumētū pcedit ex isufficiēte diuisione. ¶ Ad argumēta Scoti ꝛ ei9 seq̄ciū ꝯ eandē ptē ꝯclusiōis dr ad pmū ꝙ minor ē falsa. nā sicut dictū fuit in rñsiōe imediate pcedēti: licet psone dīne sint distīcta supposita realiť: sūt tñ idē termin9 ꝛ idē extremū realiť relatiōis ęq̄litatis ꝓpť idē numero fundamētū i trib9. Idē. n. numero fundamētū ꝛ pserti idē re ꝛ rōne quēadmodū in ꝓposito nō pōt fūdare distīcta extrema relatiōis ꝓut deductū fuit in. 4°. notabili. ¶ Ad. 2m. dr ꝙ minor ē falsa. nō. n. est idē fundamētū relationū originis i dīnis. fundamēta nāq3 relationū origis in dīnis sunt ꝓductiōes ꝛ ꝓcessiones dīnaꝝ psonaꝝ nō eēntia dīna nisi forte remotū ꝓut. S. Tho. docet i plurib9 locis. ¶ Ad. 3m. dr ꝙ Aug9 i auctoritate iducta accipit silitudinē nō ꝓ relatione sed ꝓ fundamēto silitudinis qd ē idētitas virtutis ꝛ pfectionis. vñ cū diceret pª ęq̄litas ꝛ pª silitudo stati adiecit nulla i re dissidēs ꝛ nullo mō ieq̄lis Si. n. loq̄reťˀ d relatione ęq̄litatis ꝛ silitudinis: nō diceret nulla in re dissidēs qm̄ in duob9 ęq̄lib9 ꝛ in duob9 similib9: nō est vna equalitatis ꝛ simi-

litudinis relatio sȝ due ꝛ alia ꝛ alia ex pte cuiuslibet extremi. est igit ꝙ Aug᷒ loquit de fūdamētis nō de relationib᷒. ¶ Ad. 4^m. dr̄ primo ꝙ maior posset negari qꝛ etiā filius hēt ex vi sue ꝓductionis ꝙ sit idem sibi ipsi ꝛ tamen talis idētitas non est relatio realis sed rōnis tantū. Dicit. 2°. ad minorē ꝙ i auctoritate Augustini eq̄litas accipit ꝓ fūdamēto relatiōis eq̄litatis. s. ꝓ idētitate magnitudinis ꝛ pfectionis q̄ ꝑ generationē cōmunicat filio a pr̄e sicut ꝛ oīa q̄ sunt i filio. ¶ Ad. 5^m. dr̄ ꝙ nō est simile qꝛ magnitudo dimēsiua fundat eq̄litatē in duob᷒ eq̄lib᷒ eo ꝙ ē alia ꝛ alia oīno in q̄libet eq̄li. rōne cui᷒ distinctionis ipa eq̄lia sunt disticta extrema realit eq̄litatis ac ꝑ hoc ipsa relatio eq̄litatis est realis. i ꝓposito aūt argumēti est totū oppositū. qꝛ neqȝ est distictio aliq̄ ex pte fundamēti neqȝ extrema eq̄litatis sunt disticta realit inqȝ^m extrema sunt ꝛ termini eiusmodi relatiōis licet sint supposita disticta. ¶ Ad. 6^m. negat assūptū naȝ si eēt vna albedo oīno eadē numero i duab᷒ supficieb᷒: ambe supficies eēnt vnū ꝛ idē numero extremū similitudinis ꝛ ꝑ ꝯñs ipa relatio similitudinis esset rōnis tm̄. Idē eni numero fūdamētū: vnum tātūmodo extremū relatiōis ꝯstituit. vñ oporteret illud extremū bis accipi eo ꝙ relatio sm̄ se duo extrema reqrat. vnū aūt oīno re non pōt bis accipi nisi ꝑ itellectū. ¶ Ad. 7^m. dr̄. ꝙ procedit ex falso fūdamēto. s. ꝙ eēntia dīna sit fundamētū ꝓpriū ꝛ imediatū pr̄nitatis et filiationis in dīnis ꝛ de hoc dictū est ad p̄mū. ¶ Ad confirmationē dicit ꝙ nō est ad ꝓpositū qm̄ sicut dictū est: similitudo ꝛ eq̄litas in dīnis nō habēt extrema relatiua disticta realit ꝛ ꝑ ꝯñs nec p̄disticta q̄uis sint supposita disticta vt dictū ē. ¶ Ad. 8^m. dr̄ ꝙ pfectio relationis ꝓuenit ex pfectione fundamēti sicut ꝛ ei᷒ entitas realis. vñ Aug᷒ in auctoritate allegata loqt de equalitate ꝓut implicat suū fundamentū. s. vnitatē magnitudinis pfectionis. ꝛ ad hui᷒ iprobationē dicim᷒ ꝙ vbi indicit nono capl'o itēdit dicere ꝙ quātitas absolute ꝯsiderata nō est causa illius excelētie sed tāta quātitas in vna psona sicut in alia. i. nō maior neqȝ minor. itaqȝ equalitas ibi sumit ꝓ quātitate nō maiori nec minori nō pro relatione q̄ vna psona reffert ad aliā vt sibi equalis. ¶ Ad argumētū in oppositū patet respōsio ex his q̄ dicta sunt ad primum Scoti contra. 2^am. partem secunde ꝯclusionis. ꝛ in hoc articulus termiat.

¶ Distinctio. xxxij.

Irca distinctionē trigesimaȝ 2^am. q̄rit vtrū pať ꝛ fili᷒ diligāt se spiritu sctō. ꝛ arguit ꝙ nō. qꝛ sicut se hn̄t pr̄ ꝛ fili᷒ ad sapē: sic se hn̄t ad diligere. sȝ pr̄ nō sapit sapia genita q̄ est fili᷒ sm̄ Augustinū. 7°. dē tri. ca. p̄mo. Igit nec pr̄ ꝛ fili᷒ diligunt amore ꝓcedēte q̄ est spūs. s. ¶ In oppositū arguit sic. circa mām dīnoꝝ stare debet homo dictis sctōꝝ. Sȝ scti cōmunit ꝯcedūt ꝙ pr̄ et filius diligūt se spū sctō. igit illa ē ꝯcedēda. ¶ In hac q̄stione erunt quattuor articuli vt supra.

Uantū ad primū articulū sit p̄^a ꝯclusio ꝙ iste ꝓpositiones pr̄ diligit filiū aut fili᷒ diligit pr̄em spū sctō. vł pr̄ ꝛ fili᷒ diligūt se spū. s. sunt vere. Hāc ꝯclusionē ꝓbat. S. tho. p̄° sē. d. 32. q. p̄^a. ar. p̄°. et p̄^a. p. q. 37. ar. 2°. ¶ Secūda ꝯ°. ꙗ in p̄missis ꝓpositionib᷒ ꝛ i silib᷒ ablatiu᷒. spū. s. ꝯstruit i hitudie q̄si effect᷒ formal' capiendo effectū largo mō ꝓ eo qd̄ ē ab aliq̄ p̄n°. ꝛ capiēdo formale pro omni eo qd̄ denominat aliud qꝛ denominare est act᷒ forme accomodat᷒. Hāc ꝯclusionē ꝓbat. S. Tho. in locis p̄allegatis. ¶ Tertia cōclusio est ꝙ in p̄missis ꝓpositionib᷒ verbū diligere tenet notionalr̄ nō eēntialr̄. Hāc ꝯclusionē tenet. S. Tho. i locis pall'. ¶ Quarta ꝯ°. ē ꝙ pr̄ nō ē sapiēs sapia gēita. Hāc ꝯclusionē ꝓbat. S. Tho. p̄°. sen. d. 32. q. 2^a. ar. p̄°. Itē p̄ma parte. q. 37. articulo. 2°. ad p̄mū.

Uantū ad articulū. 2^m. arguit ꝯ ꝯclusiones ꝛ q̄dē ꝯ p̄mā ꝯclusionē arguit per rōnē a q̄s magn᷒ Albert᷒ inducit sup̄. d. x^a. Primo q̄cq̄d eq̄lr oppositionē hēt ad duo: nō reffert ad ipa nisi vt ad opposita relatiue. spūs. s. eq̄lr hēt oppositionē relatiōis ad p̄rē ꝛ filiū inqȝ^m sunt vnū p̄ncipiū spūs. s. ergo nō reffert ad ipsos nisi sicut vnū relatiuoꝝ ad aliud oppositum. ergo nō reffert ad ipsos vt forma amoris vniens et nectēns eos. ¶ 2°. vnū relatiuorū nō pōt intelligi eē forma disponēs reliquū. Cū ergo spūs sanct᷒ relatiuū sit ad patrē ꝛ filiū: nō capit etiā itellect᷒ ꝙ possit

eē forma vniens ꝛ nectens patrē ꝛ filiū. talis aūt forma vel q̄si forma īportatur in verbo diligēdi. ergo loqutio simplr̄ est falsa. ❡ 3°. nichil idē p̄ncipiū est oppositiōis ꝛ vnionis vel nexus. ꝓcessio spūs sancti principiū est oppositionis relatiue. ergo non pōt eē principiū vt forma vniens vel nectens. ❡ 4°. arguit Durādus. volens ꝓbare φ premisse ꝓpositiōes ꝛ alie ꝯsimiles sunt simplr̄ false si diligere sumat̄ notionaliter. arguit eni sic Q̄ñcunqꝫ aliq̄d sumptū cū determinatiōe predicat̄ de aliquo: pōt etiā predicari ꝺ̄ alio vel illo sūpto sine determinatiōe nisi forte determiatio sit distrahens. tūc eni non pōt. licet enim hec sit vera paulus est homo mortuus: tñ nō sequit̄ φ hec sit vera paul⁹ est homo qꝛ eē mortuū est determinatio distrahens. alioq̄n sequeretur bene. Si ergo hec eēt vera pr̄ diligit filiūꝫ spū sancto sumēdo diligere notionalr̄: cuꝫ hec determinatio spū sancto non sit distrahens: seq̄ret̄ φ hec esset vera exclusa determinatiōe dicēdo sic pr̄ diligit filium sumendo diligere notionaliter vt prius. hoc aūt est falsum qꝛ nullus actus notionalis ē a p̄re in filiū nisi generare: q̄re ꝛc. ❡ Cōtra. 2^am^ ꝯclusionē arguit Aureol⁹ ī hoc qꝺ̄ dicit ablatiuū cōstrui in habitudine quasi effectus formalis ꝛ primo arguit ex exemplis inductis a sancto doctore primo sic. Manifestū inquit est φ flos nō se hēt ad florere sicut effect⁹ formalis ad causaꝫ. imo poti⁹ ecōtra. nec vestimētū ē effect⁹ formalis idumēti. cū sup̄ dictuꝫ sit φ habitus significat aliquid quod intellectus cōcipit derelinqui ī ca habituatū. sꝫ f̄m istos inquit arguēs construitur ablatiuo in habitudine effectus formalis. ergo causa formalis cōstituitur in habitudine effectus formalis. quod dici nō pōt. ❡ 2°. ad idēꝫ. spūs sanctus magis hēt rōnē effectus cause efficientis respectu p̄ris ꝛ filiꝫ q̄ꝫ effect⁹ cause formalis. ergo multo melius isti deberēt dicere φ cōstruit̄ ablatiuus in habitudine effectus cause efficientis q̄ꝫ effectus formalis. ❡ 3°. loco arguit contra illud exēplū de florere et floribus. florere inquit non est florē producere sꝫ florē habere. dato enim φ deus flores arbori īpressisset: nichilomin⁹ arbor diceretur florere. sꝫ diligere sūptū notionaliter est producere spūꝫ sanctū. ergo nō ē similis cōstructio cū dicitur φ arbor floret floribus vel φ hortus rubet rosis cū illa qua dicit̄ φ pr̄ ꝛ filius diligunt se spū sancto. ❡ 2°. ad idem. Sic est de florere respectu arboris sicut de calere respectu ignis. sꝫ cū dr̄ ignis calet calore ablatiu⁹ nō construit̄ cū v̄bo p modū termini ꝓductionis: non eni calor ꝓducit̄ p calere. ergo nec cū dr̄ arbor floret florib⁹ ablatiu⁹ ꝯstruit̄ vt termin⁹ ꝓductionis. ❡ 3°. sic licet verbū actiuū ꝯstruat̄ cum termino ī ablatiuo vt cuꝫ dr̄ φ sol radiat radio vel φ ignis calefacit calore impresso illi: tamen v̄bū neutrū nō ꝯstruit̄ cū termino productionis cū nō habeat terminū. nō eni significat actionē ꝓductiuā sicut ptꝫ de lucere ꝛ calere sꝫ florere ē verbū neutrū nō actiuū. ergo cū dr̄ arbor floret florib⁹ ablatiu⁹ nō ꝯstruit̄ vt termin⁹ actionis. ❡ 3°. loco arguit ꝯtra hoc qꝺ̄ dictū est ibidē φ ī actu spirādi nō icludit̄ determinatio effectus sicut ī actu diligēdi. In actu nāqꝫ icludi dr̄ terminus qui vn⁹ denominat̄ ab alio sicut flos ꝛ florere dilectio ꝛ diligere ꝛ sic ꝺ̄ similib⁹. sꝫ spūo ꝛ spirare. genit⁹ ꝛ gn̄rare dicūtur denominatiua ad īuicē multo forti⁹ q̄ꝫ spūs ꝛ diligere. nā spūs non dr̄ diligere sꝫ spirare: vel forte econtra spirare a spū. ergo multo forti⁹ spūo icludit̄ in spirare q̄ꝫ in diligere ꝛ genit⁹ ī generare. q̄re multo fortius ꝯcedēdū eēt φ pr̄ ꝛ fili⁹ spirarēt spū sctō: vel φ pr̄ gn̄rat genito q̄ꝫ φ diligit spū sctō si regula illa sit vera. s. qū termin⁹ ꝓductio icludit̄ in ꝓductione: tūc terminus addit̄ in ablatiuo p̄ncipio ꝓducēti cū ipsa ꝓductione. sicut cū dicit̄ arbor floret florib⁹. ❡ 2°. ad idē. edificare icludit in suo itellectu edificiū ꝛ similit̄ ꝓducere ꝓductū sed nullus ꝯcedit φ edificator edificet edificio nec φ ꝓducēs ꝓducat producto. ergo regula nō est vera. ❡ 4°. loco arguit ꝯ distictionem factam de diligere essentiali ꝛ notionali ꝛ de amore qui in diuis pōt sumi eēntialit̄ et ꝑsonalit̄ ꝛ notionalit̄. Inpossibile inq̄t ē duas diuitates poni ī diuis. vnā eēntialē ꝛ aliā ꝑsonalē sꝫ amor cū sit ꝑfectio simplr̄ nō est aliud q̄ꝫ diuitas: imo cū amor sit quoddā formalit̄ īfinitū: esset ī diuis multitudo coꝝ q̄ sunt formalit̄ īfinita qꝺ̄ est omnino īpossibile. ergo nullo modo pōt poni possunt duo amores. ❡ 2°. sic. Si ponantur duo amores vnus eēntialis ꝛ ali⁹ subsistēs: aut in spiritu sancto est sol⁹ amor subsistēs sine essentiali aut subsistēs cū essētiali distict⁹ ab eo realit̄. aut subsistēs cū essētiali oīno indistictus ab eo re sed rōne. Nō pōt dici p̄mum qꝛ amor essētialis nō eēt ī spū sctō qꝺ̄ ē erroneū. nec 2^m^. qꝛ tūc duplici realitate eēt amās. s. amore eēntiali ꝛ amore subsistēte. ꝛ tūc cū illi sint īfiniti: seq̄ret̄ φ spirit⁹ sctūs eēt magis īfinit⁹ q̄ꝫ pr̄ ꝛ fili⁹ f̄m rē. nec pōt dari 3^m^. qꝛ idē seq̄tur. s. φ saltē f̄m rōnē spirit⁹ sctūs eēt magis īfinit⁹ ꝛ ꝑfectior q̄ꝫ pr̄. nec pt̄ poni 4^m^. qꝛ amor eēntialis ē īproduct⁹. iste v̄o ē ꝓcedēs. ille v̄o cōis trib⁹. iste ꝓpri⁹ vni ꝑsone ergo duplex amor in diuis poni nō pōt vn⁹ eēn

tialis ꝛ alius subsistens. ¶ 5°. loco ꝓbat ꝙ nullo
modo cōcedendū est ꝙ aliquis amor ꝓducaꝝ in
diuinis. qūcūq; .n. aliqua sunt vnū ꝛ idē fm̄ rem
ꝛ rōnē si vnū non attingiꝝ ꝑ realē productionē:
nec reliquū: sꝫ eēntia in diuinis ē idē qꝺ amor fꝫ
rem ꝛ rōnē soluꝫ cōnotatiue differens vt sup̄ ꝓ
batū est. nec aliquis negat q̄n saltim fm̄ rem sint
idē. ergo nō ē possibile ꝙ amor ꝓducaꝝ: cū con
cilū determinet ꝙ eēntia diuina nō ꝓducat nec
ꝓducaꝝ. ¶ 2°. sic. Quāuis tota ꝑsona spūs sācti
ꝓducatur ꝛ dicaꝝ ꝓducta: nō tū in ea est aliqua
realitas eē capiens ꝓductiue nisi sola ꝓprietas
ꝑsonalis alioq̄n si eēntia q̄ est in spū sancto non
solū capiet eē in eo sꝫ accipiet simplr̄ esse: īpossi-
bile foret ꝙ eēt eadē cū eēntia prīs q̄ est a se nec
capit eē aliunde. sic igiꝝ patet ꝙ nulla realitas q̄
sit in spū sancto capit eē nisi ꝓprietas ꝑsonalis.
Sed constat ꝙ amor infinitus nō est idē qꝺ pro
cessio q̄ est ꝓpetas ꝑsonalis spūs sancti. ergo nō
pōt catholice cōcedi ꝙ in spū sancto sit aliquis
amor ꝓduct⁹. ¶ 3°. cū; dicitur ꝙ spūs sanctus ē
amor ꝓductus aut intelligitur cōmūicatio aut
vera ꝓductio: sꝫ nō pōt pmū itelligi q2 eq̄ posset
dici ꝙ spūs sctūs est eēntia ꝓducta q2 ꝑ produ-
ctionē sibi communicatur eēntia. Et si dicaꝝ ꝙ pus
cōmunicaꝝ sibi amor q̄ꝫ essentia diuinitatis: non
valet q2 tunc per prius spūs sanct⁹ erit amor q̄ꝫ
deus et ita paꝝ qui ꝑ pus ꝛ ordine rōnis ē deus
q̄ꝫ amans: erit per pus fm̄ rōnē quid nobilius q̄ꝫ
spūs sanctus. Nec pōt dari 2m. q2 tūc amor qui
est in spū sancto vere caperet eē. ꝛ cū ipse amor
nō sit aliud q̄ꝫ eēntia diuinitatis: sequiꝝ ꝙ eēntia
diuinitatis vere ꝓduceretꝝ qꝺ est erroneū. ergo
cōcedi non pōt ꝙ in spū sancto sit aliquis amor
product⁹ accipiēdo amorē pro actuali dilectiōe.
¶ Contra. 3am. ꝯclusionē arguit. Durādus pmo
sic. Nullū pure notionale icludit illud qꝺ est co-
mune oīm ꝑsone. Sed diligere in premissis pro-
positiōib⁹ icludit habitudinē nō solū ad amorē
ꝓductū sꝫ etiā ad rem amatā qꝺ est comūe oīm
ꝑsone. ergo et c̄. ¶ 2°. q2 īpossibile est actuꝫ no-
tionalē nō includere realē ꝓductionē; etiā si cū
productiōe includat aliq̄n respectū rōnis. ergo
actus notionalis in nichil pōt tēdere nisi in pro-
ductū licꝫ ad illud possit habere aliquē aliū res-
pectū q2 ille alius respect⁹ cū sit extra rōnē act⁹
notiōalis notionalr̄ tent⁹: tēderet in illud. ¶ 3°.
Si dicere ꝛ diligere sumpta notionalr̄ īportant
trāsitū rei respectu ꝑsone et trāsitū rōnis respe-
ctu aliar⁹ alterius: tūc dicere et diligere sic sūp-
ta nō poterūt cōpetere nisi illi ꝑsone q̄ transit in
aliā rem: ꝛ in aliq̄d aliud ratiōe ꝛ sic solus pater

diceret se ꝛ alia verbo. q2 solus producit vbū. ꝛ
solus per verbū a se productuꝫ: hēt rōnē mani-
festātis vel representātis se et alia. ita ꝙ hec duo
copulatiue sumpta nulli nisi patri conueniunt ꝛ
similiter solus pater ꝛ filius diligerēt se vel alia
spū sancto q2 solus pater cū filio producit spūꝫ
sanctū ꝛ ꝑ spūꝫ sanctū a se productū hēt respe-
ctū ad se vel ad alia sub rōne amantis ita ꝙ hec
duo copulatiue sumpta nulli alij possunt cōue-
nire. hoc aūt nō dicitꝝ immo ista cōceditur. filius ꝛ
spūs sanctus dicūt se vel alia verbo. ꝛ ista spūs
sanct⁹ diligit se ꝛ alia spū sancto. ergo dicere et
diligere nō sumūꝝ notionalr̄. ¶ 4°. arguit cōtra
id quod. S. Tho. dicit ꝙ. s. q̄ndo in actu intelligi-
tur productū: tūc productum denominat agēs
vt cū dicitꝝ arbor floret florib⁹ ꝛ sic est ī ꝓposito.
dicit enī ꝙ nō est simile vtrobiq; q2 cū dicitꝝ ar-
bor floret floribus: nō fit ibi reflexio nec trāsitus
in aliū. nō enī dicitur ꝙ arbor floret se vel aliq̄d
aliud florib⁹ hoc enī male diceretꝝ. dicaūt dicitur
ꝙ pater diligit se vel alia spū sācto. ꝛ ideo male
si diligere sumatur notionalr̄. Sed deberet dici
paꝝ diligit spū sancto sicut dicitꝝ arbor floret flore
vel florib⁹. Sed nec; hoc pōt dici. q2 ꝙ effectus
subsistēs denominet agētē: cōtigit solū ī verbis
intrāsitiuis sicut est florere quod passiuū nō ha-
bet vñ bene dicitur floret flore. In verbis autē
trāsitiuis nō: licet includant ꝓductū sicut gene-
rare de suo nomine includit genitū ꝛ spirare spi
ritum vel spiratū qui dicunt in diuinis specialia
ꝓducta sicut florere includit florē. ꝛ tamē gīrat
genito nō bene dicitur: sed generat genitū. nec
spirat spirato: sꝫ spirat spūm vel spiratū trāsiti-
ue. Et causa hui⁹ differētie est: q2 tale itrāsitiuuꝫ
includit ꝓductū vt in ipso exñs: ꝛ nō solū vt ab
ipso ꝓcedēs. florere enī nō solū dicit ꝓducere flo
rem: sꝫ cū hoc hēre in se florē ꝓductū ꝛ ideo deno
minat ipm̄ ꝓducēs in q̄ est. sꝫ trāsitiua solū idu-
dūt ꝓductū vt ab ipo exñs ꝛ nō vt in ipso ma-
nēs ꝓpt qꝺ nō denomināt ipm̄. ¶ Cōtra. 4am.
ꝯclusionē arguit Aureol⁹ pmo sic. ait Aug⁹. 5°. de
tri. ca. p°. 5 hereticū ꝙ si aliq̄ñ fuit prˉ qñ nō fuit
fili⁹: seq̄tur ꝙ aliq̄ñ fuit prˉ sine v̄tute ꝛ sapientia
q2 dicit apl's xpm̄ dei v̄tutē ꝛ dei sapiaꝫ. hoc au
tem argumētū. nō teneret: nisi aliquo modo ī
aliq̄ hitudine verbū ad dei sapiam ptineret. er-
go videꝝ ꝙ aliq̄ modo ad sapiam prīs ptineat.
nec valet si dicaꝝ ꝙ Aug⁹ loquiꝝ ꝺ sapia eēntia-
li quia fm̄ hoc nichil ꝓbaret ꝺ coeternitate fi-
lij Aug⁹ q̄ꝫ tū ꝓbare itēdit. ¶ 2°. sic res posita i
esse apparēti ꝛ obiectiuo facit ad itellectionē sa
pientiā actualē. Impossibile enī est īmaginari sa-

pientiā vel intelligētiā actualē sine sapiētia vel intelligētia obiectiua. Sʒ verbū i diuinis ꝓcedit ꝑ modū itelligētie obiectiue: est, enī quid positū in diuinis in eē cōspicuo ꝛ apparēti. ergo verbū aliqd facit ad intellectionē ꝛ sapiētiā dei patris imo ad intelligētiā diuinā in q̄cūqꝫ ꝑsona. ¶ 3°. sic. nō min⁹ dilectio denoīat ꝑ modū forme manētis in eo cuius ē forma: q̄ꝫ sapiētia: nā diligere est opatio manēs in agente sicut sape. ꝛ hoc non obstāte diligere hēt aliquā habitudinē ad ipsuʒ pſem vt cōcedaṫ ꝙ pr̄ diligit se spū sancto. igiṫ verbū habebit aliquā habitudinē ad sapere vel intelligere i diuinis. nec valet si dicaṫ ꝙ diligere notionalr̄ teneaṫ. nō valet inquā q2 nō cōcediṫ ꝙ pr̄ spū sancto se spiret ꝛ tn̄ conceditur ꝙ spūs sanctus se diligit.

Quantum ad articulū. 3m. ꝓmo notādum est ꝙ questio ꝓposita in hoc articulo nō est q̄stio de re sʒ d' modo loquēdi. manifestū ē enī ꝙ a parte rei sic se hēt ꝙ pr̄ ꝛ filius diligūt se inuicē ꝛ spūʒ sanctū ꝛ nos. ꝛ spū sanctus diligit pr̄eʒ ꝛ filiū et nos. Itē verū est a parte rei ꝙ spūs sanctus est amor product⁹ a pr̄e ꝛ filio. Sʒ d' modo loq̄ndi est q̄stio vtrū stātib⁹ premissis a parte rei: hm̄oi modus loq̄ndi sit verus ꝛ ꝓp̄us. s. pr̄ et filius diligūt se spū sancto vel pr̄ et filius diligūt spūm sanctū et nos spū sancto. ꝛ qd difficultatē igerit in hac q̄stione ē accusatiu⁹ cū q̄ ꝯstruiṫ verbū diligere. nā si diligere in ꝓmissis ꝓpositiōib⁹ ꝛ cōsimilib⁹ sumiṫ eēntialr̄: videnṫ hm̄oi ꝓpositiōes false q2 nullū eēntiale conuenit pr̄i ꝛ filio ꝑ spūʒ sanctū. sicut ꝑ ablatiuuʒ videṫ designari. Sicut enī pr̄ et fili⁹ nō sunt spū sancto: ita nec itelligūt nec diligūt spū sancto sumēdo diligere eēntialr̄ ꝛ ꝓpter hāc rōnē comuniṫ nō cōcediṫ ista pr̄ est sapiēs sapiētia genita ꝓut videbiṫ arti. sequēti. Si aūt in premissis ꝓpositionib⁹ diligere sumiṫ notionalr̄: cū nullus actus notionalis termineṫ ad ꝑsonā a qua ꝓcedit q2 idē nō ꝓcedit vel oriṫ a seipo: sequiṫ ꝙ ꝓpositio sit falsa dicēdo paṫ ꝛ fili⁹ diligūt se spū sancto ꝛ idē est de similibus. Si vero in ꝓmissis ꝓpositiōib⁹ ꝛ cōsimilib⁹ v'bū diligere nō cōstrueret cū accusatiuo sʒ diceretur pr̄ diligit spū sancto vel pr̄ et filius diligūt spū sancto: facile eēt veritatē ꝛ ꝓprietatē harū propositionū assignare. q̄m satis vsitatū ē apud theologos ꝛ philosophos et ꝓpetas loqutiōis nō repugnat ꝙ agens denomineṫ nō solū ab actione sʒ etiā ab effectu vel ab ipo qd ꝑ actionē fit aut ꝓduciṫ. Dicim⁹ enī vere ꝛ ꝓp̄e ꝙ ignis ē calefaciēs calefactiōe et calore ab eo ꝓducto. ꝛ arbor dr̄ florēs nō solū floritiōe sʒ etiā florib⁹. vn̄ ꝓpṫ difficultatē circa veritatē ꝛ ꝓp̄etatē precdictaꝝ ꝓpositionū: ē multiplex doctoꝝ opinio nō solū antiquoꝝ sʒ etiā modernoꝝ. fuit aūt talis mod⁹ loq̄ndi admissus ꝛ a theologis vsitatus: ꝓpter auctoritatē presertī Augustini q̄ tali modo loquēdi vsus ē in. 5°. ꝛ. 15°. de trini. ¶ Ad hāc igiṫ difficultatē fm̄ viā. S. Tho. dissoluēdā ꝓmo dicēdū est ꝙ i premissis ꝓpositionib⁹ diligere teneṫ notionalr̄ de mēte. S. Tho. nō eēntialr̄ hec enīʒ expresse dicit in hac dis. q. p̄a. ar. p̄°. ad. 3m. ꝛ ar. . 2°. in. c. ꝛ ad. p̄m. ꝛ. p̄a. par. q. 37. ar. p̄°. i. c. 2°. vidēdū est quē sensuʒ. S. Tho. habuerit i ꝓpositionib⁹ premissis. Sciēdū igiṫ ꝙ p̄° sen. dis. 32. q. pa. ar. p̄°. in. c. S. doctor hāc propositionē pr̄ ꝛ fili⁹ diligūt se spū sancto sic exponit: a pr̄e ꝛ filio ꝓcedit amor qui ē spūs sanctus quo se diligūt. in quib⁹ v'bis notaṫ ꝙ verbū diligere i premissa ꝓpositiōe ꝛ cōsimilib⁹: duplicē actū notionaleʒ iplicat. vnū qui terminaṫ ad amorē ꝓductū designatū iplicite tanq̄ꝫ termin⁹ in v'bo ipo diligere. qui notaṫ i premissa expositione. S. Tho. cuʒ dicitur a patre et filio ꝓcedit amor qui est spūs sanct⁹. aliū qui terminaṫ ad rē dilectā designatā per accusatiuū se qui notaṫ in ꝓmissa exposiciōe cū dicit quo se diligūt. qd aūt ꝓmus act⁹ sit notionalis manifestū est cū dicat originē ꝑsone a ꝑsona. sʒ ꝙ secūd⁹ actus terminatus ad ꝑsonā dilectā notionalis sit: nō ē facile videre cū act⁹ ille nō iportet originē ꝑsone a ꝑsona. sʒ significet dilectionē qua ꝑsona diligiṫ a ꝑsona. s. pr̄ a filio ꝛ ecōtrario. ꝓpter qd aduertēdū ē ꝙ in pr̄e ꝛ filio in diuinis duplex actus dilectiōis ad se inuiceʒ ꝛ ad spūʒ sanctū cōsiderari pōt. vn⁹ quo se diligūt vt sunt suma bonitas ꝛ vnū in eēntia: ꝛ iste act⁹ dilectiōis nō est notiōalis sʒ eēntialis. est enī comunis trib⁹ ꝑsonis eo ꝙ cōuenit eis rōne eēntie. alius act⁹ dilectiōis ē quo pr̄ ꝛ filius se inuicē diligūt ꝛ sibi inuicē cōplacēt in eo ꝙ sunt ꝓncipiuʒ spūs sancti. sic enī vniunṫ imo et vnū sunt i vna actione ꝛ in vno ab eis ꝓducto. ꝛ talis actus dilectiōis notionalis est nō eēntialis cū nō cōueniat trib⁹ ꝑsonis sicut neqꝫ eē ꝓncipiū spūs sācti. ꝛ accipiṫ hic notionale ꝓ oī eo qd cōuenit alicui vel aliquib⁹ ꝑsonis diuinis ꝛ nō oībus licet nō sit directe ꝛ per se origo vel relatio originis nec sit ꝓp̄uū vnius ꝑsone. fm̄ quē modū ingenituʒ diciṫ eē notio pr̄is. ꝛ cōmunis spiratio est notio patris ꝛ filij. verū est tn̄ ꝙ notionale isto modo sumptū: semper icludit vel in ꝓncipali vel in cō-

notato aliqd ptinens ad rõnez originis īplicite vel explicite. est ergo sensus in pmissa ppositiõe cū dicit pr̄ ⁊ filius diligūt se spū sancto. i. pr̄ ⁊ filius pducūt amorē qui ē spūs sanctus quo sicut ab eis pducto denominant se inuicez diligētes aut se inuicē diligere. illo. s. modo denominatiõis quo causa vel pncipiū denominat ab effectu vel ab eo qd est a pncipio. qr enī spūs sanctus est amor pductus a pr̄e et filio: denoīat pr̄em ⁊ filiū se ipos amātes siue accusatiuus. se. teneat reciproce siue etrāsitiue ⁊ hoc ē qd. S. Tho. dicit q ablatiuus spū sancto ī premissa ppositiõe ⁊ cõsimilibus: cõstruit ī habitudine quasi effectus denominantis suū agens vel pncipiū. Idē enī est dictu cū dicit pater et filius diligūt se spū sancto ac si diceretur q pr̄ ⁊ filius diligāt se inqtm sunt vnū pncipiū pducēdi amorē qui ē spūs sanctus. vñ sicut dictū est in hmōi dilectiõe non communicat spūs sanctus cū pr̄e ⁊ filio ⁊ ppterea nō cõcedit ista ppositio spūs sanctus diligit se aut pr̄em vel filiū spū sancto capiendo diligere notionalr. Ex qbus inferunt no q sequaces. S. doctoris dicētes q in premissa ppositione ⁊ cõsimilibus verbū diligere sumit eēntialr vel iportat respectū rõnis ī habitudine ad rē dilectā licet sumat notionalr ī habitudine ad amorē pductū: nō capiūt mētē. S. docto. nusq enī ī hac materia hoc ipe dixit neq ex verbis eius id accipi pōt imo cõtrariū eius. qm nō solū dicit vbiq q verbū diligere sumitur notionalr in premissis ppositiõibus: sz plerūq adiungit ⁊ q nō sumit eēntialr. vñ si de mente eius eēt q ī habitudine ad rē dilectā sumeretur eēntialr: hoc aliquādo expressisset quod in scriptis suis nō repitur sz vbiq simplicit ⁊ sine determinatione dicit verbū diligere notionalr teneri in pmissis ppositionibus. ¶ Aduertēdū tamē q. p. p. q. 37. ar. 2. ad. 3m. S. Tho. ponit qdā verba que nō bene intelecta psit videri pmissis aduersa. inquit enī. sicut pat dicit se ⁊ oīnez creaturaz verbo quod genuit inqtm verbū genitū sufficienter representat pr̄em ⁊ oīnem creaturā: ita diligit se ⁊ oīnem creaturā spū sancto inquātuz spūs sanctus pcedit vt amor bonitatis prime: fm quā pr̄ amat se ⁊ oīnem creaturā. hec ille. Ex quibus verbis prima facie videt cū bōitas prima sit cõmūe attributū triū psonarū: q amor seu dilectio qua se pr̄ diligit sit amor eēntialis ac per hoc q verbū diligere in premissa ppositione ⁊ ī cõsimilibus nō teneat notionalr sed eēntialiter quod supradictis repugnat. ¶ Sed ad istud dicēdū est q in loco preallegato bonitas pma nō stat pro cõmūi attributo triū psonarū nec tenet eēntialr sed notiōaliter. stat enī p persona pr̄is ⁊ psona filij. patet hoc qm spūs sanctus nō procedit vt amor bonitatis eēntialis sed psonalis. nā idē est dictu spūz sanctū procedere vt amor bonitatis eēntialis ⁊ q procedit a bonitate essentiali: qd erroneū est. sequeretur enī q spūs sanctus procederet ab eēntia diuina ⁊ p ɔñs a se ipo quod ē absurdū. Cū igitur ibi. S. Tho. dicat q pr̄ diligit se ⁊ oīnem creaturaz spū sancto inqtm spūs sanctus pcedit vt amor bonitatis pme: sequitur q bonitas prima in eo loco non accipitur essentialiter sed notionaliter aut psonaliter. s. p persona pr̄is ⁊ p persona filij. eius pfecto spūs sctūs dicitur amor pcedens: a quo pducitur. ⁊ q ista fuerit mens. S. Tho. patet ex eo q in principio eiusdē respōsionis premittit q diligere sumitur notionalit cū dicitur pr̄ diligit filiuz ⁊ se et nos spū sancto ⁊ q importat nō solū pductionē diuine psone: sed etiā personā pductā p modū amoris qui hēt habitudinē ad rē dilectā. s. habitudinē eius. qd est a pncipio ad suū principiū. ⁊ post hec imediate sequuntur verba premissa q dubitationē videbātur afferre. vñ videtur q vtrobiq verbū diligere sumit notionalit. ¶ Quidā vero putantes q diligere in premissis ppositionibus sumi nō pōt notionalr nisi vt significat emittere aut pducere amorē: dicunt q hoc ipm qd ē pr̄em et filiū pducere amorē qui est spūs sanctus: est se inuicē diligere spū sancto: sed hoc nullā habet rõnē nisi forte itelligat virtualiter ⁊ aptitudinalr

Quantũ ad articulũ.3ᵐ. Primo notãdũ ẽ ꝓut .S. tho. docet de veri. q. vl'mã 16. ar.2°. ad.13ᵐ. q̄ inter potẽtias aie: potẽtia actiua nõ distiguit̃ a potẽtia passiua p hoc q̄ actiua habet opationem: passiua vero nõ. q2 cum cuiuslibet potẽtie anime tã actiue q̄ꝫ passiue sit aliq̄ opatio: oĩs potẽtia anime eẽt actiua. sed earũ distictio accipit̃. p cõparationẽ potẽtie ad obꝫ isto modo q2 si obm̃ se habeat ad potẽtiã aie vt patiens et vt trãsmutatũ ab ea erit potẽtia actiua. si aũt ecõuerso se habet ad potẽtiã. s. vt agẽs ꝛ mouẽs talis erit potẽtia passiua. vñ q2 alimẽtũ trãsmutatur ꝛ patit̃ a potẽtiis anime vegetabilib⁹: oẽs hm̃oi potẽtie aie dicunt̃ actiue. q2 vero potẽtie sensitiue p sensibilia obiecta mouent̃ ꝛ fiũt in actu: ideo oẽs potẽtie sensitiue sũt potẽtie passiue. licet q̄libet hm̃oi potẽtia sui habeat ꝓprium actionẽ ꝛ opationẽ. Simulit̃ etiã ꝛ itellect⁹ possibilis dicit̃ potẽtia passiua respectu sui obiecti in q̄ꝫ ab illo mouet̃ ꝛ in actũ reducit̃ mediãte sua similitudine. s. spẽ intelligibili si sit absens q̄uis intellect⁹ possibilis ꝓprias habeat actiones et opationes. ¶ Sed pro maiori itellectu hoꝝ cõsiderandũ est q̄ itellect⁹ possibilis nõ dr̃ esse potentia passiua q̄si non sit eius actu sm̃ se. nã cum sit q̄dam potẽtia et vir⁹ anime ordinata ad aie opationes nobiliores: forma q̄dam est ꝛ actus. sed dicit̃ esse potentia passiua q̄ꝫ ad aliq̄d. s. in respectu ad intelligibilia. vt eni. S. Tho. inq̄t ð veritate. q. 8°. ar. 6°. in. cor. nichil prohibet aliquid esse actu vnum ꝛ in potẽtia alterum. sicut diaphanum est actu quodam corpus sed potentia est coloratum ꝛ eodẽ modo est possibile esse aliquid ens actu quod in gñre intelligibiliũ est in potẽtia tñ vt est intellectus possibilis. vñ cõ-

mēt:ror. 3°. de aīa nō dicit absolute q̄ itellect⁹
possibilis se hēt vt mā p̄ⁿ q̄ est pura potētia ſm
se ſʒ loq̄tur cū determinatiōe.ſ.in ordine itelli
gibiliū. in se aūt itellect⁹ possibilis forma ꝛ act⁹
est. hēt se tn̄ in potētia ad itelligibilia sicut inde-
terminatū od determinatū ꝓut.S.Tho.docet
in cōmēto sup.3°.li.de aīa. itellect⁹ eni possibilis
nō hēt de se vñ determinet̄ ad aliquā nām rerū
itelligibiliū. nā vt ait ph̄s in codē libro itellect⁹
possibilis se hēt quodā modo in potētia ad itel-
ligibilia inq̄ʒ̄ᵐ nichil coꝝ est actu ātequā itelligat.
quēadmodū ꝛ tabula in q̄ nichil ē actu scriptuʒ:
ſʒ hēt potētiā ad hoc q̄ in ea plura scribōt̄. vñ si
cut tabula licet sit q̄dam modo in potētia ad ea
q̄ in ipsa scribi possūt aut depigi ꝛ tn̄ ſm nām
suā est q̄ddā ens actu:ita itellect⁹ possibilis licet
sit q̄dō modo in potentia ad res itelligibiles in
q̄ʒ̄ᵐ de se nō est determinat⁹ od aliquā ipaꝝ an-
teq̄ʒ p eam aut p suā similitudinē dterminet̄:ſʒ
se tn̄ aliq̄ res est actu.est.n.ꝓut dictū est q̄dā vir
tus ꝛ forma de p̄dicamēto q̄litatis:ac p hoc act⁹
q̄dā est. ¶ Ex qb⁹ apparet error ꝛ deceptio illo-
rum q̄ opinati sūt itellectū possibilē nullā hēre
ꝓpriā actionē ꝛ opationē ſʒ tm̄ūmodo passionē
ꝓpterea q̄ ab Aristotele ponit̄ potētia passiua.
ex quo fūdamēto male itellecto ducti sunt etiaʒ
alij vt dicerēt q̄ licet itelligere ꝛ cognoscere for
mare verbū ꝛ hm̄oi significent̄ gramaticalit̄ vo
ce actiua ꝛ p modū opationis:i veritate tn̄ sunt
q̄dā effect⁹ formales qb⁹ itellect⁹ possibilis ē ta
le vel hēt talē formā vt exēpli gr̄a dicēdo intel-
lect⁹ itelligit vel cognoscit:sensus sit. intellect⁹
est vel habet esse intelligēs eo modo q̄ dicit̄ ig-
nis calet.i.est calidus vel ē hn̄s calorē. distigunt
enī isti int̄ has duas denominationes. ignis ca-
let ꝛ ignis calefacit. ꝛ sol lucet ꝛ sol illuminat. di
cunt enī q̄ p̄ma denominatio fit p esse aliq̄d qđ
se habet ad illud qđ denominat vt ei inherens
vel inexis.2ª.aūt p aliq̄d agere ꝛ vt ab alio exi
stēs. ꝛ iterū p̄ma denoīatio est sicut p actū p̄mūʒ
2ª.aūt sicut p actū.2ᵐ. vñ ſʒ istos itelligere co-
gnoscere ꝛ cōprehēdere ꝛ alij act⁹ itellect⁹ pos-
sibilis denoīant intellectuʒ p̄ma denomianone
nō.2ª. ita vt qlibʒ coꝝ ponat aliqđ esse in in-
tellectu emanās vel a re p̄ſente vel o sua simili-
tudine itellectū informāte quēadmodū a calo-
re informante subiectum:emanat esse calidum
tanq̄ʒ eius effectus formalis. ¶ Utraq̄ʒ autem
harum opinionum est falsa ꝛ contra doctrinam
ph̄i. de prima apparet libro.9°. metha᷑. vbi ph̄s
distinguēs duplicē finem potētiarum actiuaruʒ
ſm q̄ earum operationes sunt transeuntes vel
imanētes:expresse dicit q̄ visio in vidēte ꝛ specu
latio in speculante actio q̄doꝝ ē. Speculatio aūt
actus intellectus possibilis est ꝛ idē sequit̄ de ifo
intelligere ꝛ cōsiderare ac ceteris. imo si intelli-
gere ꝛ alij act⁹ intellect⁹ possibilis nō eēnt actio-
nes ſʒ passiones:nō essent actus imanētes in ipo
agente qm̄ passiones nō manent in agente sed
i patiēte. Itē li.3°. d aīa.c. cū aūt singula fiat ꝛc̄.
ph̄s dicit q̄ intellectus possibilis factus i actu p
spēs intelligibiles:cōſesti pōt opari p se ipm̄. Sʒ
si intelligere ꝛ alie opatiōes intellect⁹ possibilis
eēnt passiōes et nullo modo actiones:non esset
opus q̄ fieret in actu. nā ad patienduʒ sufficit q̄
aliq̄d sit in potētia. imo nichil patit̄ nisi ſm q̄ est
in potētia. Cuʒ aūt ph̄s i premissis verbis dicat
q̄ intellectus possibilis postq̄ʒ fit in actu pōt p se
ipm̄ operari:sequit̄ q̄ ipa ei⁹ opatio nō est passio
ſʒ actio. nā vnūquodq̄ʒ inq̄ʒ̄ᵐ ē actu agit:nō patit̄.
ꝛ preterea ſm ph̄m intellectus ꝛ voluntas sunt
potētie rōnales q̄ se hn̄t ad opposita ꝛ sunt po-
tentie libere. Sed potētia passiua non se hēt ad
opposita nec ē libā. ꝛ preterea itellectus possibil̄
est discurrere ab vno i aliō vt a noticia p̄ncipioꝝ
ad noticiā ꝯclusionuʒ ꝛ a causis ad effectus ꝛ cō.
Itē ei⁹ ē cōponere. diuidere. sillogizare. formare
verbū ꝛ similia:sed nullus nisi aut ꝓteruus aut
ignarus vnq̄ʒ dixerit ista eē passiōes sed magis
actiōes. Preterea.p°.ꝛ.x°. ethi. ph̄s ꝓbat q̄ feli
citas cōsistit in opatiōe potissimo intellect⁹. Sʒ
vt ibidē ꝓbat felicitas cōsistit in cōtēplatione ꝛ
cognitione. seq̄t̄ igitur q̄ cognitio et cōtēplatio
sunt opationes intellectus ¶ Nec q̄ʒ valet dicere
sicut aliq̄ putāt euadere q̄ opatio dicit̄ cōmunit̄
de actiōe ꝛ passiōe. qm̄ istud ē expresse ꝯ doctri-
nā ph̄i ꝛ cōmunē vsuʒ loq̄ntiū. ꝛ preterea felici-
tas est optimū et vltima perfectio humane vite
sed optimū et perfectissimū hominis nō cōsistit
in eo q̄ patiat̄. sed magis q̄ agat. alias optimū
hominis eēt in eo q̄ ē in potētia. ꝛ preterea ph̄s
dicit.2°. de celo q̄ omne reo ē ꝓpter suā opatio
nē et nullū ens actu ē qđ sit ꝓpa actiōe destitutū
Sed homo ſm sui supremū ꝛ inq̄ʒ̄ᵐ homo ē est
nature rōnalis ad quā ptinet po itellectiua. ergo
ſm intellectū eius ē rōnalis: homo hēt aliquā
ꝓpā opationē ꝛ actionē. De falsitate aūt 2ᵉ opi
nionis patet p̄mo ex dictis ph̄i li.2°. de aīa i.ca°.
dicēdum oūt ꝛ de po°. vbi ph̄s dicit q̄ scire con-
siderare ꝛ hm̄oi act⁹ intellect⁹:sūt act⁹ secūdi q̄
dicunt̄ actiones ꝛ operatiōes. ſm aūt opinionē
.2ᵐ intelligere ꝛ ceteri act⁹ intellect⁹ sunt act⁹
p̄mi quoꝝ ē dare eē subiecto p modū iformatio-
nis. ē igit̄ expresse ꝯ doctrinā ph̄i. ꝛ p̄terea ibidē

phs dicit q habens habitum scientie potest intelligere cum voluerit. Sed si intelligere nichil aliud esset q̃ȝ quoddam esse formale vt isti dicunt: non esset in libertate habentis habitum scientie. nõ eni est i potestate volũtatis si forma inhereat vel ie̾sistat subito: nõ dare illi esse formale q̃n hũioi necessario cõsequit ad formaȝ. multa possent ad istud ꝓpositũ aduci ex dictis phi. Augustini. S. Tho. ꝛ cõmunit doctoꝝ theologoꝝ sed õmittim⁹ ne in re manifesta longam faciam⁹ deductionē ꝛ ꝓbationē. ¶ Fũdamētũ aũt illaꝝ opinionũȝ satis debile est põt enĩȝ ad illud tripl'r respõderi. vno modo q cũ phs dicit intelligere ē q̃ddã pati: est predicatio p causaȝ: causat enĩȝ intelligere ex eo q intellect⁹ recipit spẽm intelligibilẽ qua informat ꝛ reducitur ad actuȝ. vñ q̃r oĩus receptio põt dici q̃daȝ passio largo modo ꝛ q̃si abusiue sumpto nomine passionis: ideo phs dicit q itelligere ē quoddã pati q̃r scȝ elicit ab intellectu dũ patit a spẽ intilligibili qua iformat passione tñ perfectiua. ꝛ ista solutio fundatur i dictis. S. Tho. pª. p. q. 85. ar. 2°. ad .3m. Primo inquit cõsideratur passio intellect⁹ possibilis s'm q informat spẽ itilligibili qua q̃dē informat⁹ format secundo vel diffinitionem vel diuisionem vel cõpositionē q̃ p vocē significatur ad hoc facit multuȝ exp̃sse qd. S. Tho. dicit. p°. li. sen. di. 40. q. pª. ar. p°. in. c. ait eni q̃dã opatio est q̃ nõ significat vt ꝓcedens in aliq̃m effectuȝ sȝ magis s'm q est aliq̃d in ipm. et siq̃dē hoc recipiatur in ipo: illa receptio dicet passio. et actio ꝯseq̃ns cõiunctum ex recepto ꝛ recipiente: dicet opatio. q̃r opatio semp ē pfecti vt patet i sensu. sentire eni ē q̃dã opatio sentientis neq̃ ꝓcedēs in effectũ aliq̃m circa sensibile: sed magis s'm q spẽs sensibilis in ipo ē. vnde senare q̃ȝm ad ipam receptionem spẽi sensibilis: noĩnat passionem. similit et itelligere quod etiã pati quoddã ē vt in 3° de aĩa dicit. Sȝ q̃ȝm ad actũ ꝯseq̃ntē ipm sensũ pfectũ p spẽm: noiat opationē q̃ dicit mot⁹ sensus de q̃ dicit phs in 3° de aĩa qd ē act⁹ pfecti. sȝ in deo ē similitudo rei cognite nõ p receptionē sȝ p eẽntiã suã. vñ lmũ intelligere nullo modo dicit passionē sȝ opationē tñ. oĩie oigit tal'coopationes nõ hñt passiões respõdētes nisi per modũȝ significãdi tñ sicut cũ dicit aliq̃d sciri nõ põit aliq̃ passio s'm rē scitã i scito. sȝ solũ q̃dã respect⁹ ad sciētē s'm rõnē q̃ p modũ passiõis significatur a gramatico sicut et opacio p modũ actiõis. vñ dicit q scire ē actiuũ et sciri passiuũ. hec ille. Ad eãdē sẽniaȝ faciũt ea q̃ dicit ꝯtra gen. li. 2°. ca. 76. parũ post mediũ vbi dicit ꝓpa naturalis opatio hoĩs ē intelligere q̃ nõ cõplect sine passiõe q̃daȝ inq̃ȝm quiȝ intellect⁹ patit ab intelligibili. nec ē etiã sine actiõe inq̃ȝm intellect⁹. s. agens facit intelligibilia in potẽtia: eẽ itelligibilia actu. ex q̃b⁹ verbis accipit q opatio q̃ ē intelligere neq̃ est passio facta ab intelligibili neq̃ ē actio intellect⁹ agentis et tñ nõ ē nec cõplectit sine vtraq̃. et in fine capituli dicit opatio aũt ꝓpa hoĩs est intelligere cui⁹ pm p̃ncipiũ ē intellect⁹ agēs q̃ facit spẽs intelligibiles a quib⁹ patit quodã modo itellect⁹ possibilis q̃ factus in actu monet volũtateȝ. Ex his auctoritatib⁹ hoc ad ꝓpositũ nr̃m accipit q passio intellect⁹ possibilis q̃ ab itelligibili patit p sue similitudinis receptionē p̃cedit ipm intelligere. ¶ 2°. respõderi põt q itelligere dicit a pho quoddã pati ca rõne q̃r se hẽt ad modũȝ recepti inq̃ȝm ē actio manẽs i itellectu eo modo loq̃ndi quo oĩe qd in alio ē imanẽs: dicit in eo eẽ receptũ. ꝛ tñ ex hoc nõ sequit q itelligere nõ sit actio elicita ab itellectu nõ extra sȝ itra ipm. ē eni cõmune oĩm actiõi immanẽtiũ q sit sicut aliq̃d receptũ in ipo agente q̃uis iq̃ȝm actio ē sit causata ꝛ elicita ab agente. ¶ Põt etiã. 3°. modo respõderi q itelligere ꝓut. S. Tho. dicit p̃mo sen. dis. 3ª. q. 4. ar. 5. in. c. ꝛ ad. 2m. dupl'r põt accipi vno modo large ꝛ cõi⁹ ꝓpe ꝓut intelligere nichil aliud est q̃ȝ intueri. i. habere presentiã rei intelligibilis quocũq̃ modo. ꝛ in ista acceptiõe intelligere est quoddã pati. nã huĩoi presentia nõ fit nisi per hoc q intellect⁹ recipit spẽm intelligibilẽ qua res fit p̃ns intellectui. alio modo intelligere sumit magis ꝓprie s'm q est operatio itellectus distinguẽtis vel cogitãtis aut cognoscẽtis ꝛc̃. et isto modo intelligere est actio non passio formaliter loquẽdo. et in ista acceptione non loquitur phs. cũ dicit intelligere est quoddaȝ pati. Sed in prima.

¶ Secũdo. Notãdũ est ad pleniorem intellectuȝ eoꝝ que dicta sunt ꝓut. S. Tho. docet de ver. q. vel mã .8ª. ar. 6°. in. c. ꝛ ad. 3m. ꝛ. ar. 7°. ad. 9m. et. ar. 8°. ad. 10m. ꝛ. pª. p. q. 54. ar. p°. ad. 3m. q actio intellect⁹ nõ ē sicut actio ꝓgrediẽs i mãȝ exteriorē sȝ sicut actio cõsistẽs i ipo agẽte vt pfectio eius. et ideo oportet q intellect⁹ s'm q itelligit: sit i actu nõ tñ oportet q i itelligẽdo itellect⁹ sit vt agẽs ꝛ itellectũ vt passiuȝ: sȝ intellect⁹ et intellectũ. i. res intellecta ꝓut ex eis ē vnũ aliq̃d effectũ qd ē itellect⁹ i actu: sũt vnũ p̃ncipiũ huĩo act⁹ q̃ est intelligere. ꝛ dico ex eis effici vnũ inq̃ȝm itellectũ cõiugit intellectui siue p eẽntiã suã siue p suã similitudinē. Vñ intellect⁹ nõ se hẽt vt agẽs vel vt

patiēs nisi p accidēs iq3^m^.s. ad hoc ꝙ itelligibile vniat itellectui:requiꝛ aliq̄ actio vel passio.actio quidē fm ꝙ itellect⁹ agēs facit spēs itelligibiles esse actu.passio aūt:fm ꝙ intellect⁹ possibilis recipit species itelligibiles.Sed hoc qđ est intelligere:consequiꝛ ad hāc actionē vel passionē sicut effect⁹ ad causam.hec.S.Tho. vbi pmo all.est in.c.qđ aūt dicit ꝙ itellect⁹ nō se habet vt agēs vel vt patiēs nisi per accidēs:debet intelligi de intellectu cōmunit̄ dicto ad agētē ꝛ ad possibilē. patet hoc q2 statim se exponēdo: actionē attribuit intellectui agēti:passionē vero intellectui potētiali siue possibili. itē qđ dicit ꝙ intelligere consequiꝛ ad hāc actionē vel passionē sicut effectus ad causa3: intelligi debet de causa remota ꝛ sine qua nō:et nō de causa īmediata ꝓductiua ꝛ elicitiua.nā pau ū supra dixerat ꝙ intellect⁹ et intellectū ꝓut ex eis sit vnū qđ dicꝛ intellectus in actu:sunt vnū pncipiū huius act⁹ q̄ est intelligere.ꝛ in respōsione ad.3^m^.ait itellectū ꝛ intelligens nō se hēt vt agēs ꝛ patiēs.s.respectu ipi⁹ intelligere sed ambo se habent vt vnū agens.ꝛ .ar.7°.ad 9^m^.īquit cognoscens ꝛ cognitū nō se habent sicut agens ꝛ patiēs sed sicut duo ex quibus fit vnū cognitiōis pncipiū.idē dicit.ar.8.ad .10^m^.idē sentit p° sen.di.35.ar.p°. ad.3^m^.et 4°. sen.d.49.q.2°.ar.p°.inq̄t: in itellectu oportet accipe ipm itellectū i potētia q̄si materiā: ꝛ spēz intelligibilē quasi formā:ꝛ intellectus in actu intelligens est q̄si cōpositū ex vtroq3.dicitur aūt actio intellect⁹ agentis circa fantasmata ꝛ passio intellect⁹ possibilis in receptione specierum causa sine q̄ nō ꝓprie ꝛ directe loquēdo.q2 nisi ille precederēt:nō fieret intellect⁹ possibilis i actu nec ex vnione spērum ad ipm fieret vnū pncipiū elicitiuū act⁹ intelligēdi.vñ fm ꝙ.S.tho. dicit in q̄stionibus de aia.q.18.ad.13^m^.Si q̄s recte cōsideret:intellect⁹ agēs fm ea q̄ phs de ipo tradit nō est actiuū respectu itellect⁹ possibilis directe sed magis respectu fantasmatu3 q̄ facit intelligibilia actu p que intellectus possibilis reducitur in actum.Itē pma pte.q.79.ar.4°.ad 3^m^.inq̄t.Si itellect⁹ agēs compararetꝛ ad intellectum possibilem vt obiectū agens ad potētiā sicut visibile in actu ad visum:sequeretur ꝙ statim omnia intelligerem⁹ cu3 intellectus agens sit quo est omnia facere.nūc autē nō se habet vt obm s3 vt faciēs obiectūm in actu.hec ille.

¶ Tertio. Notādu3 est ꝙ cum spēs intelligibilis sit q̄dam forma accidentalis informans ꝛ actuās intellectū possibilem ꝛ cum hoc sit principium quo mouetur ipsi⁹ intellectus in vi tute obiecti cui⁹ est similitudo:dupliciter dr̄ eē in itellectu.vno modo sicut accidēs in subiecto fm quē modum essendi resultat assimulatio intellect⁹ ad rem cui⁹ est species ꝛ fit intellect⁹ in actu primo ad que3 ante speciei receptionē fuerat in potētia ꝛ p cōsequēs fit potēs ad actum. 2^m^.s. intelligere aut cognoscere.nam fm cōmunē sententiā phoꝝ simile a simili recte cognoscꝛ.ꝛ q̄3^m^ ad istum modum essendi.s.sicut accidēs in sbo:spēs intelligibilis postq̄3 semel recepta fuit in itellectu semp est in ipso actualiter.etiam quādo circa speciem nō intendit p actualē consideratione. q2 cū intellectus possibilis est vit⁹ incorruptibilis et in subiecto incorruptibili:inamissibiliter ꝛ incorruptibiliter recipit spēs intelligibiles.nam vt phs docet in libro de lō.vite.dupliciꝛ aliq̄ forma corrumpiꝛ vel p se sicut a suo ꝯtrario vel p accidēs .s.ꝓpter corruptionem subiecti. vnde cum spēs in intellectu ꝯtrariū nō habeāt eo ꝙ sint q̄dā intētiones quēadmodū spēs colorū in diaphano neq3 eaꝝ subiectū sit corruptibile:sequiꝛ ꝙ spēs intelligibiles recepte in intellectu semper in eo actualiꝛ existāt modo p̄dicto. ¶ 2°. modo spēs intelligibiles dicunꝛ esse in itellectu sicut pncipium quo motiuū ad ipsi⁹ opationes nō p se et directe quo ad eius exercitiu3 sed q̄3^m^ ad ipsius determinationem.determinaꝛ nāq3 intellectus ad cognoscēdum hanc rē vel illā: fm ꝙ ista vel illa specie actu informatur.quantum vero ad ipsius operationis exercitium: pncipiū motiuū intellect⁹ est voluntas aut alia superior natura ꝓut accipi potest ex dictio.S.Tho.pma parte.q. 82.arti.4°.et pma.2^e^.q.9.arti. primo. et.6°. Iste autē modus essendi specierum i intellectu: adhuc cōtigit dupliciter in habitu.s. ꝛ in actu cōplecto. In habitu quidem quādo circa eas receptas ꝛ retentas intellectus nō intēdit nec considerat actualiter s3 habet se ad eas tanq̄3 vis memoratiua fm quē modū phs dicit.3°.de aia ꝙ intellectus est locus specierum. dicuntur autē species intelligibiles isto modo existere in itellectu habitualiter quod est se habere medio modo inter actū ꝛ potentiam ea ratione quia sunt in actu fm primum modum . Sed sunt in potentia quantum ad.2^m^.essendi modu3. aliquando autem intellect⁹ possibilis intendit circa ipsas species retentas actu intelligendo seu considerando fm illas ꝛ tunc dicuntur esse species in intellectu in actu complecto in quātum ipsum actu

liter mouent ad eius operationes quarum z ipse species sunt pricipium actiuū quo. Premissa distinctio accipitur de mente phi libro. 3°. de anima in .ca. cum autem sic singula fiat. vbi dicit q intellectus factus vnūquodqz intelligibilium recipiendo singulorum species: est in actu quēadmodum sciens qui a.s. habet actum pinū. s. ipas formas aut species intelligibiles. non tamē hēt actum. 2m. qui est operatio. z fm predictam distinctionem accipitur itellectus in verb. S. tho. de veri. q. vel materia. 8a. ar. 14°. in. c. vbi distinguit modum essendi formarum intelligibiliū in intellectu. s. in potentia. in habitu z in actu perfecto concludēs in responsione ad. 7m. z ad. 9m q forme vel species intelligibiles plures possūt esse simul in intellectu quādo sunt in habitu: nō autem prout sunt i actu perfecto. Sed ex his oritur dubitatio. cum eni supra dixerimus q species intelligibiles fm q sunt qdam forme accidentales actualiter existunt in intellectu tanqz in subiecto. plures autem forme vnius rationis non possunt simul esse actu in eodem subiecto: videtur q licet dicant aliquādo esse in habitu z quodam modo in potentia sub ratione motiui quādo. s. nō mouēt actu intellectum: nihilominus qz actualem existentiam habent in intellectu: nō videt q in ipso possint esse plures spēs simul. omnes eni spēs intelligibiles sunt vnius generis z respiciunt candem potentiā intellectiuam quātūcūqz res quarum sunt spēs sint generum diuersorum put. S. Tho. dicit de veri. q. 8a. arti. 14°. in cor. et 3 gē. li. pmo ca. 56. in pncipio et pma pte. q. 85. ar. 4°. in. c. Sed ad hāc dubitationem dicēdum est q repugnat plures formas esse simul actu in eodē subiecto fm eē reale z naturale. Sed nihil phibet plures formas esse in eodē subiecto fm eē intentionale fm quē modū spēs intelligibiles sunt in intellectu z species sensibiles in sensu. vnde necesse deonominat nec naturaliter trāsmutāt. z ratio dicti est quia subiectum recipiēs formā p trāsmutationem naturalē: mouet a contrario in cōtrariū fm phm pmo. et. 5°. phicorum. vñ postqz recipit vnā formaz non manet in eo potētia ad ipsam inet sz ad cōtrariam sicut subiectū factū calidū inqz m huiōi: nō est in potētia ad calorē sz ad frig9 vel ad tepe ditatē iqz m est qdā modo frig9 z si sit in potētia ad maiorē gradū caloris: hoc est inqz m hēt rōnē minus calidi qd aliq modo participat de rōne 3 rij. qz igit forme intētionales nō recipiunt fm sbo fm trāsmutationē nālem: nō fit in eaz sbo trās-

mutatio a 3rio in 3riū sz pōt post receptionē vnius forme recipe alterā eiusdē rōnis. Ex qbus infert q causa ppt quā plures spēs itelligibiles possunt esse simul in itellectu sicut i sbo: nō ē ppe z p se loqndo qz sūt i ipo hitualit vel qz hñt eē in habitu. nā sicut deductū est sup oēs cuiusmodi spēs actualit existūt in itellectu vt sunt qdā forme accidētales. sz causa ē qz sunt forme intētionales nō habētes eē nāle in sbo. nec in ipso hñt causas z dispositiones nāles ac p hoc nec opationes nāles qb9 forme nāles se inuicē i pediunt z repugnāt. dicūtur aūt opationes nāles q mediātib9 qlitatib9 nālib9 exercent z cū trāsmutatione reali z nāli subiectorum hñt. spēs aūt eē in itellectu hitualit: causat q nō possint mouei e et agere in itellectū reducēdo ipz de po a ad actuz ppie opationis eo q qzm ad istū effectū: sunt in po a qmo vt dictū est sup spēs itelligibiles etiāz dū in hitu dicūtur eē: sunt in actu qzm ad eaz um existētiā actualē quā hñt in itellectu z fz hoc accipit ver9 itellect9 phi. 3°. de aia vbi dicit q itellectus fact9 i actu spērum itelligibiliū quēadmodū sciēs. i. q habet sciētiā in hitu: ē qdā modo in potētia nō tñ sicut ante adiscere aut inuenire. qz .s. intellect9 vel sciēs p sciētiā z spēs qs hēt i hitu est i actu qzm ad pmū modū eēndi spēz: z est in potētia qzm ad. 2m. modū eēndi earum inqz m. s. spēs sunt qdā pncipia motiua itellect9 ad ipsius opationes. vñ tollitur q putāt q esse in hitu sit qddā eē mixtū ex actu z potētia ita q in se neqz totaliter est act9 neqz totalit est potētia qd falsum est. nā cū eē sit i entib9 simplicissimū z actualissimū. nullū eē est qd hēat in sui rōne vel nā aliqd potētie admixtū. potest tn hi e potentiā aliquā adiūctā aut cōnotatam. Cū ergo dr q ea q sunt in hitu habēt eē medio modo int potētiā et actū: nō est itelligēdū q illud mediū sit aliqd eē mixtū ex potētia z actu sz q illa quārū ad aliqd sui vel secundum aliquam sui rationem sunt in potentia z secundum aliquid sunt in actu. et in isto sensu intelligi debet quod. S. Thomas dicit in loco supra allegato de veritate. z in pluribus alijs q. s. habit9 vel ea q sunt i habitu, aut eē in habitu: ē qddā mediū inter potentiā z actū.

Quarto. Notandum est pro declaratione. 2e. conclusionis q immaterialitas dupliciter potest accipi vno modo fz ppā z formalē sui rōnē put. s. dicit puationē mãe. z isto modo nō ē rō seu cā directe z per se cognoscibilitatis. Tū quia secūdum se z formaliter dicit purā puationem cuius nō est

aliquod positiuũ causare. Tum etiã q: nõ omnis res imaterialis est cognitiua.i.potens vel apta cognoscere sicut patet de formis in animatorũ & de pluribus formis accidẽtalibus vt albedo. caliditas.similitudo & hmõi. q: si aliquis has formas velit vocare materiales eo q habẽt esse in materia & ex dispositionib⁹ materie causant ac ipsam consequnt: sunt & alie q̃ʒ multe forme imateriales que vel nõ sunt imerse materie.eo q non sunt affixe & alligate organo corporali neqʒ ꝯsequuntur materiales dispositiones quẽadmodum iusticia.prudẽtia & alia q̃ pro subiecto hñt partẽ intellectiuã vel simplr non habent esse in materia vt in angelis grã & charitas & multe alie forme ac ꝓprietates imateriales q̃ tñ nõ sũt cognitiue.i.apte cognoscere ꝗuis aliq̃ dictarũ formarũ possint esse ꝑncipiũ quo aliq̃ substãtia intellectualis cognoscat.dicit tamen isto modo imaterialitas ratio vel causa cognoscibilitatis: sicut remouẽs ꝓhibẽs.remouet nãqʒ & ꝑuat materiã que est impeditiua cognitionis eo q ꝑ se sit potentia.nã vt phs dicit.9°.methã. quãdiu aliquid est in potẽtia: est latens. quãdo autẽ fit in actu: tũc apparet & scitur. ꝓpter quod phs dicit ꝑmo phicoꝝ q materia nõ est cognoscibilis nisi ꝑ analogiam ad formã. 2°. modo põt accipi imaterialitas ꝓut circũloquit nobis quandã naturam positiuã inominatã quam nos vocare possumus ꝑ accomodationẽ naturã spũalẽ illo modo quo ingenitũ ꝓut est notio pr̃is in diuinis circũloquitur aliq̃d positiuũ ꝓprium pr̃is.s. vl̃e & fontale ꝑncipiũ ꝓductiuũ omniũ. vñ sicut ingenitũ ꝓut sumit ẜm suã formalem rõnẽ ziq̃ʒ[m] .s.dicit ꝑuationẽ geniti non est ꝓprium persone patris ʒ cõuenit etiam spũi sancto: est tñ ꝓpria eius notio ꝓut circũloquitur in pr̃e vl̃e ꝑncipiũ productiuũ: ita & imaterialitas ẜm suã formalem rationẽ miq̃ʒ[m].s.est ꝑuatio q̃dam materie non solum cõuenit rebus cognoscẽtib⁹: sed pluribus alijs vt deductũ est.miq̃ʒ[m] vero circũloquit aliquid positiuũ vt naturã spũalem vel aliq̃d hui⁹ in re tamen ꝑ se subsistente est proprium rerum cognoscentiũ & vt sic est ratio & causa per se cognoscibilitatis.qd ergo.S.Tho.dicit vbi in ꝯclusione.2ª.allegat q imaterialitas ẽ rõ seu causa cognoscibilitatis: in vtraqʒ acceptione itelligi pt ẜm aliũ & aliũ modũ causalitatis vt ꝑmissum est. ipa aũt nã positiua quã circũloqtur nobis nomẽ imaterialitatis & in q̃ fundat siue nomineẗ nã spiritualis aut spũalitas siue q̃cũqʒ alio noĩe: cõmunis ẽ oĩb⁹ reb⁹ cognitionẽ hñtib⁹ & ꝓpa illis: nõ tñ ei⁹ cõmunitas ẽ ꝑ vniuocationẽ ʒ ꝑ analogiã

dr̃ eni de rebus cognitiuis ẜm diuersos gradus perfectionis & per consequens imaterialitas vt in sequenti notabili deducetur.

Quinto. Notãdũ ẽ q ẜʒ cõmunẽ vsum loquẽdi doctoꝝ & notat illos.S.Tho.ꝫ gẽ.li.2°.ca.68.& 69.forma nõ dr̃ mãlis ꝓpt̃ hoc ꝑcise q est vnita mãe vel hẽt esse in mã aliãs anima humana appellaretur forma materialis qd cõmuniter doctores negãt ʒ dr̃ forma mãlis ꝓut.S.Tho.loco pall. ꝯducat: q̃ ẽ in mã sicut mãe imersa.dr̃ aũt forma imersa materie illa q̃ a mã totaliẗ est cõprehensa.ad cui⁹ euidẽtiã ꝯsiderãdũ ẽ ꝓut.S.Tho.ibi deducit ca.68.q formaꝝ q̃dã sunt q̃ in nullã operationẽ ꝓsũt nisi ad quã se extẽdũt qualitates q̃ sũt dispositiones materie sicut calidũ & frigidũ.humidũ & sicũ.rarũ & dẽsuʒ graue & leue & hijs similia.& iste sunt forme elemẽtoꝝ vñ iste sũt forme omnino mãles & totaliẗ imerse materie.sup has aũt sunt forme mixtoꝝ corpoꝝ q̃ licet nõ se extẽdant ad aliqs mot⁹ vel actiones q̃ ꝑ q̃litates ꝑdictas cõpleri nõ possunt: interdũ tñ opant aliquos effect⁹ altiori ṽtute corꝑali quã ex corporibus celestib⁹ sortiunt q̃ virt⁹ ꝯsequit coꝝ spẽm quẽadmodũ adamas attrahit ferrũ.sup has iterũ inueniuntur aliq̃ forme quarũ opationes extendũtur ad aliq̃ operata que excedunt vñ vĩtẽ qualitatũ ꝑdictarũ ꝗuis qualitates ꝑdicte organice ad haꝝ operationes deseruiãt sicut sunt anime plantarũ q̃ etiã assimulant nõ solũ virtutib⁹ corpoꝝ celestiũ in excedẽdo qualitates actiuas & passiuas: sed ipsis motorib⁹ corpoꝝ celestium miq̃ʒ[m] sunt ꝑncipia mot⁹ rebus viuẽtibus q̃ mouẽt se ipsas.sup has formas inueniũtur alie forme similes supiorib⁹ substãtijs nõ soluʒ in mouẽdo ʒ etiã aliq̃liter in cognoscẽdo & sic sunt potẽtes in opationes ad quas nec organice q̃litates p̃dicte deseruiunt tñ operationes hmõi nõ complent nisi mediante organo corporali sicut sunt anime brutoꝝ animaliũ.sentire enim & imaginari nõ cõplent calefaciendo & infrigidando: licet hec sint necessaria ad debitam organi dispositionem.sup omnes aũt has formas inuenitur forma similis supiorib⁹ substantijs etiã q̃ʒ[m] ad genus cognitionis qd est intelligere & sic est potens in opationem q̃ completur absqʒ organo corporali omnino & hec est anima intellectiua.nam intelligere nõ fit ꝑ organuʒ corporale. vnde oportet q id principium quo homo intelligit quod est anima intellectiua et excedit materie conditionem corporalis: non sit totaliter comprehensa a materia aut ei imersa sicut

alie forme mãles, qd eius operatio itellectualis ostēdit in qua nõ cõmunicat mã corpalis. qꝛ tñ ipsum intelligere anime humane indiget potē- tijs que p quedam organa corporalia operant .s. imaginatione ꝛ sensu: ex hoc ipso declaratur ꝙ naturaliter vnitur corpori ad complendã spe ciem humanam. hec sanctus tho.

Quantũ ad arti culũ. 4m. respondēdum est ab obiectiones in ꝯtrariũ ꝛ q̄dem ad pmũ Aureoli cõtra pmã cõ- clusionē ad maiorē dicit ꝙ obꝫ esse p̄sens vel apparēs stat dupliciter vel p modũ repñtati ꝛ isto modo spēs itelligibilis facit for maliter apparere vel per modũ cogniti: ꝛ sic itel ligere vel actꝰ intelligēdi facit formalit apparere sumēdo formaliter large, put oĩs denomina- tio dicitur esse formalis. ꝛ differũt isti modi ap- parētie vel p̄sentie ꝛ vnꝰ põt esse sine alio. her- cules nãqꝫ hēt esse p̄sens vel apparēs in sua ima gine in tabula depicta p modũ repñtati etiaꝫ qñ neqꝫ oculis corpis nec oculis mentis ab aliq̄ videt: ꝛ tamē i hoc casu nõ habet ibi eē apparēs vel p̄sens p modũ cogniti. Nũc ad formã argumē ti dicimꝰ ꝙ si maior ꝓpositio intelligat d primo modo apparētie vel p̄sentie: est falsa ꝛ minor in hoc sensu ꝯcedit. Si aũt itelligat de. 2°. modo: maior ꝯcedit ſꝫ minor negat. vñ apparet ꝙ nõ ē supfluũ vltra spēm intelligibilē ipm actũ intelli gēdi assignare. cũ nõ sit vtriusqꝫ ideꝫ effectꝰ. nec est incõueniēs ꝙ obm duplr appareat itellectui fm aliã ꝛ aliã rõnem quēadmodũ dictũ fuit dis. 27. de spē intelligibili ꝛ de verbo. ¶ Ad. 2m. dr ꝙ in vtraqꝫ significatione põt acapi nomē itelli gere, put dictũ est in p° notabili ꝛ cũ arguit ꝙ nõ põt in. 2a. significatione: negat. ꝛ ad pmã ꝓ- bationē dicit ꝙ intellectui nõ icõsistēte in actu cõ siderationis: obꝫ ē p̄sens mēti p spēm eo modo quo est ipsa spēs. s. in habitu. ꝛ tñ tũc res seu ob iectũ nõ ꝓpe dicit apparere mēti. Tũ qꝛ appare- re plus aliq̄d dicit q̄ p̄sens esse. s. cõuersionē vel intuitũ eiꝰ cui aliq̄d apparet in illud. põt enĩ ali- q̄s esse p̄sens alteri ꝛ ꝙ ipm nõ intueat sic quia hēt oculos clausos aut auersos vel qꝛ attentius circa aliud itēdit. Tũ etiã qꝛ nõ q̄litercũqꝫ spēs intelligibilis est p̄sens mēti: facit obm cuiꝰ simili tudinē gerit mēti apparere. Sꝫ reqrit ꝙ sit p̄ns actu nõ solũ hitu. actu vero dr eē p̄ns q̄ est p̄ns vt actualit mouēs itellectũ qd nõ est i casu dato ꝛ p hec ptꝫ rñsio ad. 2am. ꝓbationē. Ad. 3am. ꝓ- bationē dr p° ꝙ imagiatio arguētis est falsa i ꝓ positione assumpta. imaginat siquidē ꝙ obm in tellectꝰ nõ sit res extra intellectũ exĩstēs sed res p intellectũ formata vel ꝯcepta fm ꝙ hēt eē in- tētionale qd est falsũ ꝛ ꝯtra verã phiaꝫ. seq̄ret enĩ ꝙ nulla sciētia eēt realis ſꝫ oĩs eo versaret ur circa intētiones. Dr. 2°. ꝙ spēs dũ sit p̄sens itel lectui: facit apparere effectiue sicut p̄ncipiũ ... non ꝙ ipa sua p̄sentia sit formalit apparere. Sꝫ qꝛ est causa cõcurrēte lumine itellectꝰ agētis ꝙ res intellectui appareat. i. ꝙ itellectꝰ ipam itue atur ꝛ intelligat. vñ aliud ē spēm fieri p̄ñtē itelle ctui ꝛ p spēm ipm obm: ꝛ obm apparere ꝛ itelli- gi ab itellectu. vñ sicut ad hoc ꝙ lignũ fiat cali- dum nõ sufficit ꝙ ignis habeat in se calorē ſꝫ re q̄rit ꝙ ab igne ꝓcedat calefactio vsqꝫ ad lignũ. ita nõ sufficit ꝙ spēs itelligibilis sit formalr p̄ns intellectui ad hoc ꝙ res appareat vel itelligat: sed reqrit ꝙ ab intellectu informato p spēm ꝓ- cedat actio q̄ est itelligere in q̄ importat rei ap- parētia. vñ arguēs fallit p falsam imaginationē putãs ꝙ rē apparere itellectui sit idē oĩno ꝙ rem fieri p̄ñtem ita ꝙ in ipsa speciei informatione q̄ intellectum informat: cõsistat formaliter ꝛ q̄di- tatiue intellectio: quod est falsum. verum est ta men ꝙ intellectio ipam informationē ꝛ presen tiam speciei presupponit vel tãqꝫ prius tempore si species sit in habitu: vel priꝰ natura si species actualiter fiat p̄sens. ¶ Ad. 3m. dicitur primo ꝙ arguens improprie ꝛ inepte loquitur vocãs ip- sum intelligere qualitatem. non enim est q̄litas sed actio q̄ est aliud p̄dicamentum distinctuꝫ a q̄li- tate. ¶ Dicit. 2°. ꝙ proprie loquēdo intelligere seu actus itelligendi: nõ est similitudo nec assi- milatio rei itellecte q̄uis presupponat tanq̄ eiꝰ causam similitudinē vel assimilationem intelle- ctus mediãte specie itelligibili q̄ est rei similitu- do. licet enĩ intelligere vel alius actus intelligē di notificet ꝛ exprimat rem quantum ad ſbalia vel accidentalia: nõ ideo sequitur ꝙ sit eiꝰ simi- litudo sicut neqꝫ sequitur ꝙ quia oratio expri- mit ꝛ notificat rem vel aliquid rei: ꝙ ideo sit eiꝰ similitudo. Similitudo narqꝫ habet se per mo- dum forme intelligere autem p modum effectꝰ ꝛ operationis. Auctoritas autem Joãnis aut an tiquorum philosophorum hoc ~~tamen~~ probat ꝙ assimilatio requiritur ad cognitionem non ꝙ sit ipsa cognitio. ¶ Dicit. 3°. ꝙ dato etiam ꝙ in- telligere vel actus intelligendi dicatur large et improprie similitudo obiecti illo modo quo om ne ducens in noticiam alterius potest dici eius similitudo: argumentum non concludit. Dici- mus enim ꝙ species ꝛ actꝰ itelligendi sunt simili-

[illegible]es alterius speciei. et ad huius improba-
tionem dicitur ꝙ non est inconueniens ꝙ effe-
ctus quantũ ad id quod est: sit nobilior sua cau
sa equiuoca presertim partiali ⁊ instrumentali.
celum enim causa est animalium ⁊ tamen aĩalia
pfectiora sunt ipso celo. ⁊ dolabrũ causa est sta-
tue q̃ multo expssius assimilaẗ arti q̃ est ꝓncipa-
lior ei⁹ causa q̃ʒ dolabrũ. ⁊ verbũ formatũ in mẽ
te pfecti⁹ ⁊ expssius repñtat rẽ cui⁹ est verbũ
q̃ʒ species itelligibilis q̃ quodã modo ẽ ei⁹ cau
sa. ⁊ multa similia indici possunt. ¶ Ad. 4ᵐ. dr̃
ꝙ auctoritates cõmẽtatoris nõ faciũt ad ꝓposi
tũ arguẽtis. nõ ꝑ pria qꝛ intẽtiones dicũtur ibi nõ
spẽs q̃bus ꝑmo isormaẗ intellect⁹ sʒ cõceptiões
q̃s per actũ intelligẽdi itellect⁹ format ⁊ elicit.
2ᵃ. aũt auctoritas magis est ad ꝓpositũ nr̃m q̃ʒ
ad oppositũ. nã facere intẽtiones itellectas: ẽ ea
rum itellectionẽ causare. vñ sensus auctoritatis
est ꝙ abstrahere vel spẽs a fantasmatib⁹ vel qđ
magis videẗ esse de itẽtiõe cõmẽtatoris abstra
here a ꝑmo intellectio alia secundario itellecta
sicut a causis effect⁹ ⁊ ecõtra: vel ꝓpetates a na
tura rei aut ecõtra vel intẽtiones scđas a ꝑmis:
est causa ꝙ ipe intẽtiones sint itellecte. qđ autẽ
arguẽs dicit ꝙ itelligere nichil aliud est q̃ʒ reci-
pere itẽtiones falsum ẽ. ꝓut sup̃ in ꝑmo notabili
dictũ fuit falsũ; etiã est qđ dicit phũs. s. ⁊ cõmẽta
torẽ nõ posuisse spẽs itelligibiles ꝓpter actũ itel-
ligẽdi nec ipe ꝓbat. ¶ Ad ea q̃. 2°. loco inducit
ad ꝑmũ dr̃ ꝙ minor est falsa. imo ꝑ recipe spẽm
⁊ ꝑ agere. i. ꝑ hoc ꝙ itellect⁹ recipit spẽm ⁊ ea re
cepta agit itelligẽdo rẽ: habet itellect⁹ rẽ sibi ꝑ-
sentẽ in esse apparẽte. ⁊ ad hui⁹ iprobationẽ dr̃
ꝑmo falsum esse ꝙ agere ꝑ spẽm et recipe spẽm:
sint puri respect⁹. nã actio ⁊ passio distĩcta ꝑdica
mẽta sunt a relatione. ¶ Ad. 2ᵐ. negaẗ minor
⁊ cũ cõditione apposita est ipossibilis. nõ enĩ est
possibile exclusa omni receptione ⁊ oĩ actiõe:
ꝙ intẽtio vel aliqđ aliud sit itellectũ nec arguẽs
ꝓbat eam neq̃ʒ alia q̃ ibi multiplicat. ¶ Ad. 3ᵐ.
dr̃ ꝙ auctoritates ibi iducte nõ ꝓbãt ꝓpositum
arguẽtis. ex ꝑma nãq̃ʒ id solũ accipiẗ ꝙ ex intel-
lectu ⁊ ex itẽtione. i. spẽ itelligibili fit vnũ cõpo-
sitũ tãq̃ʒ ex materiali ⁊ formali. 2ᵃ. aũt auctori-
tas false allegaẗ nõ enĩ reperiẗ sicut iacet in ar-
gumẽto in toto cõmẽto tertij libri de aĩa sʒ et si
verba allegata alicubi repirenẗ nõ sunt accipiẽ
da ad sensũ arguẽtis q. s. esse vel sensibile vel in
telligibile cõponaẗ ex aliq̃b⁹ tanq̃ʒ ex materia ⁊
forma. qm̃ ẽẽ inẗ oĩa q̃ in reb⁹ sunt ẽ simplici⁹
⁊ actualius ꝓut scribiẗ in libro de causis. sʒ ẽ sen
sus q ipm sensibile in actu ⁊ itelligibile in actu:
sunt diuisibilia in aliquid simile forme ⁊ in aliqđ
simile materie. dicaẗ enĩ sensibile in actu: ipe sen
sus in actu ⁊ intelligibile in actu ipse intellectus
in actu fit enim vnũ ex sensibili ⁊ sensu ⁊ ex itel-
ligibili ⁊ intellectu postq̃ʒ sensus ⁊ intellect⁹ in-
formanẗ actu speciebus sensibili. s. ⁊ intelligibili
sed accidẽtali. s. quãtum ad esse sensibile ⁊ itel-
ligibile. ⁊ ideo sensus in actu cũ sensibili in actu
fiunt vnũ cõpositũ ⁊ similit itellect⁹ in actu cũ
intelligibili in actu. ¶ Ad. 4ᵐ. dr̃ ꝙ maior ẽ fal-
sa sicut ptʒ de spẽ itelligibili ⁊ verbo formato ꝑ
ut dictũ fuit in solutione ad ꝑmũ. ⁊ vestigium ⁊
imago sunt due similitudines respectu eiusdem
rei. ⁊ ad eius probationẽ dicaẗ ꝙ spẽs intelligibi
lis ⁊ intellectio seu act⁹ intelligẽdi sunt diuersa-
rum rõnũ. ⁊ cũ arguiẗ ꝙ tũc vna erit pfectior a-
lia ⁊ cõtinebit aliã virtualit dicaẗ ꝑmo ꝙ hoc nõ
est necessariũ. multa. n. sunt diuersaꝝ rõnũ ⁊ spẽ
rum quoꝝ vnũ nõ ꝯtinet aliud ꝟtute queadmo
dũ color ⁊ sapor. iusticia ⁊ fortitudo. caliditas ⁊
albedo. forma aque ⁊ forma terre. et plura alia
dari possunt. nõ enĩ oĩe pfectũ ꝯtinet virtualit
qđlibet iperfectũ vel min⁹ pfectũ. ¶ Ad. 5ᵐ. dr̃
ꝙ ex auctoritate phi nõ ꝓbat arguẽs ꝓpositũ.
dicaẗ enĩ anima ẽẽ oĩa sensibilia ꝑ sensũ ⁊ oĩa
intelligibilia ꝑ intellectũ ꝓpẗ spẽs sensibiles ⁊ i
telligibiles reꝝ ad quas est in potẽtia nõ ꝓprie
⁊ directe ꝓpẗ act⁹ intelligẽdi. vñ falsa est exposi
tio arguẽtis ad verba phi inducta. nõ enĩ anima
est vna ꝑ assimilationẽ q̃ sit ꝑ actũ intelligẽdi sʒ
ꝑ dictas spẽs. vnde argumẽtũ ꝓcedit ex falso.
auctoritas autem Augustini intelligiẗ de visio-
ne que est mẽtis cõceptus seu verbũ ꝓut ex lit-
tera apparet nõ de ipso actu videndi. i. intelligen
di. ⁊ si alicubi de hac visiõe itelligat: accipitur vi
sio ꝓut includit spẽm visibilem. Augustin⁹ nãq̃ʒ
vtrũq̃ʒ plerũq̃ʒ cõplectitur ea ratione quia cum
visio fit actu: ꝯiugiẗ spẽs visioni ĩ sẽsu ita vt nõ
facile possit vnũ discerni ab alio ꝓut ipe Aug⁹
dicit. xj°. đ tri. ca. 2°. ¶ Ad. 6ᵐ. negaẗ ꝯña ꝑ ean
dẽ cũ potẽtiã aĩa põt dupliciter assimilari obie
cto prout dictum est de specie ⁊ verbo formato
sicut etiam potest habere plures actus circa idẽ
obiectum non distinctos formali ratione speci-
fica qua distinguuntur potentie. ⁊ tamen sicut di
ctum est in responsione ad. 3ᵐ. intelligere vel a
ctus intelligendi largo modo ⁊ multum impro
prie dicaẗ similitudo rei. ¶ Ad. 7ᵐ. dicitur ꝙ mi-
nor est falsa nec arguens probat. maior etiam
insufficienter tangit necessitatem speciei nã nõ
solum illos effectus habet species sed etiam ha
bet informare intellectum ⁊ actuare per modũ

act⁹ pⁱmi qđ actu͂ intelligēdi: nō pōt ꝯuenire q̄ sim
se ē act⁹ scđus ⁊ psupponit intellectū a q̄ eliciat ē
i actu. qđ fit p spēz q̄ pⁱmo iformaſ. alias ab existe
in potētia sm q̄ hmōi: pcederet actio qđ ē ꝯ phz
9°. matha⁰. nihil eni agit nisi inq̄ⁿ ē actu. ¶ Ad
8ᵐ. dſ pⁱmo q̄ maior ꝓpositio nō ē vsq̄q̄ vera
sicut pz ď duab⁹ cognitionib⁹ matutina ⁊ vespti
na q̄ respectu eiusdē obi ponūſ etiā simul ⁊ actu
alit in itellectu angelico: et ad ei⁹ ꝓbationē res-
pōsum ē sup̄ ad. 3ᵐ. pⁱmo loco. Dſ. 2°. q̄ minor
etiā ē falsa nec valet ei⁹ ꝓbatio. Tū q̄ maior vel
minor abstractio spēi tā in intellectu q̄ in sensu:
nō ē sufficiēs rō ꝓpt quā dato q̄ spēs i sensu ēēt
cognitio vel cōprehēsio: ideo spēs in itellectu de
beat ēē cognitio aut cōprehēsio. nō eni oīe illđ
qđ ē eq̄ vl magis abstratio q̄ sensatio ē cognitio:
alias oīs volitio ēēt cognitio. nō eni volitiones
sunt min⁹ abstractiores q̄ spēs in sensu imo ma
gis. vnlicet abstractio reqraſ ad cognitionez et
cōprehēsionē: nō ē ei⁹ sufficiēs rō. Tū etiā q̄ fal-
sum ē q̄ spēs i sensu sit formalit sensatio ⁊ cōpre
hēsio. Qđ aūt cōmētator dicit formas i sensu ēē
sensationes: itelligēdū ē dici p causaz q̄. s. ipe for
me sunt cause sensationū ⁊ cōprehēsionū: vl for
te cōmētator sensationē vocat large ⁊ iproprie
ipam forme vel spēi receptionē quēadmodū sup̄
dictū ē de intelligere. ¶ Ad. 9ᵐ. dſ q̄ si cōprehē-
sio dicaſ itellectio vel cognitio: maior ē falsa cū
suis ďclarationib⁹. vñ respōsio ibi data bona est.
⁊ ad ei⁹ iprobationē dſ q̄ rñsio ibi data est bona
accipiēdo ꝓspectū ꝓ intuitu vel cognitione mē
tis. ⁊ ad ei⁹ iprobationē dicim⁹ q̄ nō ē eadē rō ď
spē ⁊ ď actu itelligēdi nec act⁹ itelligēdi ꝓpē dſ si
militudo ꝓut sup̄ dictū fuit. nec ē vez q̄ spēs so
la sine aliquo actu intelligēdi ꝯcurrēte exhibeat
rē p̄sentē actu in ꝓspectu mētis. Sz hoc imedia-
te facit ipm itelligere. si eni p̄sentia rei facta p sola
spēz ēēt rei cognitio: ipa etiā p̄sentia spēi quā hēt
in itellectu ēēt eius cognitio ac p hoc q̄diu spēs
est p̄sens intellectui cognosceretur actualit ab eo. q̄
ē falsum. ¶ Ad. 10ᵐ. dſ q̄ spēs ponit in itellectu
nō vt suppleat vicē obi i rōne terminātis itellectio
nē sic argnēs putat: sz vt p eā obz qđ est reo extra
aīaz hēat rōnē in ouctioi q̄ⁿ p spēz fit p̄sens itelle
ctui. vñ cessat lōgus pcessus quē argnēs facit ad
ꝓbādū q̄ spēs nō suppleat vicē obi i rōne terminā
tis. ⁊ itez spēs ponit ꝓpt. 2ᵐ. vt. s. sit intellectui
rō formalis p̄ncipij elicitiui ďterminati act⁹. ⁊ ad
hui⁹ iprobatiōez dſ q̄ solutio ibi data bona ē: ⁊
ad ei⁹ pⁱmā iprobationē dſ q̄ cū ex spē intelligibi
li ⁊ ex intellectu fiat vnū qđ dſ intellect⁹ in actu:
ex vtroq̄z fit vnū p̄ncipiū elicitiuū act⁹ intelligē

di ꝓut ex dictis. S. Tho. deductū fuit in. 2°. ito
tabili. vñ spēs ⁊ itellect⁹ nō sunt duo p̄ncipia quo
.i. formalia act⁹ intelligēdi. Sz ex vtroq̄z fit vnū
p̄ncipiū i actu quo homo vl angel⁹ itelligit. Ad
2ᵐ. iprobationē dſ q̄ actio q̄ ē intelligere est ab
itellectu possibili mō stati dicto. ⁊ ad hui⁹ iproba
tiōez dſ q̄ licet itellect⁹ possibilis fit purū possibi
le in gñre itelligibiliū anteq̄z actueſ p spēm obi: ē
tñ de se aliqđ actu i genere ētiū ⁊ postq̄z iformaſ
p spēm ē etiā actu i genere itelligibiliū. ⁊ isto mō
pōt ēē p̄ncipiū act⁹ itelligēdi. q̄ aūt itellect⁹ agēs
cū fantasmate nō possit reducere itellectū possibi
lē ad actū intellectionis nisi pⁱus reducaſ ad actū
p spēm nō ē ꝓpt maiorē repugnātiā: sz ꝓpt naturalē
ordinē quo itellect⁹ possibilis exigit pⁱus ēē i actu
p spēm q̄ eliciat actū itelligēdi q̄ agere necessa
rio reqrit agēs esse actu. ¶ Ad. 11ᵐ. dicim⁹ q̄ duo
tāgit q̄ videnſ facere in ꝯtrariū. vnū est q̄ intelli
gere est quoddā pati ex auctoritate phi. aliđ ē q̄
Aristoteles nullā fecit mētionē de ordine spēi ad
intellectionē quē nos ponim⁹. ⁊ ad pⁱmū hoz i res
pōsum est sup̄ in pⁱmo notabili. Ad. 2ᵐ. dicim⁹ q̄
imo phs fecit mētionē ď tali ordine ꝓut sup̄ de-
ductū fuit ex auctoritate phi ꝓut in argumēto
tāgiſ. nec valet ei⁹ improbatio q̄si nec tenēda ē
nec ē vera expositio argumētio ad textū phi sz ase
ipso cōficta. ¶ Ad. 12ᵐ. dicit q̄ vbi cōmētator di
cit formā vel intētionē in intellectu esse cōprehē
sionē: nō est p̄dicatio q̄ditatiua ⁊ formalis sz acci
pit cōprehēsio large ⁊ iproprie ꝓ eo qđ cōprehē
diſ eo mō loq̄ndi quo dſ dom⁹ vel castrū aut vi
nea esse possessiōez alicui⁹ q̄. s. est illđ qđ posside
tur: p quē etiā modū in oīone dñica di: fiat volū
tas tua. i. illud qđ tu vis: ⁊ plura similia dici pos
sunt. vñ q̄ spēs itelligibilis quā cōmētator vo-
cat formā ⁊ intētiōez apprehēdiſ ab itellectu: dſ
ei⁹ apprehēsio. ¶ Ad argumēta ibernici ꝯ eadē
ꝯclusiōez ad pⁱmū dſ q̄ maior ꝓpositio ē falsa vbi
obm nō ē tota causa ipressiōis talis speciei. Im-
pressio aūt spēi itelligibilis nō fit a solo obiecto
qđ representat: sz etiā ab intellectu agēte p eiu⁹
actionē ⁊ illustratiōez ab spē ipressa fātasie: resul
tat spēs itelligibilis i ipm intellectū possibilē ma
gis spūalis q̄ spēs in fantasia existēs q̄ iā denu-
data a cōditiōib⁹ individualib⁹ ac p hoc apta na
ta representare obz sine ꝯditiōib⁹ individualib⁹
⁊ p ꝯñs nat a representare naturā ei⁹ vlēm. vñ im
pressio spēi in itellectū possibilē nō est imediate
⁊ directe ab obo qđ ē res extra itellectū sz magis
ab intellectu agēte. oba aūt sensuū exterioz q̄
iprimūt spēs suas i ipsos sēsus directe ⁊ imedia-
te: iō representanſ p easdē spēs eo mō q̄ ab illis

impꝛimuntur.s.singularit̄. ¶Ad.2m.negatꝰ ꝯsequētia imo obiectū nō esset p̄sens itellectui nisi eiꝰ sp̄es illi esset p̄sens: ex cuiꝰ p̄sentia obz quodāmodo fit itellectui ꝯiunctū. Cū.n.obm intellectꝰ nr̄i sit res extra aiaʒ exn̄s ac ꝑ hoc sepata ab itellectu: nō pōt ꝑ se ip̄m fieri p̄sens itellectui.ꝓpt̄ qđ p̄hs dicebat.3°.de aia ꝙ lapis nō est in aia sʒ sp̄es lapidis. ¶Ad.3m.pʒ r̄nsio ex his q̄ dicta sunt i.3° notabili.licet sp̄es possint eē simul plures in itellectu in habitu: nō ideo seq̄tur ꝙ oēs simul agāt in itellectū. qm̄ sp̄es nō agūt in itellectū nec causant itellectiōes nisi s̄m ꝙ actu mouēt itellectū.habitus aūt aut forma habitualis: inq̄ꝫm hm̄oi nō habet ꝙ actu moueat vel agat eo ꝙ nō sit in actu cōpleto sʒ quodāmodo i potētia.ꝓut latiꝰ deductū fuit i.3°.notabili. ¶Ad.4m.r̄ndet.S. Tho.p̄a.2e.q.54.ar.p̄°.ad.3m.ꝙ nō ē simile de corpe formato ꝑ figurā ⁊ d̄ intellectu formato ꝑ hitus vel ꝑ sp̄es hituales.qm̄ corpꝰ format̄ ꝑ figurā sicut ꝑ ꝓpriam terminationē. habitꝰ aūt nō est terminatio potētie sed ē eiꝰ dispositio ad actū sicut ad vltimū terminū. vn̄ q2 terminꝰ ⁊ p̄fertiꝫ vltimꝰ ē vniꝰ rei vnꝰ ⁊ nō plures: ideo vnū corpus nō pōt simul formari diuersis figuris. poa aūt pōt simul formari pluribꝰ habitibꝰ q2 nō repugnat ꝙ in vna re sint plures dispositiones ad lūos motus et opationes.q2 tn̄ actus et actiones sunt termini ad q̄o ordinat̄ potētia: simile iudiciū est d̄ illis ⁊ de figuris corpoꝝ q2 .s. nō p̄t vna potētia simul hr̄e plures actꝰ ⁊ opatiōes. ¶Po test.2°.r̄nderi ꝙ nō ē simile de figuris ⁊ sp̄ebus itelligibilibꝰ q2 figure cū habeāt eē nāle i corpibus ⁊ causent̄ ex naturali dispositiōe: se īuicē īnpediūt ne simul sint in eodē corpe.sp̄es aūt in intellectu habēt esse intētionale s̄m qđ eē: possunt plures forme etiā eiusdē rōnis simul esse in vno sbo ꝓut dictū fuit i.3°.notabili. ¶Ad.5m.negatur ꝯn̄a q̄ꝫm ad p̄mā eiꝰ p̄tē. ⁊ ad eiꝰ ꝓbationem ꝯcedimꝰ assūptū ⁊ negamꝰ ꝯn̄aʒ.cōcedimꝰ nāq; ꝙ itellectꝰ recipit sp̄eʒ itelligibilē sicut q̄dd̄ā accidēs reale ⁊ ꝙ patit̄ in tali receptione passione reali p̄fectiua nō tamē nāli ⁊ defectiua.sʒ ex hoc nō sequit̄ ꝙ itellectꝰ nō patiat̄ ab intelligibili.nā itelligibile qđ est obm intellectꝰ: actione reali agit in ip̄m q̄uis non nāli s̄m ꝙ nāle accipit̄ vt in 3°.notabili dictū ē. qđ aūt arguēs dicit itellectū pati ab itelligibili inq̄ꝫm itelligibile est si reduplicatiua iq̄ꝫm notat rationē formalē: falsum ē. non eni rō itelligibilitatis ē formalis rō q̄ intellectus patit̄ ab itelligibili. ¶Ad.6m.dr̄ p̄° ꝙ assumptū ē falsū nō eni volūtas reqrit p̄sentiā sui obi qđ ē bonū ad elicīēdū ꝓpriam opationē quēadmodū itellectꝰ ꝓut docet.S. Tho.p̄a.p.q.82.ar.3°.⁊ de veri.q.p̄a.ar.2°.⁊ in multis alijs locis.motꝰ nāq; itellectꝰ p̄ficit̄ in hoc ꝙ obm fit p̄sens intellectui.motꝰ aūt volūtatis ꝯsistit ⁊ p̄ficit̄ i hoc ꝙ volūtas tēdit i rē extra: ꝓpt̄ quod p̄hs dicit.6°.methae.ꝙ verū ⁊ falsum sūt i intellectu: bonum aūt ⁊ malū sunt i rebꝰ extra intellectū. Dr̄.2°.ꝙ nō est simile de volūtate ⁊ itellectu q2 voluntas cū nō sit potētia passiua: nō idiget ad suā opationē aliq̄d recipe quēadmodū ē itellectꝰ. Et p̄sta ꝑʒ r̄nsio ad ꝯfirmationē. ¶Ad.7m.dr̄.ꝙ prima causa ibi assignata ē nulla. Sʒ vera causa est ꝙ sensus ē d̄ se poa passiua ⁊ ideo idiget aliq̄ forma q̄ reducat̄ in actū ad ꝓpriaʒ opationē explēdā. et q2 hm̄oi opatio est cognitio: reqrit̄ forma q̄ sit similitudo sui obi eo ꝙ ōis cognitio fit ꝑ assimilationē. ⁊ ex hoc seq̄tur alia causa in argumēto assignata q2.s.ip̄a forma ⁊ sp̄es ē dispositio ꝓpinq̄ ad actū sentiēdi. vn̄ cū intellectꝰ sit poa passiua: indiget ip̄a eadē forma vl̄ sp̄e vbi obz ē absens. neq; valet qđ arguēs adducit ad ꝓbādū dissimilitudinē sensus ad itellectū q2 ad indigētiā sp̄ei nihil ꝯfert potētiā esse organicā aut nō. ¶Ad 8m.dr̄ ꝙ distictio Aristotelis vbi allegat̄: nō est itelligēda ad sensū arguētis eo ꝙ talis sensus repugnat vere p̄hie. nā cū locꝰ nō debeat nisi corpori q̄nto: inepta eēt ⁊ deridēda talis distinctio aut differētia. nō eni sp̄es intelligibiles q̄ abstrahūt a q̄nto s̄m ꝙ in intellectu recepte sūt: idigēt loco. neq; ad veritatē sunt i loco ⁊ p̄serti cū ponant̄ eē i intellectu q̄ neq; quātitas neq; q̄ꝫm est. vn̄ auctoritas p̄hi sic itelligēda est ꝙ vtreq; sp̄es .s.sensibiles ⁊ itelligibiles sunt in sensu ⁊ in itellectu sicut i sbo.est tn̄ differētia ꝙ sp̄es in sensu p̄serti exteriori: nō ꝯseruāt̄ ur i absentia sensibiliū neq; post actualē sensationē. sp̄es aūt itelligibiles ꝯseruant̄ in itellectu neq; corrūpi possūt incorruptibili exn̄te itellectu. ideo ab ista ꝓprietate.s.ꝯseruare sp̄es in eo receptas appellat̄ intellectꝰ a p̄ho impropē ⁊ methaphorice locꝰ sp̄erū eo ꝙ ꝓpetas loci sit ꝯseruare corpa in eo locata ꝓut p̄hs iq̄t.4°.phicoꝝ. ¶Ad.9m.dr̄ ꝙ verba p̄hi falso ibi allegant̄. nō eni hm̄oi verba ibi iueniunt̄.s.ꝙ speculemur qđ q̄d ē in fantasmatibus sʒ littera cōmēti sic hēt.itelligit eni formas ꝑ primas imaginatiōes.qđ exponēs cōmentator ait. tūc eni intelliget formas eaꝝ mediātibus p̄mis suis imaginibꝰ.i.veris quēadmodū sēsus cōprehēdit intētiones eaꝝ ꝑ p̄sentiā ipsoꝝ sensibiliuꝫ. alia aūt translatio sic habet.sp̄es q̄dē igit̄: itellectꝰ in fantasmatibꝰ itelligit.qđ exponēs.S.tho. dicit ꝙ pars anime itellectiua itelligit species a-

fantasmatib⁹ abstractas. vñ ptz q̄ cū dicitur ī fā
tasmatib⁹ nō est sensus q̄ in ipsis existētibus in
fantasia intelligat itellect⁹. q̄ si arguēs ꝓteruiē-
do velit magnā vim facere ī designatione abla
tiui: possum⁹ ad cōmcēdū respōdere q̄ phs in
verbis illis loquitur d̄ intellectu indicāte aliq̄d es
se ꝓsequēdū vel fugiendū. est enī eius intēo di-
cere q̄ sicut sensus ad p̄sentiā sensibiliū dicit ali-
quid esse fugiēdum vel imitādū ꝛ eodē modo
fantasia etiā ī absentia sensibiliū q̄ñ imaginatur
aliquas intētiones q̄ nō fuerūt ī sensu sicut ami
citie vel inimicitie: ita itellect⁹ intelligēdo ꝑ spe
cies in fantasmatib⁹ iudicat aliq̄d esse ꝓseqn-
dum vel fugiēdū. vñ q̄ iudiciū fuge aut ꝓsequ-
tionis vel odij aut amoris nō fit nisi cōsideratis
cōditionib⁹ particularib⁹ ꝛ ī diuiduātib⁹ rei que
manēt in fantasia ad q̄s oportet q̄ itellect⁹ se cō
uertat si iudicare debeat d̄ odio vel amore fuga
aut prosequtione: nō ī cōgi uc dicitur etiā ad sen
sum arguētis q̄ ī tellect⁹ spēs. i. p̄dictas intētio-
nes amicicie vel inimicicie ꝛ similes itelligit in
fantasmatib⁹. ¶ Ad argumēta Gofredi ad p̄mū
ɔceditur tota deductio s; ex ea nō seqtur q̄ vir
tus apphēsiua itellect⁹ nō sit in potētia ad reci-
piēdū spēm imo magis seqtur ɔtrariū. nā ab a-
gente ꝓportionali nō hēt passum id ad qđ p̄nci
palit̄ est ī potētia nisi mediāte ipressione aliqua
facta ab agēte p̄serti si id ad qđ passum ē in po⁰:
sit operatio q̄ requirit q̄ procedat ab aliqua for
ma ipsi agēti intrīseca aut inherēte si ꝓpria ei⁹
opatio esse debeat. ꝛ ad auctoritatē Aug⁹. dicit
q̄ ibi forma non sumit̄ pro spē a re sensibili ꝑ me
diū diaphanū ad sensū deducta s; pro ipsa sen-
satione a visu iformato p̄dicta spē elicita et hoc
ptz ex p̄cedētib⁹ ꝛ ex subsequētib⁹. parū enī sup
dixerat ipsaq; visio q̄d aliud q̄; sensus ex ea re q̄
sentitur iformat⁹ apparet ꝛ est similis mod⁹ lo-
quēdi quē habet phs. 3°. de aīa q̄ intellect⁹ in a
ctu est itellectū in actu ꝛ q̄ sciētia in actu ē idez
rei scite. Itē parū infra eodē caplo. visio inq̄t q̄
fit in sensu ex visibili corpe cū iā ɔiūctū est ꝛ vi-
detur. vbi visionē ponit ī sensu postq; corp⁹ visi
bile ɔiūctū ē sensui visus mediāte spē ꝛ cū iā vi-
detur. Itē īfra eodē caplo ɔcludit. gignit̄. ergo
ex re visibili visio s; nō ex sola nisi adsit ꝛ vidēs
quo cū ea ex visibili ꝛ vidēte gignit̄ visio. ꝛ infra
quod multū facit ad propositū nr̄m. ideoq; ait.
nō possumus q̄dem dicere q̄ sensum gignat res
visibilis. gignit tamē formam velut similitudi-
nem suā q̄ fit in sensu cum aliq̄d vidēdo sentim⁹
sed formam corporis quod videm⁹ ꝛ formaz q̄
ab illa in sensu videntis fit ꝑ eundē sensum non

discernimus q̄m tāta ɔiunctio est vt nō pateat
discernendi locus. ecce q̄ Augustin⁹ dicit ibi du
plicem formā fieri in sensu visus. vna q̄ ab eo vo
catur forma corporis q̄. s. est spēs impressa ꝛ aliā
formā q̄ ab illa in sensu vidētis fit quā ipse vo-
cat visionē. Itē; infra cū dixisset quādā affectio
nem nr̄o sensui ex re visibili esse impressaz. i. spe
ciem ꝛ similitudinē eius: subiūgit erat ergo etiā
cū viderem⁹ ꝛ illa clarior ꝛ expssior sed multuz
ɔiuncta cū specie rei eius q̄ cernebat̄ vt discerni
omnino nō posset ꝛ ipsa erat visio. ecce q̄ aper-
te ponit Augustin⁹ in vidēte spēm rei q̄ cernit̄ ꝛ
ipsam visionē ꝛ distinguit vnā ab alia qđ adhuc
magis aperit. parū infra vbi dicit q̄ cum ita sint
tria hec q̄uis diuersa natura quēadmodū ī quā
dam vnitatē cōtemperent̄ meminerimus. i. spe
cies corporis q̄ videtur ꝛ impressa eius imago
sensu qđ est visio. ¶ Ad. 2m. respōsum est ad au
ctoritatē phi in p̄mo notabili. vñ ɔclusio quā ar
guēs infert ex ea est falsa nec infert̄ recta conse-
quētia. ¶ Ad. 3m. dicit̄ q̄ si maior itelligat̄ d̄ eo
ad qđ potētia cognitiua est in potētia p̄ncipalit̄
ꝛ vltimate: ɔcedit̄. sed ex ea sic intellecta: nichil
cōcludit̄ ɔtra nos quia nō inde sequit̄ q̄ non sit
in potētia ad aliq̄d aliud tanq; ad mediū ꝑ qđ
ꝑuenitur in vltimū imo eadē potētia ē ad vtrū-
q;. sicut enī agēs ꝑ eundē actum tēdit in finez ꝛ
in ea q̄ sunt ad finem: ita eadē potentia est ī po⁰
ad finem ꝛ ad ea q̄ sunt ad finē. potētia autē cog
nitiua ꝑ spēm receptam sicut ꝑ mediū: attingit
ꝓpriam opationē. ꝛ ideo est in potētia ad vtrū
q;. Si aūt in maiori ꝓpositione itelligatur q̄ ad
vnū tātūmodo sit in potētia res ꝑ potētiā cog-
nitiuam ꝛ nō ad plura q̄litercūq; accipiātur: fal
sa est. ¶ Ad. 4m. dr̄ q̄ maior est falsa etiā p̄ auct
doctis ꝛ ꝑ experiētiā. ex p̄mo n. 8; ɔstat q̄ aq̄
recipiēs formā caliditatis ꝑ eam mouet̄ ad vlte
riorem actum. s. ad calefaciēdum: ꝛ artifex ꝑ for-
mam artis ad aliq̄d agēdū mouet̄ ꝛ similit̄ hoc
est eiudē tā in artificialib⁹ q̄; in nālibus. ¶ Ad
5m. dr̄ q̄ assumptū ē falsum nō est vtrobiq; simi
lis cōparatio. nā itelligere est aliq̄d in itelligēte
cū sit actio manēs i agēte, ꝓut pħo dicit. 9°. me-
tha. vñ itelligēte denoīatione intrīseca d̄noiat in
telligēte. s; itelligi nō est aliq̄d ꝑ se loquēdo in
re intellecta s; denoīatur res itellecta vl' itelligi
bilis ab itellectiōe q̄ ē ī itelligēte, ꝓpt qđ ꝛ pħo di
cit. 5°. metha. q̄ rei scibilis vl' scire ad sciētiā vl'
sciētē: ē relatio rōnis tm̄ nō realis eo q̄ nō refe-
rat̄ ꝑ aliq̄d qđ sit in ea s; ꝑ illō qđ ē ī sciēte. vñ sic
nō ē cā directe ꝛ ꝑ se q̄re sit relatio rōnis tm̄ rei
scite vl' scibilis ad sciētē q2. s. est eius motiuum ꝛ

ꝛ enī

quodãmodo actiuũ. nã plura agentia ꝛ motiua refferunt̃ realiter ad ea que patiũtur ꝛ mouent̃ ab eis. sed quia itellectio vel itelligi aut scientia ꝛ sciri nõ sunt aliq̃d in re scita qḋ sit fundamẽtũ sue relationis: ita causa directe ꝛ ꝑ se quare itelligi vel sciri nõ dicat realẽ passionẽ in re scita aut intellecta nõ est qꝛ. s. res itellecta mouet intellectum ꝛ agit in ipsum. sꝫ qꝛ sciri ꝛ itelligi nõ sunt aliq̃d reale in ipsa re scito sed sunt realit̃ in sciente. vñ neqꝫ ipsa actio itellectionis quã vt arguens putat iportat verbũ passiuũ itelligi: est aliq̃d in re q̃ intelligit̃ sed intelligẽte. alias res ipsa q̃ est obm: realit̃ refferret̃ ad intellectũ qḋ est ꝯ pħm. ptz igit̃ ꝙ argumẽtum ꝓcedit ex falso fundameto. ¶Ad. 6m. dr̃ ꝙ itellect⁹ dr̃ itelligẽs ex eo ꝙ causat itellectionẽ elicitiue. fantasma ꝛ itellect⁹ agẽs causant itellectionẽ dispositiue ꝛ ideo neqꝫ itellect⁹ agẽs nec fantasma dr̃ intelligens. sicut etiã volũtas causat itellectionẽ iperãdo intellectui ꝙ itelligat: ꝛ causat visionem corpalem imperando visui ꝙ colorẽ ꝑpiciat ꝛ tñ qꝛ ista causat nõ elicitiue: ideo nõ dicit̃ volũtas itelligens aut vidẽs corporalit̃. ¶Ad. 7m. ptꝫ rñsio ex suꝑ dictis ad. 2m. ꝛ in pmo notabili. ¶Ad argumẽta alioꝝ q̃ recitat Scot⁹. Ad pmũ dr̃ ꝙ in vbis illis Aug⁹ nõ intẽdit excludere vidẽtẽ aut potẽtiã visiuã alias ꝯdiceret sibi ipsi i vbis imediate ꝑcedẽtib⁹ vbi apte dicit ꝙ visio gignit̃ nõ ex sola re visibili sꝫ ex visibili ꝛ vidẽte. vnde videt̃ ꝙ Aug⁹ loq̃tur in verbis ab arguẽte iductis ꝺ iformatione q̃ est ꝑ spẽm rei vise q̃ iformatio appellatur: quãdoqꝫ visio eo ꝙ vt ipse Aug⁹ dicit parũ infra iformatio spẽi hẽt tãtã cõiunctionẽ ad visionẽ q̃ res videt̃: vt nõ pateat loc⁹ discernẽdi int̃ eas. ¶Ad. 2m. dr̃ ꝙ ꝯclusio non recte infert̃ ex pmissis. licet enĩ sonatio ꝛ auditio sint idem mot⁹: nõ inde seq̃tur ꝙ spẽs soni et auditio sint idẽ qꝛ spẽs soni ꝛ sonatio nõ idẽ sunt imo differunt sicut pncipiũ quo actiõis ꝛ ipa actio. ¶Ad 3m. dr̃ ꝙ maioꝛ ꝓpositio hẽt veritatẽ ꝺ causa eq̃uoca totali ꝛ pncipali nõ de causa partiali ꝛ minus pncipali. ꝛ de hoc dictũ fuit i rñsione ad. 3m Aureoli ꝛ accipit̃ ista solutio ex dictis. S. Tho. pa. 2e. q. 51. ar. 2o. ad. 3m. ¶Ad. 4m. negat̃ ꝯña nec ipe ꝓbat. Si enĩ argumẽtũ valeret: ois forma q̃ agẽs agit eẽt magis agẽs q̃ꝫ ipm. qḋ est falsum. ¶Ad. 5m. negat̃ assũptũ q̃ñ nãlis inclinatio ꝯseq̃tur ad nãm liberã. q̃. s. se habet i suis opationib⁹ ad vtrũlibꝫ ꝛ ad opposita sicut ẽ in ꝓposito ꝺ potẽtia itellectiua. fallit etiã illa maioꝛ de pncipio opationis ꝯcurrẽte ab extriseco. nãliter enĩ hõ ordinat̃ ad beatitudinẽ cui⁹ pncipiũ quodam ẽ grã ꝛ charitas ad q̃ tamẽ hõ se hẽt in potẽtia ꝯdictionis. ¶Ad. 6m. ꝯcedim⁹ totã deductionẽ. nõ enĩ militat ꝯ. S. Tho. q̃ neq̃qꝫ ponit ꝙ spẽs itelligibilis sit totale actiuũ ipius itellectionis ꝛ itellect⁹ totalr̃ passiu⁹ ꝙ arguẽs supponit. imo ꝭm ei⁹ doctrinã itellect⁹ possibilis ẽ pncipiũ qḋ ꝓductiuũ ipsi⁹ act⁹ itelligẽdi in respectu ad spẽm q̃ est pncipiũ quo: qꝫ ius respectu hominis q̃ ꝓprie ẽ intelligẽs itellect⁹ magis ẽ pncipiũ quo. ¶Ad. 7m. negat̃ ꝯña ꝛ ad ei⁹ ꝓbationẽ dr̃ ꝙ ꝓcedit ex falso fundamẽto q̃si spẽs itelligibilis sit totalis ꝛ ꝑfa causa ꝓductiua intellectionis ita ꝙ nichil aliud ad ipom req̃reret qḋ falsum ẽ vt sepe ẽ dictũ. ꝛ ꝑ hoc ptꝫ rñsio ad. 8m. 9m. aũt argumẽtũ nichil ꝯcludit ꝯ nos. 10m. vero ꝛ. 11m. argumẽtũ ꝓcedũt ex illo fundamẽto falso q. s. spẽs itelligibilis sit total' ꝛ ꝑfa causa actuum itelligẽdi vñ nichil ꝯcludunt sicut nec. 7m. ꝛ 8m. ¶Ad argumẽta Durãdi ꝛ quoꝛũdã alioꝛꝫ Ad pmũ dr̃ ad maiorẽ ꝙ est vera q̃ꝫm ad illud in quo ex opposito distiguit̃. possunt tamẽ esse idẽ in aliq̃ alio. sic aũt itellecta maioꝛe: argumẽtum nichil ꝯcludit qꝛ licet act⁹ pm⁹ sit forma absoluta: nõ ideo seq̇t̃ ꝙ act⁹ scḋus sit forma relatiua. nã q̃ꝫm ad hoc nõ distiguit̃. sufficit enĩ ad distictionẽ act⁹ pmi ꝛ act⁹ scḋi: distictio q̃ ẽ q̃ꝫm ad ea q̃ ipsos ꝯseq̃nt̃ inq̃ꝫm sunt pmus ꝛ scḋus vt ꝙ vn⁹ ꝑcedat aliũ ꝛ vn⁹ ordinet̃ ad aliũ ꝛ hmõi. Si enĩ rõ arguẽtis valeret: si act⁹ pm⁹ est accidẽs: act⁹ scḋ⁹ diceret̃ eẽ sba ꝛ si vnus eẽt in genere ali⁹ diceret̃ eẽ extra gen⁹ qḋ est absurdũ. ¶Ad. 2m. negat̃ ꝯña cũ sua ꝓbatione. nam quãtitas forma absoluta est nullã tñ habet de se opationẽ ꝛ eodẽ modo opatio itellect⁹ licet sit forma absoluta. ¶Ad. 3m. dr̃ pmo ꝙ maioꝛ ẽ falsa nec valet ꝓbatio qꝛ lucere est qḋdam eẽ: itelligere vero ẽ opatio. ꝛ licet vterqꝫ actus sit imo nẽs: differũt tñ ꝭm suas naturas. ꝛ eẽ est actus pmus ac ꝑ hoc existis pus in potẽtia. opatio vero est act⁹ scḋs ꝛ ꝑ ꝯñs ẽ act⁹ existẽtis in actu. vnũquodqꝫ enĩ agit ꝭm ꝙ est in actu ꝓut phs docet 9o. methae. et. 3o. de aĩa. ¶Ad. 4m. dr̃ ꝙ maioꝛ ꝛ minoꝛ nõ sunt vsqꝫq̃qꝫ vere nec arguẽs ꝓbat. ¶Ad. 5m. dr̃ ꝙ maioꝛ ꝓpositio debet itelligi de adunatione ꝭm eẽ nãle ꝛ ꝑfectum ꝛ ꝭm ꝓprias rõnes. duo ꝯtria ꝭm esse intẽtionale ꝛ incõpletũ ꝛ sub vna rõne cõmuni in qua cõueniunt aut si vnum per aliud cognoscatur: sꝫ in vno absoluto adunari possunt sicut actio ꝛ passio in vno motu ꝛ albũ ꝛ nigrum in medio coloꝛe. vnde in ꝓposito nostro albumꝫ ꝛ nigrũ possunt adunari in vno actu visionis ꝭm esse intẽtionale ꝛ incõple

cuz ac cõfusuz. z sm q cõueniũt i aliq vna rõne
vel cõueniẽtie vel differẽtie z accipitur respõsio
ista ex dictis. S. Tho. pª. p. q. 85. ar. 4°. ad 4m.
¶ Ad argumẽtũ Joãnis de ripa ad pmuz dr q
assũptũ ẽ falsũ z ꝯ plres auctoritates sacre scrip
ture. dicit eni pverbioꝝ. 3°. Dñs sapia fundauit
terram: stabiliuit celos prudẽtia. sapia illi⁹ eru-
perũt abissi z nubes rore cõcrescũt. et sapie. 8°. de
diuina sapia dicit. attigit ergo a fine vsqz ad finẽ
fortiter et disponit oĩa suauiter. et ecclesiastice
.24°. In psona diuine sapiẽtie dicit. ego ex ore
altissimi pdij. ego feci i celis vt oriret lumẽ inde
ficiẽs z sicut nebula texi oẽz carnez z psalmo.
.ciiij°. oĩa i sapia fecisti zc. z multe alie auctori-
tates induci pñt vñ mirũ ẽ q arguẽs dicat se alias
pbasse q intellect⁹ diuin⁹ nõ est actiu⁹. et certe
vr arguẽs decept⁹ putãs q qz intelligere dei nõ
est realr distictũ ab intellectu diuino ideo nõ est
eius actio quod minime sequit qm nõ ẽ de rõne
actiõis absolute z simplr dicte: q differat realit
ab eo cuius ẽ: q si i creaturis actio realr differat
ab agente: puenit ex deffectu creature. Si eni
rõ arguentis valeret: neqz iusticia neqz bonitas
neqz plures alie pfectiões eẽnt i deo cũ nõ diffe
rant aliquo modo realr i deo quadmodũ diffe
rũt in creaturis. ¶ Ad. 2m. cõcedim⁹ q eẽ pcep-
tiuũ aliqd addit ad esse actiuũ. s. determinatũ
modũ actiui. qz eẽ pceptiuũ est eẽ actiuũ actiõe
immanente et cognitiua. z cũ arguẽs infert ex hoc
q posse pceptiuũ ẽ magis actiuũ posse q posse
actiuũ nõ pceptiuũ: negat ꝯña ẽ eni fallatia figu
re dictiõis arguẽdo a modo ad rẽ. Sz bene sequi
tur q eẽ pceptiuũ sit eẽ actiuũ magis ꝯctũ z spe-
cificũ q eẽ actiuũ absolute sumptũ. ¶ Ad. 3m.
dicit q potẽtia pceptiua intellectiua ẽ realr i esse
pductiua aliquoꝝ. s. ipi⁹ itelligere z verbi ac cõ-
ceptuũ z secũdaꝝ itẽtionũ z alioꝝ actuũ similiũ.
vñ verissimũ ẽ qđ arguẽs dicit eẽ falsum. ẽ etiam
pductiuũ in eẽ intẽtiõali quorũdaz. s. reꝝ extra
aiam existẽtiũ. In eo nanqz q intellect⁹ format
verbũ expressiuũ z manifestatiuũ rei extra aiaz
exñtis: cõstituit ipam in eẽ intẽtionali. s. ẽ intel-
lectũ. neqz valet quod arguens ꝯ hoc inducit. qz
licet oĩe actiuũ reale maiorẽ pfectionẽ realem
ponat i re q actiuũ intẽtionale qđ realẽ pfectio
nẽ nõ põit: nõ tamẽ ponit maiorẽ pfectionẽ ab-
solute. nam nõ ẽ vlr verum q oĩs pfectio rea-
lis sit maior pfectio q quecũqz pfectio intẽtiõalis
neqz oĩe eẽ reale est magis pfectuz q qđcuqz
esse intẽtionale vt eni. S. Tho. docet ꝯ gen. li.
.2°. ca°. 50. forme rerũ sensibiliũ: pfectius eẽ hñt
in intellectu q i rebus sensibilib⁹. sunt eni simpli

ciores z ad plura se extẽdentes. per vnã eni for-
mã hominis intellect⁹ cognoscit oẽs homines
hec ille. idẽ in sentẽtia dicit. pª. p. q. 82. ar. 3°. i. c.
Itẽ de veri. q. 4. ar. 6°. pbat q res verius sunt
in intellectu diuino q i se ipis. ¶ Ad ea que. 2°.
loco inducit Ad primũ dicitur pmo q pcedit ex
falso presupposito. s. q oĩe qđ agit ab itellectu:
sit intellectio sicut patet d verbo z genere z spẽ
z alijs secundis intẽtiõibus. Dicit. 2°. q argu
mẽtũ nichil concludit ꝯ nos sicut patet ex respõ
sione ad. pm. z 2m. hui⁹ Joãnis. ¶ Ad. 2m. dicit
q intellectio nõ est qualitas sed opatio de pre-
dicamẽto actiõis z ita nõ dicit pprie similitudo
vt dictũ est supra. ex quo patet q cuz intelligere
sit actio ppria intellectus: non sufficit ad hoc q
eliciatur: similitudo impressa ab obo. ¶ Ad. 3m.
dicitur q iste Joãnes in suis argumẽtis videtur
quasi intellectui nauseam facere qm z i sentẽtijs
nõ satis docte z vocabuloꝝ pprietates non ser
uat atqz fere in materia z in forma oẽs argu-
mẽtationes eius peccant ita vt vix digna fuerunt
responsione. dicimus ergo ad istud. 3m. argumẽ-
tuz. q valde iproprie z inepte dictũ est q intelle
ctio sit qualitas qm nõ est qualitas vt patuit in
precedẽti solutione. z iterũ q per agere intelle-
ctus talis qualitas sit intellectio. naz intellectio
nõ est ab intellectu p agere sed est ipm agere in-
tellectus. nec preterea ex toto suo pcessu aliud
concluditur nisi q sũma intellectio naĩlis possibi
lis intellectui est illa quaz elicit sm vltimum sui
posse naturale quod et concedimus. cõcedimus
quoqz q naturalis intellectio sit magis i potesta
te intellect⁹ q supernaturalis. sed ex hoc nulla
bona ꝯña sequitur q aliqua visio naturalis crea-
ture sit perfectior visione beatifica. ¶ Ad. 4m.
negatur prima ꝯña. Tum qz sicut dictum ẽ visio
est ipm agere intellectus z ideo inepte dicit q
intẽdatur visio per agere. Tũ etiaz qz ex nostra
ꝯclusione non sequitur q visio intẽdatur p age-
re. vñ totus processus arguentis fundatur super
falso etiã super figmẽta que ipse sibi fabricat. 2°.
etiã cõsequentia est nulla imo implicat cõtradi-
ctionẽ. non eni potest manere idem gradus i firu-
x⁹: variato lumine glie z p ꝯñs nec idẽ grad⁹ vi-
sionis. z pterea videt arguens supponere q visio
beatifica a solo intellectu sit actiue quod ẽ falsuz
neqz id sequitur ex nr̃a positione. nã licet intellit
gere beatificum sit actiue ab intellectu nõ inde
sequitur q a nullo alio sit actiue z per idẽ patet
respõsio ad. 5m. z ad. 6m. procedunt eni ex eodẽ
falso fundamento. neqz huius sexti confirmatio
aliquid facit ad propositũ. qm nos non dicimus

ꝙ ꝓpter hoc cognitio est cognitio: q2 agit a potentia cognitiua. nã multa ab ipa aguntur que nõ sunt cognitiones quẽadmodũ sunt dictũ supra de verbo ⁊ genere ⁊ spẽ ⁊ alijs secũdis intẽtionib⁹. Itẽ ď rebus artificialibus q̃ sunt facta per intellectũ. imo siphisice loqueret arguens: verius dixisset ꝙ iõ potẽtia est cognitiua: q2 actio eius ⁊ operatio ẽ cognitio. nã vt pħs dicit. 2°. li. de aĩa potẽtie ꝑ actus distinguũtur ⁊ denominant et specificantur ⁊ actus ꝑ obiecta ⁊ nõ econuerso. ¶ Ad .7m. dicitur primo ꝙ argumẽtũ nichil cõcludit ꝯ nos. Dicit. 2°. ꝙ prima ꝯña ẽ friuola nõ enĩ sequitur ꝙ q2 intelligere nr̃m est q̃dam participatio intellectiõis diuine ꝙ ideo pari modo se habeat vtrobiq3 imo magis sequitur ex eo ꝙ nõ se habeant eodẽ modo ad intellectũ ꝓportionalit̃ q2 om̃e participans ab alio; deficit a perfectiõe ipsius. ¶ Ad. 8m. patet responsio per ea q̃ dicta sunt in ꝓmo notabili. ¶ Ad ea q̃. 3°. loco inducit ad ꝓmũ negatur assumptũ imo actus potentie sensitiue informant ⁊ sunt subiectiue in cõposito ex potentia ⁊ organo corporali a quo eliciũtur. vñ falsum est ꝙ anima vel potentia sensitiua secluso corpore: im̃ediate immutentur vitalit̃ per sensationes. neq3 valet eius probatio. nã Aug⁹ vbi allegat vel alibi nõ dicit ꝙ anime dãnatorũ separate a corporib⁹ patiantur dolorẽ corporalem licet patiãtur ab igne corporali vt. S. Tho. ꝓbat. 4°. li. sen. dis. 44. q. 3a. ar. 3°. sub. ar. 2°. in anima separata a corpore nõ manent actus sensitiuarũ potentiarũ. dolor ergo quẽ Aug⁹ põit in animabus sepatis ẽ dolor partis ĩtellectiue. s. voluntatis q̃uis agens sit ignis corporalis. vbi aũt dicit ꝙ dolor ꝓmo inest anime si intelligatur de dolore sensibili: debet intelligi non ꝙ soli anime primo insit sed q2 dũ inest cõposito ex corpore et anima; anima que est principalior ps principaliter participat dolorem. ¶ Ad. 2m. dicitur ꝙ minor est falsa imo om̃s sensatio vel cognitio in se ⁊ in sua essentia est vitalis operatio. vñ argumẽtũ nichil concludit. ¶ Ad. 3m. dicit primo ꝙ si maior intelligatur ď prioritate nature non temporis: põt concedi ⁊ tunc admittimus hanc ꝙ cognitio p⁹ natura sit cognitio q̃3 faciat aliq̃m cognoscentem. Si aũt intelligatur de prioritate temporis vel durationis: maior est falsa de formis que non sunt per se subsistẽtes. Dicitur. 2°. ꝙ argumẽtũ procedit ex falso fundamento sicut et precedentia. s. ꝙ cognitio vel intellectio sit q̃litas; sed q2 in vltima confirmatione pretendit inferre ꝙ q2 visio facit per sui informationẽ vidẽtem ideo visio dicatur videre: dicendum est ꝙ

dupliciter deficit sua confirmatio. primo q2 non om̃e illud propter quod aliquid dicitur esse tale est tale. sicut albedo propter quam aliq̃d dicit esse album: non dicitur esse alba. vñ ďficit illa regula in formis abstractiue sumptis. ⁊ sic ĩ proposito nr̃o q2 visio est forma abstractiue dicta licet faciat aliquem eius esse videntem: non dicit ipa videns. deficit secũdo q2 supponit vnũ falsum ꝙ. s. visio vel intellectio facit esse videntem aut intelligentem ea ratione q2 insunt per informationem videnti ⁊ intelligenti tanq̃3 accñs subto quod ẽ falsum. q̃uis enim q2 brnõ actiões sunt im̃anentes sunt in agente per informatiõem sicut accñs in subo: ⁊ tñ sub ratione qua actiones sunt: non habẽt ꝙ sint informatiue in agente sed ꝙ sint ab agẽte prout. S. Tho. expresse dicit. p°. li. sen. d. 32. q. p°. ar. p°. in. c. ait enim actio sm ꝙ est actio: significatur vt ab agẽte ⁊ ꝙ fit in agẽte: hoc accidit sibi inq̃3m est accño. idẽ dicit de potẽtia dei. q. vel materia. 8a. ar. 2°. in. c. ¶ Ad. 4m. patet respõsio ex his que dicta sunt ad. 7m. eorũ que secũdo loco obiecta sunt. ⁊ iterũ presupponit falsum. s. ꝙ nos dicamus ꝙ om̃s forma perceptiua sine cognitiua: s. potẽtia actiua vel passiua qd non dicimus. nam nõ solũ in deo sed ꝙ nec etiã in ãgelis sit ĩtellect⁹ possibilis ⁊ ĩtellect⁹ agens probat. S. Tho. pa. p. q. 54. ar. 4°. Qd aũt arguens vltimo infert non esse cõtradictionem ꝙ potentia creata actuetur vt potẽtia perceptiua sine eo ꝙ subiectiue informetur; admittimus ⁊ tamẽ cum hoc stat ꝙ q2 eadem potentia ꝑceptiua est forma accñtalis: repugnat ꝙ nõ insit informatiue subo. ¶ Ad. 5m. dicitur ꝙ ꝯña nõ valet q2 licet nunc actus intelligendi sit sibi ipsi idem tanta identitate quanta tunc intellectus ⁊ intelligere essent idem: ⁊ tamẽ nunc ĩtelligere quantumcunq3 sit idem sibi non est idem intellectui que identitas facit ꝙ ad intelligere diuinũ non requiratur informatio ⁊ ideo nũc ad intelligere creature requiritur ꝙ insit intellectui informatiue: alias non esset intelligens, naz actui intelligendi creature q2 non est quid subsistens repugnat ꝙ sit intelligens sicut albedini ꝙ sit alba. ¶ Ad. 6m. dicitur ꝙ assũptum est casus impossibilis. s. ꝙ potẽtia ⁊ operatio vitalis habeãt summaz vnitatem essentialem ⁊ ꝙ ipsa operatio vitalis incipiat vel desinat esse intellectio sine eo ꝙ potentia incipiat vel desinat esse intellectio. ⁊ ad eius probationem negatur assumptũ scz ꝙ ipsa intelligẽtia separata sit habitualis notitia sui nisi improprie ⁊ abusiue loquẽdo ⁊ multo magis ẽ falsum ꝙ sit cognitio sui actualis. Ad

auctoritates aũt Augustini respondet. S. Tho. pmo libro sentẽ. disti. 3ª. q. 4ª. arti. 2°. ad pmũ. q illa tria dicunt vnum z vna substãtia nõ predicatione essentiali sed pdicatione qua partes potentiales dicũtur esse totũ potẽtiale quia oẽs in ipso toto radicant z ipsum totum adest cuilibet parti fm totam suã essentiam nõ tamẽ fz totam sui virtutem. vnde aliquãdo pdicatur de suis partibus potẽtialibus sed nõ proprie. idẽ respondet pma parte. q. 77. arti. pmo ad pmũ. z õ spũalibus crea. arti. vltimo ad. 2m. z ad. 8m. In õ veri. autẽ. q. xª. arti. pmo ad. 5m. dicit q illa tria dicunt vna essentia inqz m ab vna ẽentia mentis pcedũt. vna vita inqz m ab vnũ genus vite ptinent. vna mẽs inqz m sub vna mẽte comprehendunt vt partes sub toto sicut visus z audit⁹ comprehẽdũtur sub parte anime sensitiue. ¶ Ad argumẽta ptra. 2am. pclusionẽ patet responsio ad tria pma p ea q dicta sunt in. 4°. notabili. ¶ Ad 4m. dicit q maior ppositio est vera capiẽdo rõnem intelligibilis fm q est intellectuale. Sed in isto sensu minor est falsa licet enim intelligibile z intellectũ qz m ad id quod est in sui natura possit esse res materialis: apprehẽdit tamẽ ab intellectu imaterialiter z vt sic habet quoddam ẽẽ immateriale in intellectu. ¶ Ad argumẽta contra 3am. pclusionem dicit q qcquid sit de ppositionibus in eis assumptis quũ plures sunt false preser tim in. 4°. argumento. tamẽ omnia fundãtur in falso. s. q intellectus in deo sit potentia passiua z nõ sit purus act⁹: z q vniuersaliter loquẽdo alia res sit intellect⁹ z alia sit intelligere quod vtrũqz est falsum in deo. In deo eni substãtia vel natura z intellect⁹ z intelligere sunt idem omnino realit z omnia sunt act⁹ pur⁹ z pfectissimus. z licet intellectus noster alio conceptu et sub alia ratione apprehendat in deo intellectum et alio intelligere: veritati z idẽtitati rei nõ obstat. Tũ quia illud puenit ex deffectu intellectus nostri nõ ex diuersitate rei. Tũ etiam quia intellectus noster nõ distiguit vnũ ab alio: intellectu aliqd affirmãte vel negãte. Sed intellectu simplicit apprehẽdente qui non proprie dicitur verus aut falsus prout phs docet. 3°. libro de anima. nec iterũ ẽ incõueniẽs q dicamus in deo esse potentiam intellectiuam quũ huiõi potẽtia in deo est actiua nõ passiua cum nõ sit recipiẽs aliquo modo quemadmodum intellect⁹ noster potẽtia autem actiua nõ repugnat perfectioni diuine cum sit existentis in actu nõ in potẽtia. imo quãto aliquid est magis in actu: tanto perfectior z nobilior est eius potẽtia. vñ actus purus z potẽtia actiua: nõ sibi repugnãt sed consonant. z de hoc. S. Tho. pma pte. q. 25. articulis pmo z. 2°. et contra gẽ. libro. 2°. capitulis. 7°. 8°. 9°. 10. z in multis alijs locis. ¶ Ad argumẽtum ante oppositum respõdet. S. Tho. pma. p. q. 14ª. ar. 2°. ad. 2m. q moueri z pati sumunt equiuoce fm q intelligere dicitur quoddaz moueri vel pati prout phs dicit. 3°. de anima. nõ enim intelligere est mot⁹ qui est actus imperfecti sed est act⁹ pfecti existens in ipso agente. z preterea q intellectus pficiatur ab intelligibili: cõuenit intellectui qui quãdoqz est in potẽtia z pficit p speciem itelligibilez q est similitudo rei intellecte sicut potẽtia per actum sed intellectus diuin⁹ qui nullo modo est in potentia nõ perficitur per intelligibile neqz assimilatur ei: sed est sua perfectio z suum intelligere. Et in hoc articulus terminatur.

¶ Questio secunda.

Terũz circa eandem distictionem queritur vtrum essentia diuina sit obiectum adequatũ sui intellectus: et arguit q non. quia de⁹ cognoscit alia a se et go ipse vel eius essentia non est adequatum obiectum intellectus diuini. In oppositum arguitur sic. Actus cognitiuus sumit distinctionem z spẽm ab obiecto vt ait phs 2°. de anima. Sed diuinus itellectus nõ habet speciem aut distinctionẽ ab aliquo extra se. ergo zc. ¶ In hac qstione erũt qttuor articuli vt sup.

Quantũ ad primũ articulũ sit pma cõclusio q deus cognoscit alia a se in ẽẽntia sua visa. Hãc pclusionẽ tenet S. Tho. pmo libro sen. disti. 35 ar. 2°. et pma pte. q. 14ª. arti. 5°. et õ veri. q. 2ª. arti. 3°. et ptra gẽ. libro pmo capi. 50. z. 51. ¶ Secunda conclusio est q deus cognoscit distincte z perfecte res singulares. Hãc conclusionez tenet S. Tho. libro primo sententiarum distinctione 36. q. pma articulo primo. et pma parte. q. 14ª. articulo. xj°. z de veritate. q. 2ª. articulo. 5°. z cõtra gen. libro primo capitulo. 66.

Quantum ad articulū. 2m. ponūtur obiectiões aduersarioꝝ. ⁊ quidē ꝯ primam ꝯclusionē arguit Aureolus probando q̄ nulla creatura terminat diuinū intelligere nec vt obiectū primariuꝫ nec vt secūdariuꝫ. ipossibile inquit ē q̄d ē ꝑfectio inōi deo: dependere a nō deo qꝛ bonoꝝ nřoꝝ nō indiget. sꝫ si intellectio diuina terminaretur ad creaturas: illa intellectio cū sit q̄dā dei perfectio: dependeret a non deo qꝛ ab ipis creaturis positis in eē ꝓspecto vel relucentibus in eēntia sua tanq̄ in speculo. Impossibile enī est intētionē terminatā ad aliquod obiectū: manere sine illo obiecto. igiť nulla intellectio ē in deo q̄ terminet ad creaturas positas in eē ꝓspecto. ¶ Et confirmať qꝛ oīs perfectio que est in deo eque esset in eo circūscripto oī esse creature siue reali siue intētionali ⁊ diminuto. cū igitur intellectio si qua sit in deo que terminet ad creaturas in eē intentionali positas nō valeret ēe in eo si tolleretur huiusmodi esse intētionale: patet q̄ nulla talis intellectio est in deo. Forte diceť q̄ creatura in tali esse intellecto posita nō est aliud a diuina essentia in qua relucet. ita intellectio diuina nō dependet a nō deo. hec aūt euasio non ꝓcedit. Creatura enī in tali esse posita: hēt esse diminutū tm̄ ⁊ intentionale. essentia vero diuina habet esse ꝑncipalissimū reale. quare differt ab essentia tanq̄ creatura sub esse diminuto posita a creatore. si igitur incōueniēs reputatur q̄ diuina eēntia dependeat coexigenter a creatura ꝓut poniť in esse reali: multo fortius debet ipossibile reputari q̄ ab ea dependeat prout est posita in esse diminuto. Ulterius forte diceť q̄ intellectio nō dependet ab obiecto secundario: sed ab obiecto primario. vn̄ sublata oī creatura ⁊ oī eius eē: adhuc diuina intellectio maneret terminata ad diuinā eēntiaꝫ vt ad obm̄ primariū. hec aūt euasio nō procedit. Aut enī tūc remaneret deus intelligens creaturas per intellectionē terminatā ad eēntiā suā nec ꝓcedēt ē vlterius in creaturas: ⁊ tūc habetur propositū. s. q̄ illa intellectio qua creaturas intelligit non terminať ad eas. si aūt nūc intelligeret eas: sic ꝓcedit rō. s. q̄ intellectio q̄ est deus sic depēdet a creatura q̄ ip̄a circūscripta remanere nō posset. ¶. 2°. sic. Impossibile ē diuisionē cōtinui deficere vl cessare. sꝫ manifestū est q̄ si diuinus intuitus aliq̄d extra se attigeret obiectiue ponendo illud in esse ꝓspecto: de necessitate diuisio cōtinui eēt euacuata intuitu diuino ⁊ prospectu. aut enī tm̄ modo ponerentur in ip̄ius ītuitu oēs partes cōtinui diuise ⁊ distincte vt nō reliquať vlterior diuisio: ⁊ sic habetur ꝓpositū q̄ diuisio continui erit euacuata. aut ponerenť tm̄ aliq̄ ptes sub certo numero quarū q̄libet erit diuisibilis vlterius: q̄d eē nō pōt qꝛ tūc diuinus intuitus eēt in potentia ⁊ posset sibi aliquid accrescere diuidendo videlicet vnāq̄q̄ illaꝝ partiū q̄uis posset sic diuidendo ꝓcedere in infinitū sicut ⁊ nř intellectus. ergo impossibile est q̄ aliud a deo ponať i eius intuitu vel ꝓspectu in actu. qua ratione nanq̄ aliq̄d poneretur: oēs partes cōtinui ponerētur. ¶ Et confirmatur. qꝛ si diuinus intuitus intelligendo lineaꝫ ac diuidēdo eaꝫ in partes quā licet diuisionē poneret in prospectu: oporteret dare vnuꝫ de tribus aut q̄ in ip̄ius prospectu eēnt ꝑtes indiuisibiles in quibus linea poneretur ⁊ in q̄s per diuinū intuitū scinderetur: aut q̄ eēnt partes diuisibiles ⁊ sic diuino intuitu aliq̄d posset accrescere aut q̄ solūmodo totalitas cōtinui eēt in ip̄ius ꝓspectu partes vero i potētia reducibili ad actū successiue redutione q̄ nūq̄ cessaret sicut accidit in nřo intellectu ⁊ hoc totū ē impossibile quare necesse est q̄ sit cōtinuū ⁊ eius ꝑtes intelligantur a deo: q̄ tn̄ in eius intuitu nō ponātur ⁊ idē est de oībus alijs a se q̄ intelligit. ¶. 3°. sic. Si res extrinsece a deo quas intelligit ponerētur in eius intuitu et ꝓspectu: sequeretur q̄ in diuino intuitu esset obiectiue magnitudo quedā infinita actualiter. ꝑncipiū nanq̄ mathematicū est q̄ magnitudo crescat in infinituꝫ ⁊ q̄ cuilibet magnitudini pōt fieri additio. cū igitur diuinus intellectus plus possit q̄ꝫ humanus: nř aūt pōt ad quācūq̄ magnitudineꝫ datam addere: necesse est q̄ diuinus hoc possit. aut igiť procedit cōtinue successiue quod esse non pōt nisi sit in potentia ⁊ imperfectus sicut nř: aut stat in aliq̄ magnitudine finita ⁊ tūc non stat. qꝛ ad oē finitū pōt fieri additio. vn̄ cōtradictio est q̄ stet in aliqua magnitudine infinita obiecta suo ꝓspectui cui est ipossibilis fieri additio ⁊ sic ꝓpositū habeť. sꝫ manifestū ē q̄ hoc est oīno ipossibile. s. magnitudinē infinitā eē in diuino ꝓspectu qꝛ qua rōne ibi poneret: eadē rōne a deo posset cōduci i effectū. q̄d est ipossibile. igitur res extrīsece cū intelligūtur nō sunt i ip̄ius ꝓspectu. ¶. 4°. sic. Si res alie a deo pōerenť in eius ꝓspectu ⁊ intuitu obiectiue dū intelligunť: sequiť q̄ oēs eoꝝ spēs numeroꝝ eēnt actu posite in eius ītuitu. intelligit enī deus oēs numeros sꝫ manifestū ē q̄ ꝓcessū numeroꝝ i infinitū eē euacuatū ⁊ exhausē ad actū in diuino ꝓspectu ipossi

bile ē q: aut sistit in numero finito: z sic ille est in potentia vt sit radix cubiti vel quadrati z p ɔñs, quadratus eius aut cubit⁹ aut duplus possibilis est. aut sistit in numero infinito z hoc ē ɔdictio: cū numerus nō sit aliud nisi totitas quedā z et inclusio multitudinis. vñ idē est eē numeratū z eē tot qd̄ euidenter clausionē z finitionē includit. Si dicat̄ q̄ illa multitudo in qua residet diuinus intellect⁹ vel intuit⁹ nō est mēsurata aliquo certo numero sz ē multitudo non numerata: hoc non tollit rōnē. diuinus nāq: intuitus attingit in actu oēm multitudinē numeratā descendentē ab illa multitudine nō numerata z p ɔñs attingit vltimū numerū a quo stati pceditur ad illā multitudinē infinitā z ita sit q̄ ponat i pspectu oēs spēs numerorū. sz manifestū est q̄ talē numerū impossibile ē reperiri quin immediate sit trāsitus ad eandē. dato eni tali numero cū sit finitus: adhuc pōt sibi fieri additio in infinitū anteq̄ cōsurgat illa multitudo infinita. igit̄ diuinus intuitus nō ponit i actu oēs spēs numerorū. ℭ. 5°. tu suppo nis q̄ in pfectionibus specificis pōt pcedi i infinitū ita q̄ vna spēs pōt fieri nobilior alia nobilior pma z. 3ª. nobilior. 2ª. z sic in infinitū. Si igit̄ hoc sit verū: aut tota ista multitudo spēꝝ est in diuino intuitu actualiter z sine pcessu aut nullo modo nō primū q: tūc intuitus haberet i suo pspectu aliquā creaturā in infinitū distantē a prima spē. aut eni intueret̄ quālibet distantē modo finito a pma spē z sic nō erit pcessus possibilis in infinitū in spēbus cuius oppositū tu dicis. aut intuet̄ aliquā distantē in infinitū i nobilitate z perfectiōe z p ɔñs illa erit in infinitū nobilis z perfecta qd̄ est impossibile. Nec pōt dari. 2ᵐ. scz q̄ tota illa multitudo sit in diuino intuitu sub quadā successione z pcessu. q: tūc erit potētialis z iperfectus quare relinqtur q̄ nullo modo. hec sunt argumēta eius ad pbādū q̄ nichil aliud a deo terminat eius intuitū p modū obti primarij vel secūdarij. ℭ. 2°. loco pbat ɔ eandē ɔclusionē q̄ creature nō sunt in dīno intuitu sicut obiecta relucētia in diuina eēntia. Primo sic: qñdocūq: aliqd aspicit̄ in aliquo tanq̄ in speculo: tūc est ibi alius actus videndi z alia spēs sine rō qua videt̄ speculū z qua videt̄ res in speculo sicut manifeste patet q̄ speculū videtur per spēm representantē ipm et figurā eius ac formā. res aūt videt̄ per spēm propriā licet cōcurrant i eodē oculo simul spēs rei z spēs speculi. sed fm te diuinus intellectus ituet̄ creaturas in sua essentia quasi in speculo relucēteo. igitur per aliā similitudinē videt creaturas q̄ per essentiā: alioquin eēntia nō se habebit vt speculū. Cū igitur nō per aliā similitudinē videat creaturas. patet q̄ essentia non se habet per modū speculi. ℭ. 2°. sic Deus nō intelligit creaturas per reflexionē. actus eni reflexus videtur iperfectior q̄ directus. sz si diuinus intuitus primo ferret̄ in essentiā z inde procederet ad creaturas: quasi per quoddā speculū videret eas p reflexionē. que eni videntur in speculo: vidētur per lineā reflexam. igitur idem q̄ prius. ℭ. 3°. sic Impossibile ē aliquid relucere obiectiue nisi potentie cognitiue et per actū cognitiuū. sz fm te creature relucent in diuina eēntia specularit̄er z diuinus intellect⁹ ex hoc intelligit ita q̄ talis relucentia est causa q̄ intelligantur. ergo pri⁹ cognoscuntur q̄ intelligantur cum tale relucere in diuina eēntia nō sit aliud q̄ cognosci z eē apparens. nō est ergo ponēda talis relucētia specularis. ℭ. 4°. sic. Sicut se habet intellectio ad intellectionē: sic intellectū ad intellectū z intuitū ad intuitū. sz intellectio qua deus itelligit creaturā nō est aliud ab intellectione qua intelligit suam essentiā. igit̄ intuitū per intellectionē qua intelligitur creatura nō est aliud q̄ intuitū per intellectionē qua intelligit̄ essentia. sz constat q̄ res lucens i speculo est alia a speculo: nō igitur lucet creatura in deo tanq̄ in speculo. imo nō ē aliud deum intelligere creaturas q̄ intelligere suam propriā essentiā. ita q̄ nō sint ibi duo intuita: sed vnū solū videlicet diuina essentia qua cognita ipa nō solū est cognita imo z oēs creatura nō quidē vt lucens in ipa quasi per intuitū intuita q: essent duo intuita z due intuitiōes. ℭ. 5°. Nō alia intuitiōe intuetur deus creaturā q̄ illa qua intuetur essentiā suam imo vidisse essentiā suā: est vidisse speculū z non est vidisse rem in speculo. imo sunt diuersi termini z diuersi visiōes. ergo creature nō vident̄ a deo p eēntiā tanq̄ p speculū. ℭ. 6°. Ratio speculi in hoc ɔsistit q̄ est reflectens similitudinē p quā fit visio ad oculū vidētē. sed manifestū est q̄ diuina eēntia recipit similitudinē creature nec eā reflectit. ergo nullo modo habet rationem speculi. ℭ. 7°. dicit q̄ rōnes suprapositē primo loco cōcludūt manifeste q̄ creature in diuina essentia tanq̄ in speculo nō relucent nec sunt in diuino intuitu tanq̄ obiecta secundaria quare illud poni non potest. hec ille. ℭ. 3°. loco probat ista que dixit esse fm mentē beati Augustini. dicit eni Augustin⁹. 83ᵐ. qstionū. q. 46. Non extra se quicq̄ positum deus intuebatur vt fm illud constitueret quod cōstituebatur. nā hoc opinari sacrilegū est. sed manifestū est q̄ si creature relucerent in diuina eēntia

tanq̄ obiecta secundaria: tunc aliqd extra se positū intueretur extra inquā positū nō situaliter sed entitatiue. q2 creatura in tali esse posita: nō est ipse creator. ergo sacrilegū est q creature reluceant in deo tanq̄ obiecta secundaria. ℂ. 2°. rationes ille q̄ sunt in mente creatoris ad quas diuinus intellectus aspicit ꝛ quibus intuitio dicitur intuita creatura: hec inquā sunt incōmutabiles ac p̄ncipales respectu creaturarum ꝛ ideo vere sunt q2 eterne sunt quarum participatione fit vt sit quicqd est qd̄ ē. fm Augustinū ibidem. sed manifestū est q creature si relucerēt tanq̄ obiecta secūdaria: nō haberent istas cōditiones q2 nec vere essent sz tm̄ intentionaliter ꝛ diminute: nec eēnt p̄ncipales respectu creaturarum imo eēnt ipsemet creature in eē diminuto sz nec creature eēnt per participationē illarū cum nichil particip3 se. vn̄ iste conditiones nō p̄nt cōpetere nisi diuine eēntie que essentia principalis ac incōmutabilis est ꝛ participatione eius est q̄cquid est. ergo rōnes ille ad quas aspicit diuinus intellect⁹ quib⁹ cognitis dicūtur ab eo cognite creature: nō sunt ille creature tanq̄ obiecta secūdaria relucentes sed sunt ipsamet eēntia diuina qua cognita deo: vere dicuntur cetera cognita excellent ꝛ eminent. ℂ. 3°. sic. Uisio illarum rationū est beatissima vere intelligentie. sed hoc nō eēt si hm̄oi rōnes essent creature tanq̄ obiecta singularia relucentes. q2 visio solius diuine essentie est beatifica. ergo rōnes ille quas de⁹ aspicit quib⁹ visis visa ē oīs creatura: sunt ipsamet diuina essentia. ℂ. 4°. sic Augustin⁹ distinguit super genesim. ad lr̄am duo genera visionum vnum quidē rerum in proprio genere ꝛ in se ipsis. ꝛ aliud in verbo sz manifestum est q si relucerēt in diuina eēntia tanq̄ obiecta secundaria ita q diuinus intuitus p̄mo ferret in diuinā eēntiā ꝛ deīde procederet ac protēderet ad creaturā: tūc ipse creature viderentur in se ꝛ in proprio genere q̄uis rō videndi. s. diuina eēntia esset aliqd extra p̄priū genus earum hoc tm̄ nō impedit qui viderentur in proprio genere obiectiue quemadmodū res que cognoscuntur per spēm in proprio genere q̄uis spēs que est ratio videndi vel cognoscendi nō sit infra genus rei cognite. per illam igitur fm mentem Augustini deus nō sic intelligit creaturas q sint ī eius p̄spectu tanq̄ obiecta secūdaria: sed q2 itelligēdo suam essentiam: intellecta est oīs creatura eq̄polenter ꝛ eminenter. hec ille. Et sic finalit post pauca dicit q nō est aliqua multitudo itellectorum in deo nec creature vt intellecte ponūt numerū cum diuina essentia vt intellecta. sed est penitus vnum simplicissimum intellectum. ℂ. 4°. loco dicit q rationes aducte pro. 2ª. cōclusione ꝛ pro alijs non concludunt contra phos. oēs enim ille rationes supponunt vnum qd̄ illi negarent scz q deus sit causa efficiens rerum. ℂ Cōtra. 2ᵃᵐ. conclusionem arguit dicens q illa opinio nō bene assignat modum quo deus cognoscat singularia. q̄uis enim inquit ex diuina actoritate possit probari a priori q diuinitas sit similitudo ꝛ exēplar non solum quoad formam imo quo ad materiam: materia vero fm te non est principium indiuiduationis nisi inq̄ᵗᵘᵐ est indiuiduata. ē aūt hoc cōmune oībus indiuiduis eiusdem spēi scz q qdlibet componitur ex hac materia et ex hac forma. ꝛ per p̄ns deus habet similitudinem oīum indiuiduorū quo ad materiam ꝛ quo ad formā: nō tū probatur q diuina essentia representet indiuidua vt signata sunt distincta: sed potius put conueniunt in natura specifica que componitur ex materia ꝛ forma aut in ratione indiuidui vagi inq̄ᵗᵘᵐ qdlibet est aliqd hoc compositum ex aliqua hac materia ꝛ ex aliq̄ humana forma. q̄uis enim aliqua sunt sic similia q nichil est in vno q non reperiatur in alio. similiter impossibile est q aliquid sit similitudo illius: qn sit similitudo alterius ꝛ per p̄ns non ducit distincte ī vnum nec in aliud sed in ambo sub ratione vnius et indistincti: ꝛ ita ducit in aliqd cōmune ad ista. sed sic est de indiuiduo eiusdem spēi q̄ similia sunt: q2 sicut vnum habet materiam ꝛ formā: ita ꝛ reliquum ꝛ qdlibet habet eam signatam nec aliquod est dissimile in vno ad illud qd reperitur in alio. nō enim esse hoc ꝛ illud: ponit aliquā dissimilitudinem cum aliud similiter sit hoc. ergo impossibile est q diuinitas sit similitudo ducens sufficienter in cognitionem indiuiduorum inq̄ᵗᵘᵐ distincta ꝛ signata sunt. ꝛ vlterius est verū q aliqua similitudo ducat in aliqua vt distīcta nisi illa sint aliqualiter dissimilia. hec ille. ℂ. 2°. loco dicit istam positionem deficere in rationibus quibus probantur conclusiones. dicit enim q prima ratio pro ista conclusione: non demonstrat contra commentatorem contra quē. S. Tho. arguit. diceret enim commentator q singularia non cōtinentur virtualiter in deo nec materia nec forma nisi q̄ntū⁹ est exemplar. q2 deus non est efficiens fm commētatorem. ꝛ dato q esset efficiens: tn̄ diceret q nō cognoscit res p hoc q est efficiens. alioqn intelligeret discursiue. sed pro eo q est exemplar vniformiter huius materie et illi⁹ ꝛ hui⁹ forme et illi⁹. et ideo non representat vt hoc vel illud: sed tm̄ absolute fm commētatorem. Et si dicatur q saltē

pbatur q si efficit singulare: q illud cognoscat. nō valet p illud qd cōmētator respōdet i tractatu de somno et vigilia loquens de motore celi q dat perfectiones vniuersales et materia recipit eas particulares. vñ non oportet q agens intendat particulare signatuz sed indiuiduū vagum soluz. non enī generās hominē preintelligit illū signatū quē generat. sed intendit facere quādaz. et similiter artifex qui facit ensem: non preintelligit distincte et determinate ensem illū signatū quē fabricauit sed quasi vage aliquē ensem. indiuiduū aūt vagum sapit naturaz vniuersalis. q2 cōmunicabile est. tale aūt a deo intelligitur fm cōmentatorē. ait enī in tractatu illo q oīa indiuidua q̄ habent indeterminatū ordinē et determinata esse. sunt itellecta apud formā abstractā vñ dicit q nouit mores naturales aut mores positos a lege: et oīa q̄ pñt habere regulā aliquaz essentialē. et propter hoc dicit. 12°. metha°. q deus est solicitus de oī dispositione in qua cōmunicant singularia. ¶ Ad. 2am. rationē dicit q peccat per fallatiā equiuocationis vniuersale enī et singulare pñt accipi pro intētionibus vniuersalitatis et singularitatis vel pro eo qd ē vniuersale vl singulare. deus aūt fm cōmentatorē nouit intentiones hmōi. et scit q multi sunt homines signati q2 talis sciētia vniuersalis est et ita nouit vniuersalitatē et singularitatē: non tū illud qd est singulare aut signatū. ¶ Ad. 3am. dicit q illa rō tollit seipsam propter hoc enī similitudo singulis vsq; ad intellectū non ptingit: q2 per actionez intellectus agentis a conditionibus materialibus separatur. Similitudo aūt imaterialis et separata non representat singulare. alioquin si posset representare: non tollit actio intellectus agentis quin similitudo singularis possit perduci vsq; ad intellectū possibilē qd tū ratio ista fingit: si igitur imaterialitas est causa q aliqua similitudo non representet singulare: sed similitudo intellectus diuini que est quidditas sua sūme a conditionibus materie liberata: igitur singulare representare non potest. et iterū dato q similitudo diuinitatis vsq; ad singularia et minima pertigat: ipa tū tm̄ representat inq̄tum habēt eandē similitudinē cū sint similia. et per pñs per istaz vt distincta: non possūt cognosci sed i ñ vt similia in specifica ratione. ¶ Ulterius arguit Barro contra quoddam assumptū ad probationē secunde pclusionis. s. q intellectus noster nō intelligit singulare directe. arguit eni sic. Conuersio intellectus ad aliquid: non est aliud q̄ intelligere illud. non. n. intellectus conuertitur localiter aut situaliter cū sit abstractus: sed tm̄ per actū suū. sed intellect⁹ noster s3 te necessario conuertitur ad fantasma anteq̄ itel igat vniuersale. nec potest vniuersale intelligere nisi ad fantasma conuertatur: ergo necesse est q si debeat vniuersale preintelligere: pintelligat ordine nature saltē ipsiuz fantasma qd est particulare. cuz conuersio ad fantasmata sit prior ordine nature q̄ conuersio vniuersalis in fantasmate. ¶ 2°. sic. Speculari nō est aliud q̄ intelligere sed Aristo. dicit q itelligentem est necesse fantasmata speculari. ergo necesse est q intellectus cognoscat fantasmata et pri⁹ ordine nature q̄ aliud in fantasmate. ¶ 3°. sic. formare sylogismū expositoriū videtur pertinere ad intellectū. dicere enim et syllogizare actus est itellectus. sed in syllogismo expositorio mediuz est signatum et singulare. ergo cognoscere singulare signatū pertinet ad intellectū. ¶ 4°. sic. Potētia non ponit differentiā inter aliqua quin cognoscat illa sicut patet q sensus particularis non ponit differentiam inter suum sensibile et sensibile alterius sensus: sed sensus cōmunis qui apprehendit vtrunq; sed manifestuz est q intellectus differentiam ponit inter vniuersale et particulare. ergo vtrunq; cognoscit. Et si dicatur q verū est q vniuersale cognoscit per se: singulare vero vt contingitur. ita q aliū actuz et aliam spēm per quā cognoscat particulare recipit intellectus i se q̄uis non nisi presente fantasmate et imaginatione in suo actu existente. et sic eque directe intelligit vniuersale sicut singulare q2 per propriam spēm et propriū actuz q̄uis indigent presentia fantasmatis obiectiue: nec hoc ipedit directam intellectionem. cū vniuersale non nisi in fantasmate speculetur aut si apprehendit singulare mediante imaginatione: sequitur q act⁹ imaginationis et eius spēs recipitur i intellectu. qd est omnino impossibile: cū idem actus no possit esse simul in pluribus subiectis aut nullū actū vel spēm respectu particularis recipit. et sic nullo modo intelligit etiam reflectendo et cōuertendo se ad fantasmata. et ita dari non potest qualiter assignet differentiam inter vniuersale et particulare. nec etiam qualiter formet hunc sortes currit aut faciat syllogismum expositorium in quo mediuz sumitur singulare. ¶ 5°. Quicquid pōt virtus inferior pōt virtus superior et amplius: sed sensus apprehendit singulare ergo et intellectus. vñ sicut se habet intellectus ad omnez sensitiuaz apprehensionem: sic sensus cōmunis ad particularez hec ille. ¶ Item Gregorius [illegible] inquit primā intellectionez intellectus. et quero

aut per illã cognoscitur ipa spẽs abstracta vniuersalis: aut fantasma singlr aut res extra vnaz vel plures quarũ est illa spẽs abstracta. Si dicat tho. primũ: manifeste ɔtradicat sibi ipsi. qui pma pte. q. 85. ar°. 2°. ex intẽtiõe determinat q spẽs non intelligitur primo sed secundario tm̃ ⁊ per reflexionẽ ƀm quã intellectus intelligit suũ intelligere ⁊ spẽm quã intelligit. quod aũt primo intelligitur: est res cui⁹ est spẽs intelligibilis similitudo vt dicit: ⁊ sic spẽs non est quod intelligitur in prima intellectione: sed est quo res cuius est spẽs intelligitur. Si dicat. 2m. ɔdicit sibi ⁊ habetur ꝓpositũ. nã fantasma ƀm eũ est mere singulare ⁊ non vniuersale. Si. 3m. dicat: habetur ꝓpositũ. nã ƀm veritatez ⁊ ƀm ipm quelibet res extra est mere singularis et per ɔñs primuz cognitum ab intellectu est singulare. Et si dicatur q intellect⁹ primo suo actu cognoscit rem extra abstrahendo tñ eaz a conditionibus indiuiduantibus eius: Cõtra. aut res quã dicis abstrahi ullo modo ab intellectu prima intellectione sũpta precise ƀm ea que pertineant ad rationẽ spẽi est aliqua res singularis ⁊ habeť ꝓpositũ q singulare pmo intelligitur: nec talis abstractio impedit. aut est cõmunis pluribus ⁊ hoc est contra eũ. Cõfirmatur qꝛ huiõi intellectionẽ sic abstrahentem naturã a conditionibus indiuiduãtibus. valde difficile ẽ habere: sicut quilibet potest expiri. vñ nullo modo potest cẽ prima noticia intellect⁹. ¶ 2°. Tho. dicit q intellect⁹ noster ꝓ isto statu nullaz rem materialẽ põt itelligere nisi cõuertẽdo se ad fantasmata ita q necesse est ad hoc q intellect⁹ intelligat suũ obiectũ ꝓprium. s. naturã vlẽm in particulari existẽtem: q ɔuertať ad fantasmata ipsorum singulariũ. ad fantasmata aũt nõ aliter cõuertiť intellect⁹: nisi ipsa intelligẽdo ⁊ inspiciẽdo sicut ipsi etiã iuuiũt. ex quo sequiť pmo q itellectus naturã vlẽm nõ intelligit nisi ɔuersus ad fantasmata ⁊ per ɔsequẽs non directe sed tm̃ ꝑ reflexionẽ ƀm eum q ideo dicit singulare ꝑ reflexionẽ tm̃ intelligi. qꝛ nõ intelligiť nisi i intellectu ɔuertẽte se ad fãtasmata. 2°. sequitur q pmũ cognitũ ab itellectu est fantasma. ⁊ vlteri⁹ cũ fantasma tm̃ representet singulare ⁊ singulariť non abstrahẽdo a ɔditionib⁹ indiuiduãtib⁹ ƀm eum: sequiť q fantasma vł ipsum solũ singulare itelligatur ⁊ nõ vlẽ aut saltim pus ⁊ du ecci⁹. Ulterius cũ per nullam spẽm receptã possit cognosci aliq res q non sit pus in se cognita: sequiť q ante noticiã rei in fantasmate: sit res ipsa singularis cognita in seipsa. ⁊ cum noticia fantasmatis sit por vel simul aut eadem cũ noticia ipsius vlis ƀz dicta eius: sequiť q simpliciter sit pmo cognitũ singulare extra. ¶ 3°. aut itellectus noster nõ põt intelligere aliquam rem materialem nisi abstrahẽdo eam a cõditionib⁹ materialib⁹: ⁊ tũc sequitur q nũq̃ intelligit singulare ƀm eũ. cuius tñ dicit oppositum. aut põt intelligere etiã nõ abstrahendo ⁊ tũc nõ habeť plus q pus intelligat singulare q̃ vlẽ vel q̃ econtra. ¶ 4°. Tho. dicit q singulari materiali nõ repugnat itelligi inq̃tm singulare est ƀz inq̃tm materiale: ⁊ ɔstat q hoc non potest itelligere nisi de cognitione directa ⁊ prima. qꝛ intelligi idirecte ⁊ ꝑ reflexionẽ: nõ repugnat ƀm eum singulari materiali ⁊ vt est materiale: ergo ei repugnat pmo itelligi qꝛ materiale ꝑ ase. ergo hoc etiã repugnat nature materiali vł cum illa ƀm eos abstrahat nõ a materia simpliciter sed indiuiduali tm̃: ⁊ ꝑ ɔñs pmũ cognituz ab intellectu nõ est vlẽ. ¶ 5°. Prima noticia intellect⁹ ƀm eum est noticia alicui⁹ vlis in quo plura ɔtinẽť. ɔstat aũt q nulla res extra aĩam etiaz qualitercũq̃ intellecta: est tale totũ ɔtinẽs plura ɔtinẽtia toti⁹ vlis. q̃mo ɔtinẽtia toti⁹ integralis aliq̃ res plura ɔtineat. vnde ꝑ hoc q aliq̃ res extra animã itelligiť nõ itellecto aliquo extriseco sibi: siue sit ɔditio indiuidualis siue aliqd aliud nõ sit cõmune plurib⁹ ieb⁹ plus q̃ lon⁹ qui auditur nullo alio audito. Itẽ nullũ existẽs in aĩa sequẽs intellectionẽ: põt esse tale totũ pmo cognitum. ergo est aliqd in aĩa ꝑueniẽs intellectionez saltẽ natura si nõ tẽpore ⁊ nõ videť qd possit dici illud nisi spẽs rei extra: ⁊ ꝑ ɔñs pmum cognitũ ab intellectu est spẽs. hoc aũt repugnat dictis ei⁹. ¶ 6°. pus itelligiť singulare mere itelligibile verbi grã itellectio ⁊ volitio q̃ vlẽ illis cõmune. ergo pus intelligiť singulare sensibile q̃ vlẽ talib⁹ singularib⁹ cõmune. ⁊ sic singulare pri⁹ intelligiť q̃ vniuersale. antecedẽs ptz. quilibet enim quantũcũq̃ grossus ⁊ indis mox cũ incipit habere vsum rõnis: nouit ⁊ nõ nisi per intellectũ determinare suam volitionẽ qua vult aliquã rem singularem determinate: ⁊ tamẽ ɔstat q nõ quilibet talis habet cõceptum specificũ vel aliuz illis singularibus ꝓpriũ. nec omnium est tales cõceptus abstrahere. ¶ 7°. Maz dicit Augustin⁹. 8°. de tri. capi. 5°. ⁊. xj°. capi. 6°. q noticia vlis ƀm genus vel spẽm colligitur ex similitudine pluriũ singularium visorum in se. Et cõmentator. 12°. metha. cõmẽto. 4°. dicit q apud Aristotelem vniuersalia sunt collecta ex particularibus ab intellectum qui incipit inter ea similitudinem. ⁊ facit ea vnam intẽtionẽ. Ex quo patet q intellectus intẽtionem vniuersalem accipit idest ɔsiderat si

volūtatis ⁊ p⁹ ei⁹ determinatio exigit deter
minationē diue volūtatis. igit cū act⁹ diue accep
tationis sit nō necessari⁹ sz ɔtīgēs ⁊ liber: alias
de⁹ vellet existētias futurarū creaturarū necessi-
tate nature: oportet ergo ɔsequēter dicere q̄ p̄s-
ciētia cuiuslibet futuri sit ɔtingēs ⁊ nō necessaria
¶ Cōtra eandē ɔclusionē arguit Aureolus pri-
mo loco sic. In quacūq̄ ꝓpositione ponit aliqd
pertinēs ad actū anime. ɔñs est accipiendū sm
q̄ est in anima vt tu dicis. Sz futurū cōtingens
est in diuino intellectu i sua p̄sētialitate reali sm
q̄ tu dicis. ergo non debet concedi conseq̄ns de
futuro. s. q̄ antixp̄s erit qd tñ tu cōcedis. ¶ 2°.
arguit ɔ illā maximā positā in adē ɔclusiōe. Nō
est inquit simile cū dicitur si anima intelligit ali-
quid: illud est imateriale ⁊ cū dicitur si deus scit
aliquid esse futurū: illud erit. In p̄ma. n. ɔdictio
nali nō dicitur q̄ anima intelligat illud esse ima
teriale ⁊ ideo non sequit q̄ lapis intellectus sit
imaterialis in se. Sz in secūda dicitur q̄ deus scit
antixp̄m eē futurū ideo oportet q̄ in se sit futu-
rus. vñ sicut si hec esset necessaria scio lapidē esse
imaterialē de necessitate ista esset vera: lapis est
imaterialis: ita oportet q̄ si ista sit necessaria: de
us scit antixp̄m esse futurū: de necessitate ista sit
necessaria antixp̄s est futur⁹ vel antixp̄s erit. im
possibile eni est q̄ sciētia cadēs sup hāc ꝓpositio
nem hoc erit sit necessaria: qui ista in se sit neces-
saria hoc erit. ¶ 3°. arguit ꝓbādo q̄ nulla ꝓposi
tio singularis de futuro ɔtigēti est vera vel falsa
⁊ ɔsequēter nullo modo necessaria. Arguit ergo
sic. In omni ɔsequentia necessaria ⁊ imutabili: si
antecedēs est ɔtingēs: ɔñs erit ɔtigēs. si vero an
tecedēs sit necessariū: ɔñs erit necessariū. si vero
antecedēs sit imutabile ⁊ ineuitabile: ɔñs erit in
euitabile. sed ista ꝓpositione antixp̄s erit existē
te vera: seq̄t ō necessitate q̄ eueniet ita ⁊ q̄ illi⁹
veritas ē imutabilis ⁊ ieuitabilis si aliq̄ modo sit
vera. ergo ɔñs erit ieuitabile ⁊ imutabile. vñ imu
tabiliter ita eueniet. ⁊ idē pōt ɔcludi de omni fu
turo. igit omnia futura imutabilia sunt ⁊ euitari
nō possunt. hoc aūt dicere demētissimū est. ergo
⁊ illud vñ sequit. s. q̄ aliq̄ ꝓpositio de futuro sit
vera. vñ ista nō est vera antixp̄s erit. similit nec
ista antixp̄s nō erit. sz bene disiūctiua. s. antixp̄s
erit vel nō erit. ⁊ q̄ in isto argumēto duo suppo-
nit ideo ꝓbat ea. Primū est q̄ si hec ꝓpositio est
vera antixp̄s erit: imutabilit ⁊ ineuitabiliter ē ve
ra. Istud ꝓbat dupliciter. Primo sic q̄ si mutari
pōt ne sit vera: aut mutabit in illo īstāti in quo ē
vera aut in istanti p̄cedēti aut in istanti subse-
quēti in quo res fiet: aut in illo instāti in quo res
fiet. sz manifestū est q̄ nō pōt mutari in instanti
in quo ē vera: q̄ tūc ꝓ eodē īstāti eēt vera ⁊ nō
vera qd est ipossibile. Nec in istāti p̄cedēti: tunc
q̄ si in istāti dato est vera: ⁊ in omi p̄cedenti fuit
vera. q̄ si hodie verū est q̄ sortes erit cras: etiā
heri verū fuit dicere q̄ sortes erit cras. ⁊ ita si tūc
poterat mutari in falsitatē: mutaret in eodez in-
stanti in quo esset vera. ⁊ p ɔñs simul esset vera
⁊ nō vera. Tū q̄ si in istāti p̄cedēti suā veritatez
mutaret in falsitatē: tūc p̄us mutaret a veritate
q̄ haberet veritatē qd nichil est dictu. Nec pōt
dici q̄ mutari possit in aliq̄ istāti sequētium tēpo-
re signabili inter instās ꝓpositionis ⁊ instās quo
res fiet. q̄ si in aliquo instanti vt pote cras falsa
sit hec ꝓpositio sortes erit. ipossibile est q̄ fuerit
heri vera. dat eni oppositū. s. q̄ heri vera hodie
falsa: hoc erit ꝓpter aliquā mutationē factā in re
nulla aūt mutatio facta est q̄ nōdū res est nec
subest alicui potētie in actu ⁊ p ɔñs cū nichil imu
tetur circa rē: nichil imutabit circa ꝓpositionem
Nec pōt dici q̄ in illo instanti in quo res fiet vl
non fiet. imutabitur illa veritas. Tum quia veri
tas transijt in preteritū nam vsq̄ ad illud instās
verū fuit q̄ sortes erit. quod autē transijt in pre
teritū imutabile ē sm p̄hm. 6°. ethicorū Agato
nis sententiam aprobantis qui dicit q̄ hoc solo
priuatur de⁹ ingenita facere que facta sunt. Tū
quia si mutetur instans factionis rei: aut hoc erit
quia significatum eius ponetur in esse ⁊ tūc non
mutabitur q̄ nūq̄ fuit vera sed semp falsa. ergo
cum nō inueniatur instās in quo possit mutari ꝓ
positio de futuro a veritate i. a falsitatem: neces-

sario imutabiliter erit vera si aliquo modo ponatur vera. ¶ 2°. sic ad idem. Illud quo posito pro aliquo nūc in esse de necessitate ponit̄ ꝓ semper in esse: imutabilit̄ ponit̄ in esse qđ ꝓz: qꝛ predicatū includit̄ in subiecto. qđ enī determināt sibi sempiternitatē in eēndo: in nullo tēpore mutari pōt. vn̄ imutabilitatē sibi determinat. s3 manifestū est q̄ si ꝓpositio singularis de futuro pro aliquo instāti ponit̄ vera: de necessitate ꝓ omni instāti ponit̄ vera donec veritas illa transeat in presens ⁊ a p̄senti in p̄teritū. qꝛ si ista est vera hodie sortes erit: heri etiā fuit vera ⁊ in millesimuȝ diē ante fuit vera ⁊ quādocunq̄ formet̄ ab eterno: fuit vera vsq̄ ad illud istās quo sortes ponetur. ⁊ tūc mutabit̄ veritas a futuritione in p̄sentialitatem. ⁊ erit verū q̄ sortes est ⁊ postmoduȝ in p̄teritionē: ⁊ erit veꝝ deinceps in eternū q̄ sortes fuit. igit̄ si veritas ponat̄ i ꝓpositiōe d̄ futuro ꝓ aliq̄ istāti: veritas illa ponit̄ eternaliter ꝑmanere quia ⁊ ꝓ toto tēpore futuritionis qđ potest imaginari infinitū in ante ꝑmanebit veritas illa in ꝓpositione de futuro deide in ꝓpositione d̄ p̄senti: ⁊ deinceps in illa d̄ p̄terito in infinitū a parte post ¶ 3°. ad idē. futurū nō subest potētie imutare potētī. quia qđ futurum est: nichil est. qū vero res ponitur in actu si ponit̄ oppositū ꝓpositionis tūn nullo īstanti fuit vera ꝓpositio de futuro et sic nō erit mutata. vnde sicut ipossibile est aliqđ nō esse quādo p̄sens est ⁊ qui preteritū sit preteritū: ita ipossibile est si aliqđ sit futurum. ⁊ hoc sit veꝝ q̄ aliqđ sit futurū: qui imutabiliter sit futuꝝ in omnib⁹ enī hmōi ꝓpositionib⁹ idē p̄dicatur d̄ se. ⁊ sic patet p̄mū qđ in argumēto ponebat̄ 2.^m autē ibidē suppositū qđ etiā est directe ꝯtra. 4.^am ꝯclusionē ꝓbat̄. s. q̄ imutabilit sequat̄ si proposi tio de futuro sit vera: q̄ ei⁹ signatuȝ ponet̄ illa nāq̄ ꝯsequētia est necessaria ex cui⁹ opposito seq tur oppositū ꝓpositionis formate d̄ futuro. vnde si dicat̄ sortes erit ergo istud eueniet ⁊ ponet̄ in esse: det̄ oppositū non eueniet nec ponet̄ in esse. ergo sequit̄ q̄ sortes nō erit. hoc autem est oppositum illi: sortes erit q̄ ponebat̄ vera. igitur ꝯn̄a fuit imutabilis ⁊ necessaria. ¶ 2°. ad ideȝ. q̄ndo per duas ꝓpositiones significat̄ idē sub alijs terminis: ex vna infertur alia de necessitate. sequtur enim si marcus disputat: q̄ tulli⁹ disputat. quia marcus ⁊ tulli⁹ synonima sunt ⁊ idē significāt. s3 futurū ⁊ venturū idē significāt. ergo de necessitate sequit̄ si sortem esse ē futurū: q̄ hoc eueniet et si hec est vera sortes erit: sequitur de necessitate istud esse verū q̄ sic eueniet. hec ille. ¶ 4°. arguit sic principaliter. Ueritas inq̄t ꝓpositionis sumit̄ ex entitate rei quia veritas signi sumitur ex conditione signati. vnde ab eo q̄ res est vel non est: oratio vera vel falsa dicitur vt patet in predicamētis. ꝯstat aūt q̄ ꝯtingēs ad vtrūlibet nullam determinationē habet ad alterum ex ordine ad causas suas. cause nāq̄ illud respiciunt sub omnimoda indifferētia. tūc ergo primo determinat̄ cōtingēs ad vtrumlibet: quādo actualiter ponitur ⁊ existit. actualitas autem que dat ꝯtigenti determinationeȝ: pōt refferri ad omne instans precedēs ⁊ distans in ante: vel ad omne instāts succedēs ⁊ distās ꝑ posterius ab illa actualitate. dat ergo actualitas determinationē contingēti in quolibet instāti sequēti actualitatē q̄uis nō sit in illis istātib⁹. vnde semꝑ est determinate verū q̄ talis actualitas fuit nō autē determinationeȝ sibi pro aliquo instāti precedēti. vn̄ nū q̄z est determinate qđ erit. trahitur enim determinatio quā dat actualitas ꝯtingētī ad instātia sequētia nō aūt ad instātia p̄cedētia. quod ꝓbatur. Tū quia actualitas respectu instātiū sequētium: ponit ꝯtigēs extra suas causas. vnde non remanet infra causalitatē alicui⁹ nec cadere pōt super ipsum actiua potētia. ecōuerso autē in omnibus instātib⁹ q̄ precedūt: relinq̄t actualitas cōtingēs infra causalitatē ⁊ potētiam suoꝝ principiorum. illa aūt sunt ad vtrūlibet ⁊ indeterminata. ⁊ ꝑ ꝯn̄s determinatio ortū habēs ab actualitate: trahi nō potest ad instātia p̄cedētia. Tuȝ etiam qꝛ quando aliqđ oritur ex aliquo: sequit̄ ipsum ⁊ nō precedit. determinatio aūt cōtingentis: oritur ex actualitate vt dictū est. igitur non potest poni illa determinatio pro instantibus p̄cedētibus actualitatē sed pro sequētibus. sic pro quolibet instāti p̄cedēti suam existētiā actualeȝ: necessario vtraq̄ pars ꝯtradictionis sibi debet̄ absq̄ vlla determinatione ꝓ tunc. et ideo nulla ꝓpositio est vera q̄ non claudit vtrāq̄ partem ꝯtradictionis sub indifferētia ⁊ disiunctim. q̄ vero alteram partem determinate exprimit: nec ē vera nec falsa. quia si esset falsa: par o opposita esset determinata. ⁊ hinc est q̄ ista ꝓpositio est vera: sortes erit vel non erit. ⁊ ista falsa: sortes nec erit nec nō erit: ⁊ ista est vera: aliqđ istoꝝ eueniet indeterminate q̄. s. sortes erit vl' nō erit ⁊ ista falsa. s. q̄ neutrū determinate eueniet hec tamē sortes erit nec est vera nec falsa. ¶ 5°. sic. nulla noticia dat propositioni de futuro veritateȝ vel falsitatem nisi illa q̄ tendit in futurū vt distās ꝑ modū noticie expectatiue ⁊ rō huius est qꝛ noticia q̄ dat determinationē ꝓ aliquo instāti: debet coexistere illi istāti. si ergo dat determinatio

nem ꝓ istātib⁹ p̄cedētib⁹ actualitatē:necessario debet illa noticia p̄cedere actualitatē ⁊ eam aspicere vt posteriorē ⁊ distātem. ⁊ ꝑ ꝯñs est noticia expectatiua.sed dei noticia nō est expectatiua futuri:nec tēdit in ipm tanq̄ȝ idistās. vñ non precedit actualitatē futuri.igit̄ non dabit determinationē illi actualiter pro aliq̄ instāti p̄cedēti ⁊ ꝑ ꝯñs nec ꝓpositio formāda habebit a diuina noticia q̄ sit vera vł falsa. ¶ 6°. si diuina noticia dat hmōi ꝓpositionib⁹ q̄ sint vere vel false: aut hoc habet ipa noticia rōne obiecti cogniti aut ꝑ modū cognoscēdi. Sed non pōt dici q̄ sit ꝓpter obm cognitū.nā actualitas cōtingētis nō dat determinationē istantib⁹ p̄cedētib⁹.imo relinquit cōtingēs indeterminatū ad vtrāq̄ȝ ꝑtem ꝯtradictionis. ⁊ neutrū determinate posse exp̄mi vere vel false. ⁊ ita noticia nō trahit ab ista actualitate cognita: q̄ propositio ꝓ precedētibus istātib⁹ sit vera vel falsa. Nec etiā pōt dici q̄ hoc habeat noticia ex modo significādi. qr nō est illa noticia in p̄cedētibus instātib⁹. alioqui dei noticia esset expectatiua. nec etiā noticia diuina illis instātibus coexistit nec est simul cū eis sed est totalit̄ distās ab actualitate cōtīgētis. ⁊ ab illo instanti in q̄ existit. ⁊ ita nō plus largit̄ determinationem cōtingēti pro tēpore p̄cedēti: q̄ȝ largiatur actualitas ipsa a qua penit⁹ est distās. ergo necesse ē q̄ ꝓpositionē de futuro formandam relinquat dei noticia neq̄ȝ verā neq̄ȝ falsam hec ille. ¶ 2°. loco arguit Gregori⁹ ꝯtra eandē ꝯclusionē ⁊ suam ꝓbationē. Primo sic. capio inquit istā cathegoricā antixp̄s erit ſm se extra omnē ꝯñaȝ ⁊ quero vtrū ipsa sit necessaria vel ꝯtigēs. Non pōt dici p̄mum qr t̄ūc eadē rōne quelibet singularis d̄ futuro ꝯtingēti vera: esset necessaria. ⁊ q̄libet falsa impossibilis. ⁊ sic seq̄tur q̄ nichil penit⁹ esset ad vtrūlibet sȝ omnia de necessario euenirēt qđ est ꝯtra sanctos et ꝯ fidē catholicā. est ergo ꝯtingēs igit̄ in q̄cūq̄ȝ ꝯña ipsa sumat̄: semꝑ erit simplicit̄ ⁊ absolute ꝯtigēs. nā sicut ꝓpositio falsa pōt eē cōsequēs in ꝯña necessaria cui⁹ antecedēs est falsū nec tamē ex hoc ipsa est min⁹ falsa: ⁊ vera pōt esse ꝯñs ad aliā verā ⁊ etiam ad falsam nec ex hoc est min⁹ vera: ⁊ necessaria pōt esse ꝯñs ad necessariā ⁊ etiam ad ꝯtingētem nec t̄ñ ꝓpter hoc est contigēs aut min⁹ necessaria: sic supposito ꝯtingēs nō obstāte q̄ sumat̄ in ꝯña necessaria nō est ex hoc necessaria aut min⁹ ꝯtigēs. vñ etiā cū d̄r si de⁹ scit antixp̄ȝ eē futurū: antixp̄s erit: non erit ꝯñs min⁹ ꝯtigēs q̄ȝ p̄us ex quo. vlteri⁹ etiā seq̄t̄ q̄ illud añs est ꝯtigēs cui⁹ oppositū dicit 2°. ¶ 2°. qr cū d̄r q̄ illud ꝯñs est absolute necessariū ꝓut subest diue sciētie. s. ꝓut est in sua p̄sentialitate: aut itelligit̄ q̄ futurū. verbi gr̄a antixp̄s nūc ē in sua p̄ñtialitate. i. actu in rex̄ natura ſm suum eē ꝓpriū distictū a deo ⁊ ſm talē p̄ñtialitatē subest diue sciētie: ⁊ sic ꝓpter falsaȝ iplicationē illud dictū est falsum alias sequit̄ q̄ iā actu antixp̄s eēt ꝓduct⁹ ⁊ creat⁹ a deo: imo certe cū non habeat hodie magis actu eēt quā habuit heri ⁊ pridie ⁊ etiam ab eterno: seq̄tur q̄ antixp̄s fuit ab eterno creatus a deo ⁊ simili modo q̄dlibet futurū ⁊ totus mūd⁹. nā ⁊ mūdū etiā de⁹ p̄sciuit futurū. sed oīa ista sunt falsa ⁊ ꝯtra scripturā sacrā dicētē q̄ in p̄ncipio creauit de⁹ ⁊c. ⁊ ꝯtra euidētē veritatē. videm⁹. n. aliq̄ fieri de nouo ⁊ in se ipis ipli cant ꝯdictionē qr ſm hoc aliq̄d esset futurū ⁊ nō eēt futurū sȝ p̄sens. ꝯña vero p̄ma pȝ q̄ oīs entitas vel veritas actu exñs disticta a deo: ē creata a deo iuxta illud Augustini de fide ad petruȝ capi. 3°. Pricipalit̄ itaq̄ȝ tene omnē nām q̄ non est trinitas: ab ipsa sancta trinitate q̄ solus ver⁹ ⁊ etern⁹ de⁹ est creatā ex nichilo et plura sibi sequnt̄ ad ꝓpositū. aut itelligit̄ q̄ antixp̄s est i sua p̄sentialitate nō modo p̄dicto sȝ solū qr presentialiter a deo cognoscit̄ ita q̄ de⁹ nō est in potētia abijciēte actū ad cognoscēdū antixp̄m distincte ſm q̄ sum⁹ nos q̄ non possumus futura cognoscere dū sunt futura: sed sicut illa sunt ſm se futura: ita cognitio eox̄ est in nobis futura si tamē cognosceret̄ a nobis. in deo aūt futurox̄ est perfecta cognitio nō futura sed p̄sens sicut nec preteritox̄ cognitio preterijt sed est p̄ñs ſm quem modū itelligēda sunt dicta sanctox̄ cū dicūt taȝ futura q̄ȝ preterita deo p̄ñtia esse. si inquā sic intelligat̄: nō ex hoc tollit̄ qui antixp̄s ⁊ simlit̄ q̄đ cūq̄ȝ futurorū ꝯtingēs sit ꝯtingēter futurū ſȝ suū esse reale ⁊ ꝑ ꝯñs qui hec sit simplicit̄ contingēs: antixp̄s erit: ⁊ ꝓbatio q̄ aducit̄ ex dicto p̄hi non est ad ꝓpositū qr de nullo futuro vere dicit̄ q̄ ē ⁊ preterea illa auctoritas si sit vł is: nō est vera d̄ necessitate absoluta sed t̄m ꝯditionata. ¶ 3°. nā illud quod in ꝓbatione ꝯclusionis assumit̄ de illa ꝯña. si aīa itelligit lapidē ⁊c. falsum est. nā ista ꝯña est bona. si aīa vere intelligit lapidē esse materialē ⁊ extēsum: ergo lapis est m̄ālis ⁊ extēsus. nec t̄m ꝯñs est intelligēdū ſm eē q̄đ lapis habet in aīa qr ſm cōmētatorē ⁊ ei⁹ ꝓbationem: illud esse est imateriale ⁊ inextēsuȝ. ¶ 4°. qr ista ꝯña d̄r esse bona de⁹ sciuit ⁊ scit antixp̄m eē futuruȝ ergo antixp̄s est futurus. ⁊ antecedēs est verū ⁊ tamē ſm ꝯclusionem ꝯsequēs non est intelligendum secundum esse quod habet in dei sciētia: qr secundum illud est presens vt dicit.

Quantū ad articulū terciū primo notādū est ꝙ intens S. Tho. in prima ꝯclusione nō est ꝙ radix ꝯtigētie in reb⁹ aut etiam necessitatis: sit diuina volūtas hoc modo q̄si ꝯtingētia ⁊ necessitas reꝝ creataꝝ reducat̄ in cōtingētiā vel necessitatē diuine volūtatis q̄si dei voluntas quorūdā effectuū .s. necessarioꝝ sit causa necessaria .i. agēs ex necessitate: ⁊ quorūdā effectuū .s. cōtingētiū sit causa cōtingēs .i. agēs cōtingent̄ prout aliqui male intellexerūt. nā vt ipse S. doctor docet in pluribus locis vt .p°. sen. di. 43ª. q. 2ª. ar. p°. et dis. 45ª. ar. 3°. Et pª. p. q. 19. ar. 4°. Et de veri. q. 23. articulis 4°. ⁊ 5°. Et de poten. dei. q. vel ma. 3ª. ar. 15°. de⁹ nō operat̄ in rebus creatis ex necessitate nature. nec iteꝝ deus dici debet aliquaꝝ reꝝ causa ꝯtingēs .i. contingent̄ agens. q2 causa hoc modo ꝯtingens: mutabilitatē hēt nec sibi prestituit finē sꝫ ab alio sibi determinat̄ ꝓut ipse S. doc. indt. p°. sen. loco ꝓxime all'. ad. 4m. Et pma. p. q. 19ª. ar. 3. ad. 5m. Sꝫ mēs S. Tho. est in predicta ꝯclusione vbicūq3 eā ponit ꝙ necessitas ⁊ cōtingētia reꝝ creataꝝ reducit̄ in deū seu in diuinā volūtatē tanq̄3 in pmā causam hoc modo q2 .s. deus seu diuina volūtas est pma causa disponēs ⁊ ordinans ac volēs ꝙ in reb⁹ creatis q̄dā fiant necessario ⁊ quedā cōtingent̄ vt sit ordo in rebus ad cōplementū vniuersi ⁊ ad hoc adaptat quibusdā effectib⁹ causas ꝓximas necessarias q̄ deficere nō pñt ex quib⁹ effect⁹ de necessitate ꝓueniūt: ⁊ quibusdā effectib⁹ adaptat causas cōtingētes deffectibiles ex quib⁹ effect⁹ cōtingent̄ eueniūt ⁊ tñ vtrūq3 hoꝝ nō necessitate aut cōtingent̄ sꝫ volūtarie ac libere de⁹ ordinat ⁊ disponit. itaq3 necessitatis ⁊ ꝯtingētie reꝝ creataꝝ de⁹ est pma causa nō tñ ꝯtingēs aut necessaria. vñ huiꝰ reductio nō ē vniuoca vt .s. cōtingentia in cōtingētiā ⁊ necessitas in necessitatē reducat̄ sꝫ est equiuoca vl' magis analoga. est eni reductio necessitatis aut ꝯtingētie effect⁹ in virtutē cause libere ac volūtarie ipaꝝ ꝯtingētiaꝝ aut necessitatē causantis. Nec ē incōueniēs ꝙ pma causa contingentie ⁊ necessitatis nō sit ꝯtingens nec necessaria hoc est agens contingenter ⁊ ex necessitate: imo reꝝ ordo id postulat ꝓut S. Tho. in preall' locis deducit. sicut etiam omne agens ꝑ naturā reducit̄ tanq̄3 in pmā causam in agens ꝑ intellectū ⁊ volūtatē nō in agēs ꝑ nām. Ex his intelligit⁹ ꝙ nulla repugnātia est in dictis S. Tho. ad supradicta cū dicat in plurib⁹ locis ꝙ necessitas ⁊ ꝯtigētia in effectib⁹ dependet ex eoꝝ causis ꝓximis nō ex remotis. nam vbicūq3 hoc dicit: loquit̄ de dependētia vniuoca q̄3m ad rōnem necessitatis ⁊ cōtingētie. est eni sensus ꝙ ꝯtigētia aut necessitas in effectib⁹ iudicat̄ ⁊ dependet ex necessitate vel ꝯtigētia causaꝝ ꝓximarū. ita ꝙ si cause ꝓxime sunt necessarie: effectus sunt necessarij. ⁊ si cause ꝓxime sunt cōtingētes effect⁹ sunt ꝯtigētes. hoc autē nō habet veritatē de causa pma ⁊ remota. nā huiꝰ cause pñt eē necessarie ⁊ ꝙ effect⁹ sit cōtigēs ꝓpt causas proximas ꝯtigētes. ⁊ pōt esse causa pma nō necessaria .i. nō ex necessitate agēs vel causans: ⁊ ꝙ effectus sit necessari⁹ ꝓpter causam vel causas ꝓximas necessarias. ¶ Et aduertendū ꝙ ꝓpriє loquēdo ille cause dicūtur necessarie absolute q̄3m cause sunt: q̄rū est ordo necessari⁹ ad suos effectus ita ꝙ ipsis causis positis sufficiēter ⁊ nō īpeditis: de necessitate ponant̄ ꝓpꝛij effect⁹. vnde si aliq̄ causa ꝓm se ex nā sua est necessaria non tñ hēt necessariū ordinē ad aliquē effectū modo exposito: nō debet dici causa necessaria ex rōne .s. causalitatis. causam aūt nō posse īpedire: nō probat efficacit̄ causam eē necessariā ita ꝙ inducat necessitatē in effectū vt q̄dā putāt. nā eterna ꝑdestinatio iustoꝝ īpediri non pōt a suo effectu ⁊ tñ nō est causa necessaria salutis eterne iustoꝝ: neq3 necessitatē absolutā inducit in effectū.

¶ **Secundo.** Notādū ē ꝙ ad ꝓbādū secūdā cōclusionē S. Tho. vtit̄ tali rōne. effect⁹ cognosci nō pñt nisi vel in seipsis dū actu existunt vel in suis causis dū sūt futuri. effect⁹ aūt futuri ī causis suis cognosci nō possunt nisi eo modo quo in illis sūt sūt aūt effect ī causis suis po⁸ aut virtute. sic āt esse: nō est aliud q̄3 in causis eē potētiā aut virtutē ordinatā ad tales effect⁹. eo ergo modo effect⁹ dicūtur eē ī causis: q̄ po⁸ aut virt⁹ causaꝝ ordinat̄ ad effect⁹. ita ꝙ si ē ordo necessari⁹ ⁊ determinat⁹ potētie aut virtutis cause ad effectū: effect⁹ dr̄ eē necessario ⁊ determinate in causa. si aūt vt⁹ aut po⁸ cause nō habeat ordinē determinatū ⁊ necessariū ad ꝓducēdū effectū sꝫ illa posita pōt seq̄ ⁊ nō seq̄ effect⁹: nō dr̄ effect⁹ esse ī causa determinate ⁊ ex necessitate sꝫ ꝯtigēter ⁊ incerte ac īdeterminate. Cū aūt in causis futuri ꝯtingētis nō sit potētia aut vt⁹ hñs ordinē necessariū ad futurū cōtigēs alias nō eēt futuꝝ cōtigēs sꝫ necessariū ꝓ eo ꝙ necessitas ⁊ ꝯtigētia in effectu ꝓuenit ex necessitate ⁊ ꝯtigētia cause: sequit̄ ꝙ futuꝝ cōtigēs in causis suis nō hēat eē necessariū nec determinatū ⁊ infallibile ac ꝑ hoc ꝙ ī cau-

ſis ſuis cognoſci nõ põt certitudinalr̃ ac deter-
minate ꝛ infallibilr̃. et ſm mẽtẽ. S. T. nõ ſolum
hoc verũ eſt de cauſis ſecũdis ꝛ proximis futuri
ꝯtigẽtis: ſʒ etiã ꝺ cauſa pͥma q̃ deꝰ eſt. militat. n.
rõ ſupraīducta reſpectu pͥme cauſe ſicut ꝛ reſ-
pectu ꝓximaꝝ. qm̃ virtꝰ ꝛ potẽtia dei nõ habet
neceſſariũ ordinẽ ꝛ determinatũ ad eſſe ꝛ ꝓdu-
ctionẽ futuroꝝ cõtigẽtiũ magis q̃ʒ ad eoꝝ nõ eẽ:
ſed libere ꝛ ad vtrũlibet ſe habet ad ea q̃ʒ ī eſt
de ſe. concludit̃ ergo ſm ꝓmiſſam deductionẽ ꝙ
nõ ſolũ in cauſis ꝓximis ſed neqꝫ etiã in cauſa pͥ-
ma q̃ eſt deꝰ futura cõtingẽtia cognoſci poſſunt
certitudinalr̃ ꝛ determinate cũ nõ ſit eoꝝ cauſa
neceſſaria ac determinata ſʒ libera et ad vtrũli-
bet: neqꝫ ꝑ ꝯñs ipſa ſint in deo neceſſario abſolu
te ꝛ determinate. Et ꝙ hoc fuerit de mente. S.
Tho. ꝑʒ expreſſe pͥma. p. q. 14ª. ar. 13º. vbi ī reſ-
põſione pͥncipali inq̇t ꝙ ꝯtingẽs ꝯſideratũ vt eſt
in cauſa ſua vel in cauſis futurũ: nõ ſubdit̃ ꝑ cer-
titudinẽ alicui cognitioni. Idẽ dicit ꝺ veri. q. 2ª.
ar. 12. in. c. vbi expreſſe dicit ꝙ ĩpoſſibile eſt deũ
habere ſciam de futuris ꝯtigẽtibꝰ ſi ea cognoſce
ret vt futura ſunt. vñ cũ non ſint futura niſi ī cau
ſis ſuis: ſequit̃ ex dictis eiꝰ ꝙ deꝰ nõ poſſet habe
re ſciam ꝺ futuris cõtingẽtibꝰ in ſuis cauſis. ſ. ſm
rõnẽ cauſalitatis. Et ꝙ nõ ſolũ illd̃ dictũ intelli
gat̃ de cauſis ſecũdis ſed etiã de pͥma q̃ deꝰ eſt
ꝓbatur ex eo qꝛ etiã in pͥma cauſa q̃ eſt deꝰ: futu
ro ꝯtingẽtia ſunt futura ꝯſiderando ꝓut ſunt in
deo ſicut in cauſa eoꝝ. nã ꝯſiderãdo deũ ſeu diui
nam eẽntiã ꝓut in ea ſunt ꝛ relucẽt omnes rerũ
pfectiones ꝛ entitates ſm quẽ modũ res dicunt̃
eſſe in deo ſicut in pfectiſſimo repreſentatiuo: fu
tura ꝯtingẽtia nõ ſunt ī deo vt futura ſʒ vt p̄ſen-
tia. Illud etiã pʒ multũ expͥſſe de veri. q. 2ª. ar.
12º. ad. 9m vbi ſic dicit. nõ eſt inconueniẽs ꝙ po
natur ꝙ deꝰ ſcit aliq̇d futurũ eẽ qd̾ nõ erit inq̃ʒ
. ſ. ſcit aliq̃s cauſas ad aliquẽ effectũ eẽ īclinatas
q̃ non ꝓducet̃ ſic eni nõ loq̇mur nũc ꝺ cognitio
ne futuri ꝓut a deo in ſuis cauſis videt̃ ſʒ inq̃ʒ m
cognoſcit̃ in ſeipſo ſic eni cognoſcit̃ vt p̄ñs. Itẽ
pͥmo ſen. d. 38ª. ar. 5º. ad. 5m inq̇t. nõ eni ſcit deꝰ
effectũ contigẽtẽ eſſe determinatũ ī cauſa ſua qꝛ
eẽt falſa ſcia cũ ī cauſa ſua determinatũ nõ ſit. et
infra ad. 6m ait. ſi eni deꝰ vidiſſet ipaꝫ cauſaꝫ vt
ſortẽ ꝛ non vidiſſet ĩmediate effectũ in eẽ ſuo. ſ.
curſum ſicut nos futura cognoſcimꝰ: nũq̃ʒ potuiſ
ſet illud ſcire. ¶ [illegible] obiciat ꝙ licet vͥtꝰ et
poª dei ſm ſe ꝛ abſolute nõ hẽat ordinẽ neceſſa
riũ ad eſſe vl̃ nõ eẽ futuroꝝ ꝯtigẽtiũ: ꝛ tñ ꝯſidera
ta diſpoſitione ꝛ determinatiõe ſciẽtie ac volun
tatis diuine ꝺ futuris ꝯtigẽtibꝰ ꝓducẽdis q̃ fuit in
deo ab eterno: vr̃ ꝙ ab eterno fuerit ordo neceſ
ſariꝰ ꝛ determinatꝰ in poª ꝛ virtute dei ad illoꝝ
eẽ ꝛ ꝓductionẽ. ex q̃ ſequit̃ ꝙ futura ꝯtigẽtia cer
titudinalr̃ ꝛ determinate ab eterno potuerũt co-
gnoſci ꝑ intellectũ diuinũ in ſuis cauſis pͥmis. ¶ Sʒ
ad iſta rñdemꝰ ꝙ ſicut volũtas dei ab eterno de
terminauit aliq̃ futura ꝯtigẽtia ꝓducẽda fore in
eſſe: ita ꝛ determinauit ꝙ eẽnt ꝓducẽda cõtigẽ-
ter ꝛ fallibilr̃ ꝛ ſic aptauit eis cauſas ꝓximas cõ
tingẽtes ꝛ ĩpedibiles ac deffectibiles ex q̃bꝰ effe
ctꝰ ipi ꝯtingẽtes poſſent euenire ꝛ nõ euenire et
ꝓduci ꝛ nõ ꝓduci. ex tali aũt determinatione tã
q̃ʒ ex cauſa: haberi nõ põt alia cognitio q̃ʒ ꝙ futu
ra ꝯtigẽtia euenient ꝯtigẽter ꝛ incerte ac fallibili-
ter. nã ꝛ ex tali determinatiõe nõ alie cauſe ſunt
eis ꝑparate q̃ʒ ꝯtigẽtes ꝛ fallibiles. virtꝰ enim ꝛ
cauſalitas pͥme cauſe nõ recipit̃ in cauſa ſecũda
niſi ſm modũ cauſe ſecũde ꝓut d̃r. 12ª ꝓpoſitio
ne li. de cauſis: et p̄ſerti q̃ʒ ad neceſſitatẽ et cõti
gẽtiã ꝓut. S. T. notant̃ dicit. li. pͥº. ſen. d. 38ª. ar.
5º. in. c. vbi dicit ꝙ ſciẽtia dei licet in ſe ſit inuaria
bilis cauſa omniũ: ꝓducit tñ effectꝰ neceſſarios
vl̃ cõtigẽtes ſm modũ cauſaꝝ ſecũdaꝝ. Et diſ.
40. q. 3ª ar. pͥmo ait. p̄ſciẽtia dei nõ imponit ne
ceſſitatẽ rebꝰ nec inq̃ʒ m eſt cauſa cũ ſit cauſa pͥma
cuiꝰ ꝯditionẽ effectꝰ nõ habet ſed cauſe ꝓxime:
nec rõne adequationis ad rẽ ſcitam q̃ ad rõnẽ
veritatis ꝛ certitudinis ſciẽtie exigit̃. qꝛ adeq̃tio
iſta attẽdit̃ ſciẽtie dei ad rẽ nõ ſm ꝙ eſt in cauſis
ſuis in quibꝰ eſt vt poſſibile futuꝝ tñ: ſed ad ip-
ſam rem ſm ꝙ habet eſſe determinatũ ꝓut eſt
preſens ꝛ nõ futurũ. hec ille. Ex quo ſequitur ꝙ
futura cõtingẽtia in cauſa prima etiã determina
ta quãtũ eſt ex ratiõe cauſalitatis: cognoſci nõ
poſſunt per certitudinem ꝛ determinate. Si au
tem dicatur ꝙ iſta cõſequẽtia eſt neceſſaria ſi vo
luntas dei determinauit aliquod futurũ cõtin-
gẽs euenire illud neceſſario eueniet. ergo huiuſ-
modi futurũ contingẽs neceſſitatẽ habet in de-
terminatione diuine volũtatis ꝛ per conſequẽs
in ea poteſt cognoſci certitudinaliter ꝛ determi
nate. Reſpondemus per idem fundamentum ꝛ
cõcedimꝰ ꝙ in predicta cõſequẽtia cõſequẽs eſt
neceſſariũ ſm ꝙ ſequit̃ ex antecedẽte. ex antece
dẽte autẽ ſequit̃ ſm ꝙ cadit ſub determinatio-
ne diuine voluntatis in qua vt dictum ſunt non
ſolum eſt ꝙ contingens futurum eueniat: ſed ꝙ
eueniat contingẽter ꝛ fallibiliter ꝛ a cauſis con-
tingẽtibꝰ ꝛ que deficere poſſunt alias non eſſet
futurum contingẽs. In premiſſa ergo condicio-
nali: neceſſitas conſequẽtis que ex antecedente
infertur: non aliud probat q̃ʒ ꝙ futurum contin-

gens necessario eueniet contingēter ⁊ fallibilr. ex quo apparet q̄ necessitas predicte ꝯñe nō causat aliam noticiam de futuro ꝯtingēte nisi q̄ necessario eueniet ꝯtingēter ⁊ a causis contingētibus ita q̄ necessitas non solū cadat sup actū verbi eueniet: sꝫ simul etiam sup aduerbiū contingēter. hoc aūt non est cognoscere certitudinaliter ⁊ determinate q̄ futurum contingēs erit vel nō erit in ppria existētia. imo est cognoscere q̄ poterit euenire vel nō euenire naꝫ hoc denotat aduerbiū contigēter. vnde relinquit q̄ futura contingētia inq̄ᵐ huiōi: nullo modo cognosci possunt p certitudinē et determinate in causis suis inq̄ᵐ cause sunt. i. ex ratione causalitatis. ¶ Ex quia dicēdum nō est absolute q̄ deus certam ⁊ infallibilē cognitionē nō habeat de futuris contigētibus alias sciētia ⁊ cognitio dei esset imperfecta: oportet assignare modū cognitionis diue d̄ futuris contingētib⁹ quē. S. Tho docet cōmuniter in scriptis suis p hoc. s. q̄ futura cōtingētia ⁊ vniuerse res sunt deo presentes i se ipsis ab eterno. nam nō est alius modus quo effect⁹ cognoscant q̄ꝫ vel in se ipsis vel in suis causis. ¶ Nonnulli tamē male intelligētes verba. S. Tho. quibus dicit q̄ futura contigētia sicut ⁊ vniuersalit̄ omnes res sunt ab eterno deo presētia: putāt q̄ mēs. S. Tho. fuerit ponere res p̄sentes deo ab eterno fm aliquē modū p̄sentialitatis quē in se ipsis extra deum ab eterno habuissent qd̄ falsuꝫ esse ⁊ ꝯtra intētionem. S. Tho. apparet ex subsequētibus locis doctrine sue. Ait enim p̄ma parte. q. 14ᵃ. ar. 13°. in respōsione ad. 2ᵐ. quādo in antecedēte ponit̄ aliqd ptinēs ad actuꝫ anime: ꝯsequēs est accipiēdū nō fm esse qd̄ in se est sed fm quod est in aīa. aliud eni est eē rei in se ipsa: ⁊ esse rei in anima vt puta si dicā. si anima itelligit aliqd illud est imateriale: intelligēdū est q̄ illud est imateriale fm q̄ est in itellectu nō fm q̄ est in se ipso. ⁊ similiter si dicam si de⁹ scivit aliqd illud erit. ꝯñs intelligendū ē ,put subest diue sciētie. s. ,put est in sua p̄sentialitate ⁊ sic necessariuꝫ est sicut ⁊ antecedēs. qꝛ omne quod est quādo ē: necesse est eē. hec ille. eandē sentētiam ponit et magis expresse ad nostrū ,ppositū de verita. q. 2ᵃ. ar. 12°. in responsione ad idē argumentū qd̄ est. 7ᵐ. inquit enim. dicēdum q̄ hoc antecedens simpliciter est necessarium ⁊ ꝯsequēs est necessarium absolute eo modo quo ad antecedēs sequitur. aliter enim est de his q̄ attribuūtur rei fꝫ se: aliter de hys q̄ attribuit̄ ei fm q̄ est cognita. illa eni que attribuūtur rei fm se: cōueniēt ei fm suum modū. fꝫ illa q̄ attribuit̄ ei vel ꝯsequuntur ad ipsam inq̄ᵐ est cognita: sunt fm modū cognoscētis. vñ si in antecedēte significet̄ aliqd qd̄ ptinet ad cognitionem: oportet q̄ ꝯñs accipiatur fm modum cognoscentis ⁊ non fm modum rei cognite. vt si dicam si ego intelligo aliquid illud est imateriale. nō eni oportet vt qd̄ intelligit̄ sit imateriale nisi fꝫ q̄ est in itellectu. ⁊ similit̄ cū dico si de⁹ scit aliqd illud erit: ꝯñs est sumēdū non fm dispositionē rei in ipsa sed fm modū cognoscentis. q̄uis aūt res in se ipsa sit futura: tñ fꝫ modum cognoscētis est p̄sens. hec ille. Ex his dict̄ ⁊ in p̄ma pte manifeste accipit̄ q̄ mēs. S. Tho. nō fuerit res esse ab eterno p̄sentes deo fꝫ p̄sentialitatē quam habeāt in se ipsis ab eterno extra deū fm p̄sentialitatē quā habēt in deo. Itē prima parte. q. 14ᵃ. ar. 5°. in. c. q̄si in fine dicit. deus se ipsum videt in se ipso qꝛ se ipsum videt p essētiā suam. alia aūt a se videt nō in se ipsis sed in se ipso inq̄ᵐ ēētia sua ꝯtinet similitudinē aliorꝫ ab ipso. ⁊ in respōsione ad p̄mū. dicēdū inquit q̄ verbū Augustini dicētis q̄ de⁹ nichil extra se intuetur: nō est sic itelligēdū quasi nichil qd̄ est extra se intueatur sed quia id quod est extra se ipsum non intuetur nisi in se ipso. idem respondet de veri. q. 2ᵃ. arti. 2°. ad. xᵐ. Ex q̄bus verbis cōcludit̄ q̄ si de⁹ nichil videt aut intuet̄ nisi in se ipso: q̄ p̄sentialitas rerū ex qua doctor sctūs probat certitudinē cognitionis diue de futuris contingētib⁹: sit illa p̄sentialitas quā res habēt i deo nā de p̄sentialitate quā res habēt i se ipsis extra deū: negat. S. Tho. q̄ de⁹ videat res in se ipsis vt ptꝫ premissa verba intuēti vbi dicit q̄ de⁹ nō videt res in se ipsis sꝫ in se ipso. ergo nō fꝫ p̄sentialitatē quā habēt in se ipsis sꝫ fm p̄sentialitatē quam habēt in ipso. Itē eadē p̄ma pte. q. 20. ar. 2°. accipit̄ mēs ei⁹ euidēter. fuerat eni argumētū amor dei etern⁹ est: sꝫ ea q̄ sunt alia a deo: nō sunt ab eterno nisi in deo. ergo de⁹ nō amat ea nisi in se ipso. sed fm q̄ sunt in eo non sunt aliud ab eo: ergo de⁹ nō amat alia a se ipso. ecce argumētū. Seq̄tur r̄sio. Ad. 2ᵐ. dicēdū q̄ licet creature ab eterno nō fuerit nisi in deo: tamē p hoc q̄ ab eterno in deo fuerūt: ab eterno de⁹ cognouit res in ,ppriis naturis ⁊ eadē rōne amauit: sicut ⁊ nos p similitudines rex̄ q̄ i nobis sunt: cognoscim⁹ res in se ipsis existentes. hec ille. ⁊ certe nō potuit. S. doc. magis aperire mētē suaꝫ q̄ꝫ in verb p̄missis ex duob⁹. p̄mo i eo qd̄ dicit q̄ creature ab eterno nō fuerit nisi in deo. ex q̄ sequit̄ q̄ nō potuerit eē p̄ntes deo ab eterno nisi in deo fꝫ modū a nob sup̄ expositū. aliud ē ex eo q̄ dicit q̄ deus ab eterno cognouit res in proprijs naturis

p hoc q res fuerũt in deo ab eterno quẽadmodũ p similitudines rerũ q̃ in nobis sunt cognoscim⁹ nos res in se ipsis existẽtes. ex q̃ inferk q deus videt res in seipsis existẽtes .i. videt rerũ existentias p hoc q sunt p̃ntes deo nõ in se ipsis sz p similitudinẽ q̃.s. ẽ eẽntia diuina. Itẽ p°. sen. dis. 38ª. ar. 4°. ad. 2ᵐ. ait eni ad. 2ᵐ. dicẽdũ q licz q non entia hñt veritatẽ: sic ea de⁹ scit. q̃ eniz erũt post mille ãnos nõ scit ea de⁹ esse nũc. qm̃ nõ est verũ ea eẽ nũc sz scit ea futura eẽ tũc. Ex qb⁹ v̈bis arguik q si mẽs. S. doc. fuerat q res q̃ future sũt alijs reb⁹ tpalib⁹: ab eterno eẽnt deo p̃ntes extra deũ: sciret de⁹ illa q̃ post mille ãnos futura sunt esse nũc q2 licet nõ eẽnt nũc in cõparatione ad alias res tpales: essent nũc extra deũ in respectu ad intuitũ dei. qd ptz nõ esse de mente. S. Tho. qm̃ absolute ꝛ simplicik negat illa esse nũc etiam in cõparatione ad deũ. nã de ei⁹ sciẽtia loqbak. Itẽ ꝯ gẽ. li. p°. ca. 67°. cũ diceret. S. doc. q ea q̃ sunt p̃ntia pterita vel futura nobis cognoscat deus sm q sunt in potẽtia sua ꝛ in pprijs causis et in seipsis: exponẽs qd sit cognoscere deũ res i se ipsis subiũgit. nõ eni de⁹ rerũ q̃ apud nos nõdũ sunt videt solũ eẽ qd habẽt in suis causis sz etiaz illud qd hñt in se ipsis inq̃ᵐ ei⁹ eternitas est p̃ns sua indiuisibilitate oĩ tpe. ꝛ tũ oĩe esse qdcũqz rei de⁹ cognoscit p eẽntiã suã. Ex qb⁹ verba duo notãtur: vnũ est q. S. Tho. idẽ vocat deũ videre res in se ipsis: ꝛ videre eax̃ exñtias quas suo tpe habẽt ꝛ p ꝯñs idẽ erit apud. S. Tho. deũ habere res p̃sentes ab eterno: ꝛ intueri earũ presẽtialitates q̃s in pprijs exñtia hñt aliqñ in tẽpore Aliud est q qcqd de⁹ cognoscit in reb⁹: cognoscit p eẽntiã suã. ergo sm mẽtẽ. S. Tho. nõ oportet ponere res p̃ntes esse deo ab eterno in pprijs naturis extra deũ ad pbãdũ certitudinẽ diuine cognitionis: cũ de⁹ vt ex p̃dictis verbis apparet ꝛ ex plerisqz alijs locis nõ cognoscat res p ipsasmet sz p eẽntiã suã. Itẽ de veri. q. vel mã. 12ª. ar. 3°. in. c. distiguẽs pscientiã nãlem ꝛ in illã q̃ ẽ donũ spũs sancti. ait sic. Vñ ad earũ distinctionẽ habẽdã sciẽdũ q futura ꝯtigẽtia in duob⁹ p̃existũt anteqz sint. s. in p̃scientia diuina ꝛ in causis creatis quarũ v̈tute futura illa educũtur in eẽ ꝛc. hec ille. vbi apparet manifeste q sz mentem. S. Tho. futura ꝯtigẽtia nõ aliter sunt anteqz fiãt in propria natura: nisi vel i p̃scientia diuina ꝛ i causis creatis. nõ igik aliqñ fuit mẽs. S. Tho. q futura ꝯtingẽtia fuerit ab eterno deo p̃ntia sz aliqd esse i q̃ existerẽt extra deũ in respectu ad itutũ di q̃uis nõ i respectu ad alias res creatas. Itẽ eadez. q. ar. 6°. i fi. pncipalis rñsionis reddẽs rõnez q̃modo p̃sẽs q̃s videt pphe simul cũ lumine pphetico dicũtur speculũ eternitatis: inqt q2 diuinũ lumẽ rep̃sentãt put futurox̃ euẽtus in eternitate p̃sentialik respicit. ex qb⁹ vltimis v̈bis satis ptz q sz eum futura ꝯtigẽtia sunt deo p̃sentia in eternitate. nõ ergo extra deũ sm aliquẽ modũ. ❡Ex p̃missis locis doctrine. S. doc. ꝛ ex alijs que lõgũ esset recitare aperte mõstrak q nõ fuerit eius intẽtionis ponere res ab eterno deo esse p̃sentes sm aliqd esse existẽtie extra deũ sed in ipso deo. Ad cui⁹ pleniorẽ intellectũ ꝯsiderãdũ est q aliqd esse p̃ns: dupli̇r põt accipi. vno modo sm q p̃sens dr̃ alicui id qd oculis ei⁹ videk ac p̃sentatur sm quẽmodũ dicit. S. Tho. pma. p. q. 8ª. ar. 3°. in. c. q illa dicũtur eẽ alicui p̃ntia q̃ in prospectu ei⁹ sunt: ꝛ in ista acceptione omnis creatura dicitur esse deo p̃sens ab eterno ea rõne q2 deus ab eterno videt in eẽntia sua vniuersas res nõ solũ q̃ᵐ ad eax̃ naturas ꝛ specificas pprietates: sz etiã q̃ᵐ ad pprias existentias ꝛ q̃ᵐ ad oẽs cõditiones indiuiduales quas habiture erãt sm aliquod tp̃s. vt eni deductũ fuit dis. 35ª. essentia diuina ẽ oĩũ rex̃ ppria ꝛ pfectissima similitudo in qua oĩs rex̃ pfectio ꝛ oĩs rex̃ ẽtitas clare ꝛ distincte splendet ꝛ relucet. vñ sicut eẽntia diuina semp ꝛ ab eterno ẽ p̃ns deo illã intuẽti ꝛ pspiciẽti: ita ꝛ vniuerse creature sunt in ipa dei essentia semp ꝛ ab eterno deo p̃ntes illas in sua essentia pspiciẽti ꝛ intuẽti ꝛ q̃ᵐ ad cõmunia ꝛ q̃ᵐ ad ppa ꝛ q̃ᵐ ad nãs ꝛ q̃ᵐ ad existẽtias sm q̃s pprie attẽdik rex̃ p̃ntialitas. vñ ꝛ illa q̃ sm aliqd tẽp⁹ hñt existẽtiã in pprijs naturis: de⁹ dicik scire sciã visiõis quasi hñs illa sibi p̃ntia. illa aũt q̃ sz aliqd tp̃s nõ existũt i pprijs naturis: de⁹ scire dicik sciã simplicis intelligẽtie nõ sciẽtia visiõis q̃si nõ sint deo p̃ntia. nã vt p̃missuz ẽ illud dicik p̃ns qd oculo videk. nomine aũt oculi q̃cũqz vis cognitiua designak. ❡Alio modo dicik aliqd eẽ p̃ns sm q p̃ns designat tpis dr̃iam cõdiuisã p̃terito ꝛ futuro. s. eẽ: nũc. ista aũt acceptio nominis p̃ntis differt a pma. nã in ista. 2ª. acceptiõe ppe ꝛ p se loq̃ndo: res nõ dicik eẽ p̃ns ea rõne q2 sit i pspectu alicuius eã videntis sicut in pma acceptiõe. Sz q2 existit in nũc durationis ita q nec ẽ p̃terita nec futura sz ẽ in p̃nti etiã si in cõspectu alicui⁹ videntis nõ sit. et isto modo accipiẽdo nomẽ p̃ntis: oẽs creature etiã future cõtingẽtes dicũk eẽ deo p̃ntes ab eterno in dei eternitate. p cui⁹ euidentia sciendũ ẽ q vt. S. Tho. dicit. p°. sen. dis. 31. q. 2ª. ar. p°. in. c. eternitas ẽ pncipiũ oĩs durationis inq̃ᵐ ẽ pma mẽsura ita vt ab ipa fluat et tp̃s et euũ. ex quo sequik q in ipa eternitate cõtineank

ꝛ ꝯcludanť. vñ ꝛ oĩs durationes: in eternitate vnũ sunt. ꝑut. S. Tho. ait p^a. p. q. x^a. ar. 6°. in. c. ꝑ cui⁹ intellectu facit qd. S. Tho. scribit. p°. sen. dis. 38^a. ar. p°. in. c. diuersoꝝ inq̃t attributoꝝ di uersa est rõ ꝛ ideo aliq̃d attribuiť vni ꝛ aliq̃d al- teri ꝛ aliq̃d vni qd nõ ꝓpꝛe alteri. q̃uis oĩa at tributa in deo sint idẽ re. ex q̃ inferim⁹ q̃ singula attributa diuina hñt ex q̃dã appropriatione spãlez rõnez pncipij exẽplaris respectu pfectionũ cor- respõdẽtiũ in creaturis: sicut eẽntia diuina ꝯtinet in se ꝛ ꝯcludit vĩr oĩa entia ꝛ eoꝝ pfectiones eo q̃ ẽ pmũ ꝛ simplicissimũ ꝛ pfectissimũ ens ac p hoc oĩs entitatis ꝛ pfectionis pncipiũ exẽpla re: ita ꝛ qdlibz attributũ diuinũ ꝓm ꝓpꝛiã rõnem ꝯtinet in se ꝛ ꝯcludit illã reꝝ pfectionẽ q̃ huiusce modi attributo spãli rõne appropriať eo q̃ est p- mũ ꝛ simplicissimũ ac pfectissimũ ei⁹ pncipium ꝛ exẽplar. dicim⁹. n. q̃ bonitas diuina ꝯtinet ꝛ ꝯclu- dit in se oĩm creaturaꝝ bonitatẽ ꝛ vita. oĩm vitã. ꝛ sapiã: oĩm sapiam ꝛ sic de ceteris. ꝓz igi tur istũ modũ loq̃ndi dicẽdũ est q̃ oĩm rerum duratio ꝯcludiť ꝛ ꝯtineť in duratione diuina q̃ est eternitas tãq̃ in pma ꝛ simplicissima ac pfectissi ma duratione ꝛ oĩm durationũ cã et exẽplari. eternitas ergo suo ambitu ꝛ pfectiõe: ꝯcludit ac cõpꝛehẽdit in se ꝛ tẽp⁹ ꝛ euũ ꝛ oẽz tpis succes- sionẽ atq̃ oĩa q̃ in tpe ꝛ euo sunt ꝛ cõtinẽtur si cut pfectũ ꝯtinet impfectũ vt tetragonũ trigo- nũ ꝛ hõ aĩal ꝛ itellectiuũ sensitiuũ et vegetatiuũ ꝟbaliter sumpta. ꝛ qm̃ eternitas est oĩno idiuisi bilis ꝛ tota simul: ꝯñs ẽ q̃ tps ꝛ tota tẽporis suc- cessio ac oĩs res tẽporales q̃ tpe ꝯcluduntur: simľ ꝛ indiuisibiliť sint ꝛ cõpꝛehẽdanť i eternitate. v- nũ: quodq̃ eni ẽ in alio ꝓz modũ ẽẽndi ipsi⁹. vn- de de⁹ cõpꝛehẽdẽs ab eterno sua visione eterni tatẽ: simul videt ꝛ intueť in ipa ab eterno totum tpis decursum quẽ in ordine vniuersi hẽt ꝛ ꝯñs videt ab eterno in ipa eternitate omnes res tẽ- porales sibi inuicẽ succedere in reꝝ natura nõ tũc sed suis tẽporib⁹ in ordine vniuersi sicut q̃ pfecte videret totã tẽporis successionẽ: videret in ipso tẽpore oĩa illa q̃ tpe ꝯcluduntur ꝛ mẽsuranť quem admodũ ꝛ q̃ videt integre ꝛ pfecte totã vni⁹ di- ei successionẽ ꝓm q̃ est mẽsura reꝝ q̃ in ea succe- dũt: omnes res q̃ ipsa die mẽsuranť ꝛ ꝯtinenť vi deret. ex q̃ sequiť q̃ omne tps ꝛ totũ ei⁹ successio nis decursũ ꝛ omnes res tpales sibi inuicẽ succe- dẽtes: de⁹ ab eterno intueať nõ vt futura ꝭz vt p̃ sentia q̃m intueť ea in nũc eternitatis qd nescit p̃teritũ aut futurũ ꝭz est semp pñs. nichil eni ẽ in eternitate nisi nũc pñs. ꝛ hoc est qd. S. Tho. di- cit q̃ intuit⁹ dei ferť ab eterno sup oĩa ꝑut sũt in sua pñtialitate. i. ꝑut sunt pñtia in eternitate. i. in nũc pñti nõ p̃terita aut futura ꝭz semp existẽ tia in nũc eternitatis. licet extra eternitatẽ in or dine vniuersi sint a diuuicẽ preterita aut futura. Differt aũt mod⁹ iste videndi res in eternitate ab illo modo quo res vidẽtur in essentia diuina: nõ solũ sicut differt ꝓpꝛium a cõmuni vel particu lare ab vlĩ ꝑut rõ eternitatis cõparať ad diuinã eẽntiã q̃ est oĩm reꝝ ac pfectionũ pfectissimũ repñtatiuũ: sed etiã q2 in eternitate ex sua rõ- ne formaliter q̃ est pma mẽsura durationũ: nõ cognoscũtur aut videť res nisi q̃tum ad earũ eẽ exi stẽtie ꝛ ipsi⁹ esse circũstãtias ꝛ indiuiduales opa tiones. q̃m q̃tum ad ista ꝯtinẽtur ꝛ mẽsuranť aliq̃ durationis mẽsura. eo q̃ duratio: reꝝ esse respi ciat nõ earũ naturas vel q̃dditates aut specifi- cas ꝓpꝛietates. in eẽntia aũt diuina nõ solũ esse p fectissime videť ꝭz etiã oĩes reꝝ nature ac q̃ddi tates ꝛ specifice ꝓpꝛietates ꝛ gñraliť omnia q̃ i re b⁹ rõnez entis hñt. ꝛ q̃ ista fuerit mẽs. S. Tho. ꝛ q̃ capiat hoc nomen pñs in. 2^a. acceptione: ex plerisq̃ locis scripture sue monstrať. vñ p^a. p. q. 14^a. ar. 13°. post illa verba. ꝭz q2 ei⁹ intuitus ferť ab eterno sup oĩa ꝑut sunt in sua pñtialitate: ſtati subiungit. vnde manifestũ est q̃ cõtingẽtia infallibiliť ab eo cognoscũtur inq̃tum subdunť di- uino cõspectui ꝓm suã presẽtialitatẽ ꝛ tñ sunt fu tura cõtingẽtia suis causis cõparata. hec ille. vbi cõstat q̃ p̃sentialitatẽ capit ꝓm q̃ opponiť ꝛ com parať futuritioni ꝑut. s. designat tẽporis dñiam. Itẽ ibidẽ ad. 3^m. inq̃t ea q̃ tẽporaliť i actũ redu- cunť: a nobis successiue cognoscũtur in tpe. sed a deo in eternitate q̃ est supra tẽp⁹. ecce dicit exp̃s se q̃ tẽporalia videnť a deo in ipsa eternitate. et id ipm exp̃mit i auctoritate q̃ sequitur. Itẽ. q. 57^a. ar. 3°. ait sic. solius dei est futura cognoscere i se ipsis nõ solum que ex necessitate proueniunt: ꝭz etiam ~~causalia~~ ꝛ fortuita: quia deus videt oĩa in sua eternitate que cũ sit simplex: toti tempori adest ꝛ ipsum cõcludit. Itẽ. 2^a. 2^e. q. 95^a. ar. p°. in. c. inquit cõsiderare effect⁹ cõtingẽtes ad vtrũ libet in seipsis anteq̃ fiãt: est dei ꝓpꝛiũ qui solus in sua eternitate videt ea q̃ future sunt quasi p̃- sentia. hec ille. ecce q̃ presentia capit ꝑut oppo- nuntur futuris ꝑut. s. sunt in nũc presenti eterni tatis. simili modo accipit nomẽ p̃sentia infra. q. 152^a. ait enim precognoscere futura ꝭz q̃ sunt in se ipsis: est propꝛiũ diuini intellect⁹ cui⁹ eternita ti sunt omnia presentia. patet etiam hijs aucto- ritatibus q̃ dicat deum temporalia videre nõ ex tra sed in ipsa eternitate cui sunt p̃sentia. Item ꝯtra gẽ. li. pmo ca. 67°. dicit ꝓportio eternitatis

ad totã tẽporis durationẽ:ẽ sicut ꝓportio idiui
sibilis ad cõtinuũ. ⁊ infra cõcludẽs infert quicq̄d
agit̃ per totũ decursũ tẽporis agit̃: diuin⁹ intel-
lectus in tota sua eternitate intuet̃ q̄si pñs. hec
ille vbi pñs accipit vt excludat p̃teritũ ⁊ futurũ
patet nichilominꝰ ꝙ dicit deũ intueri totũ tẽpo
ris decursum nõ extra se ſ3 in sua eternitate. Itẽ
li. 3°. ca°. 154°. inq̄t futura cõtingentia soli di-
uine cognitiõi subsunt qꝛ ea in se ipis videt cũ
sint ei pñtia rõne sue eternitatis. ecce ꝙ pñatia di
cit .i. nõ futura aut preterita ſ3 in nũc pñti eterni
tatis existẽtia. Itẽ de veri. q. vel materia. 2ª. ar.
12°. in. c. sic dicit. tũc eni aliq̄d cognoscit̃ vt futu
rũ ẽ quãdo inter cognitionẽ cognoscentis ⁊ rei
euẽtũ: inuenit̃ ordo preteriti ad futurũ. hic aũt
ordo nõ põt inueniri inter cognitionẽ diuinã ⁊
q̃nacũq3 rẽ cõtingẽtẽ. ſ3 semp ordo diuine cogni-
tionis ad rẽ quãcũq3: ẽ sicut ordo pñtis ad pñs.
hec ille. ecce ꝙ pñs accipit put distinguit̃ ꝯ prete
ritũ ⁊ futurũ. ⁊ parũ infra inquit. vñ cũ visio diue
scientie eternitate mensuret̃ q̄ est tota simul ⁊ tñ
totũ tp̃s includit nec alicui pti tẽporis deest: se
quit̃ ꝙ q̄cq̄d gerit̃ i toto tẽpore nõ vt futurũ ſ3
vt pñs videat. hoc. n. qđ a deo visum ẽ futurũ est
alteri rei cui succedit in tpe ſ3 ipi diuine visiõi q̄
nõ est i tẽpore ſ3 extra tp̃s: nõ est futurũ sed pñs.
⁊ itez infra in respõsione ad. 7m. dicit q̄uis aũt
res in se ipa sit futura: tñ s̃m modũ cognoscẽtis
est pñs. Itẽ. q. vel mã. 12. ar. 6°. in. c. ait. spẽs in
quibꝰ ꝓpha videt simul cũ lumine ꝓphetico:
speculũ eternitatis dicunt̃ qꝛ diuinũ intuitũ rep-
sentant prout in eternitate futurorũ euentus pñ
tialiter respicit. presentialiter intelligit̃. i. in pñti
nũc. s. eternitatis. Itẽ. ar. 1°. deus inquit nõ solũ
cognoscit futura rõne ordis eorũ sed etiã q̄ntũ ad
ipm exitũ eorũ vel executionẽ ordinis. cuius rõ ẽ
qꝛ eius intuitus eternitate mẽsuratur que oĩa
tp̃ora in vno nunc indiuisibili cõprehẽdit. vñ
vno simplici intuitu videt oĩa. hec ille. vbi non
potuit expresius mentem suaz aperire nostre ex
positioni consonã: q̄ vt diceret que. s. eternitas
oĩa tempora in vno nunc indiuisibili comprehẽ-
dit. Item opus. 2°. ca°. vltimo sic ait. puncto ve
ro quod est extra lineam. s. centro: quodã modo
similatur eternitas que cum sit simplex et indi-
uisibilis: totũ decursum temporis comprehẽdit
et quelibet pars temporis est ei equaliter pñs.
licet partium temporis vna sequatur aliam. sic
igitur deus qui đ eternitatis excelso oĩa respicit:
semper totum temporis decursum et oĩa que ge
runtur in tempore pñtialiter intuetur. hec ille.
vbi clare patet ꝙ capit nomẽ pñtialitatis prout
cõdiuiditur preteritioni ⁊ futuritioni. neq3 fallat

legentẽ modus loquẽdi cum dicit deum đ eterni
tatis excelso oĩa respicere: non enim est sensus
ꝙ de eternitatis excelso respicit oĩa quasi extra
excelsum eternitatis existentia ab eterno. Tũ qꝛ
talis visio esset falsa nullis rebus creatis existen
tibꝰ ab eterno. Tũ qꝛ etiã si ab eterno existerẽt:
deus nõ habuisset de eis certã cognitionẽ ꝑ hoc
ꝙ illa respiceret. q̄m deus nichil videt nisi in se
ipso vnde Augꝰ. li. 83m. questionũ inquit. Neq3
q̄cq̄3 deus extra se ipsuz intuetur. quod expones
Doc. S. de verita. q. 2ª. articu. 3°. ad. 1m. dicen-
dum inquit ꝙ cũ dicatur deus nichil extra se in-
tueretur: intelligendum est sicut in quo intueatur
non sicut quod intueatur. Illud eniz in quo om
nia intuetur: in ipso est. hec ille. iuxta quod pria
parte. q. 14ª. articulo. 5°. in cor. sic dicit. Dicen-
dum igitur est ꝙ deus se ipsuz videt in se ipso qꝛ
se ipsum videt per essentiam suam. alia autem
a se videt nõ in ipsis sed in se ipso. Itez opus. 3°.
capi. 133°. ait deus per certitudinem cognoscat i
suo eterno omnia quecunq3 per totum decursũ
temporis aguntur. nam eternitas sua: presentia
liter totum temporis decursum attingit ⁊ vltra
transcendit. vt sic consideremus deũ in sua eter-
nitate fluxum temporis cognoscere: sicut qui in
altitudine specule constitutus totum transitum
viatorum simul intuetur. ecce ꝙ expresse deũ in
sua eternitate fluxuz temporis cognoscere dicit.
Item in cõmẽto super primo periarmenias. lec.
13ª. sic dicit. deus est omnino extra ordinem tem
poris quasi in arce eternitatis constitutus q̄ est
tota simul cui subiacet totus temporis decursus
s̃m vnum ⁊ simplicem eius intuituz. ⁊ ideo vno
intuitu videt omnia que aguntur secundum tẽ-
poris decursum ⁊ vnũquodq3 secũdum ꝙ est in
se ipso existens. non quasi sibi futurum quantum
ad eius intuitum prout est in solo ordine suaruz
causarum: q̄uis ⁊ ipsum ordinem causarum vi-
deat sed omnino eternaliter sic videt vnũquod
q3 eorũ que sunt in quocunq3 tempore: sicut ocu
lus humanus videt sortem sedere in se ipso non
in causa sua. hec ille. vbi notandum est quod di-
cit. non quasi sibi futurum quantum ad eius in-
tuitum. vnde non dicit absolute non quasi futu-
rum sed addit: quantum ad eius intuitum vt sig
nificaret ꝙ futurum non dicitur deo presens: ni-
si ea ratione qꝛ videt ipsum in presenti. s. in nũc
eternitatis in quo nichil est nisi presens. Ad hoc
facit plurimum quod scripsit. 2°. libro sententiã
tum disti. prima. q. prima articulo. 5°. ad. 7m. in-
quit etiam. deus precedit mundum non tantum
natura sed etiam duratione non tamen duratio
ne temporis: sed eternitatis. quia ante munduz

non fuit tempus in rerū natura existens. ¶Ex omnibus inductis auctoritatibus euidenter cōstat duo que premisimus. vnum ꝙ.s. res dicunt deo presentes ab eterno non extra deum sed in ipsa dei eternitate in qua sunt comprehense ⁊ cōcluse sicut in prima ⁊ totali atq̃ simplicissima durationis mensura quēadmodum ⁊ tempꝰ ⁊ euū ⁊ omnis rerum creatarū duratio. aliud est ꝙ cū .S. Thomas dicit res omnes esse deo presentes ab eterno: accipit presens prout designat tēporis differentiam preterito ⁊ futuro condiuisam. vt sit sensus ꝙ res sunt ab eterno deo p̄sentes. i. nō vt preterite aut future sed vt existētes in nunc presenti .s. eternitatis. confirmatur ꝓpositum nostrum hoc .s. ꝙ illa fuerint de mente. S. Tho. quoniam eiuscemodi intellectum explicat Boetius libro. 5°. de consolatio. circa cognitionem dei de futuris contingentibus quem in hac materia. S. Tho. sequtus est. quod diligens lector poterit satis cognoscere. ¶Et sciendū est ꝙ in hac materia pro declaratione sue sententie S. Tho. vtitur quibusdam verbis que quorundam mentes perturbant et a vero sensu videntur retrahere. dicit enim frequenter. S. Tho. ꝙ deus videt res ab eterno in se ipsis. ex quibꝰ aliqui conceperunt ꝙ de mente eius esset: deū habere cognitionem de rebus per hoc ꝙ eas videt in se ipsis tanq̃ ab earum existentia ⁊ presentia acciperet cognitionem. Sed ꝙ iste sensus sit falsus parum supra ex dictis. S. Tho. deductū fuit sed verus sensus est ꝙ deus ab eterno videt res in se ipsis. i. secundū esse quod habent in se ipsis nō ꝙ per illas aut in illis tanq̃ in medio vel ratione cognoscendi ipsas; videat dicit preterea in se ipsis ad denotandum ꝙ deus non solum videt res ab eterno in suis causis in quibꝰ sunt future: sed etiam videt ab eterno res s̄m ꝙ habēt esse in se ipsis extra suas causas postq̃. s. ab eis ꝓdierunt. ⁊ hunc intellectum aperte exprimit i loco parum supra allegato ex libro periarmenias Item frequenter dicit ꝙ eternitas toti tempori adest ⁊ nulli deest ⁊ ꝙ toti coexistit: ex quibꝰ verbis aliqui putauerunt ꝙ. S. Tho. per illa verba cōpararet eternitatem tempori in rerū natura existenti quantum ad simultaneā coexistentiā. sed ꝙ talis eorum imaginatio sit falsa: ex supradictis apparet vbi ex pluribus auctoritatibꝰ. S. Tho. ostenditur ꝙ mens eius non fuerit ponere tempus aut alias res creatas ab eterno in ꝓpria existētia extitisse. Est igit̄ mēs. S. Tho. ꝑ illa verba ⁊ similia significare ꝙ licet i eternitate nō sit preteritū aut futurū sed p̄ns dūtaxat: tñ nichil tp̄is eternitati deest s̄z adest et coexistit oībus partibus temporis eo ꝙ partes tp̄is ⁊ p̄terite et future ab ipsa eternitate comprehēse sunt ⁊ cōcluse nō sub rōne preteriti aut futuri: s̄z vt simul existētes i nūc p̄senti .s. eternitatis. ⁊ ꝙ iste fuerit sensus quē habuit. S. Tho. in verbis illis ex eo ꝓbatur q2 Boetiꝰ cuiꝰ modū loquēdi. S. doc. sequtus est in hac mā ad eum ipsum sensum similia v̄ba inducit li. 5°. de cōsola. ꝓsa. 6ª. ⁊ vltima vbi volēs exponere descriptionē eternitatis quā parū sup̄ posuerat ait. qđ igit̄ interminabilis vite plenitudinē totā parit̄ cōprehēdit ac possidet cui neq̃ futuri q̄cq̃ absit nec preteriti fluxerit: id eternū eē iure ꝑhibet̄. idq̃ necesse est ⁊ sui cōpos p̄sens sibi semper existit ⁊ infinitatē mobilis tēporis hr̄e p̄ntem. hec ille. vbi ad declarandū ꝙ eternitas totā vite interminabilis plenitudinē simul cōprehēdit ac ꝯcludit: addidit. cui neq̃ futuri absit q̄cq̃ neq̃ preteriti q̄cq̃ fluxit. qđ ē idē dictu cū eo qđ. S. Tho. dicit ꝙ .s. eternitas toti tēpori adest aut coexistit vel ꝙ nulli tp̄i deest. ⁊ ꝙ Boetius illis v̄bis vsus sit ad designādū id qđ dixim9 sanctū Thomā ꝑ illa v̄ba voluisse significare: apte mōstrat̄ ꝑ ea q̄ i fine versus Boetius ꝯcludit dicēs: idq̃ necesse ē ⁊ sui cōpos p̄ns sibi semꝑ assistere: ⁊ infinitatē mobilis tēporis habere p̄ntem. i. ifinitā tp̄is successionē p̄teritū ⁊ futurum non in rōne preteriti ⁊ futuri sed vt presentem in se habere. quia scilicet totum temporis decursū i se ꝯcludit indiuisibiliter ⁊ in nūc p̄nti

